A

HÉDERVÁRY-CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

A M. TUD. AKADÉMIA TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBÍZÁSÁBÓL

KÖZLIK

BR RADVÁNSZKY BÉLA † ÉS ZÁVODSZKY LEVENTE

ELSŐ KÖTET



BUDAPEST
KIADJA A M. TUD. AKADÉMIA
1909

Ára 12 korona.

M86 111 862
415287

A

HÉDERVÁRY-CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

A M. TUD. AKADÉMIA TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBÍZÁSÁBÓL

KÖZLIK

Br RADVÁNSZKY BÉLA † ÉS ZÁVODSZKY LEVENTE

ELSŐ KÖTET



BUDAPEST
KIADJA A M. TUD. AKADÉMIA
1909

MTAK
0 00043 45100 5

233030

MAGY. TUD. AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

R
1977

Budapest, az Athenaeum r.-t. könyvnyomdája.

A

HÉDERVÁRY-CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

ELSŐ KÖTET

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

ELŐSZÓ.

Midőn 1903. és következő év nyarán a Héderváry s vele kapcsolatos gr. Viczay, Draskovich, hg. Grassalkovich családok levéltárait rendeztem, a legtávolabbról sem gondoltam volna, hogy a már akkor munkában levő Héderváry Család Oklevéltára elé az előszót majd én írom s hozzá oly veszteség, br. Radvánszky Béla élete árán. Elköltözött sorainkból az a férfiú, a kit csak tisztelni, becsülni és szeretni tudott az, a kit a sors kegye körébe vitt. Áldott emlékét hirdesse a hálás kegyelet szava e munka kezdetén is, melyen oly hév lelkesedéssel dolgozott és oly odaadó szeretettel csüggött.

A Héder nemzetségből eredő Héderváry család fényes multja megragadta a benyomásokra oly fogékony s nemes lelkét s gr. Khuen-Héderváry Károly úr ő nagyméltósága örömmel csatlakozott tervéhez, hogy közzétehesse a családi levéltár becsesnél becsesebb adatait. Elhatározását hamar tett is követte s még a hetvenes évek elején hozzáfogott néhai Kovács Nándorral az oklevelek másolásához s boldogult Nagy Imrével azok összeolvasásához. Eredetileg csak a családi levéltár adatai kerültek másolás alá, majd a tárgy érdekessége s a mű teljessége szükségessé tette, hogy az oklevéltár egyéb, nevezetesen az Országos Levéltár s a Magyar Nemzeti Múzeum levéltára anyagából kiegészítést nyerjen. Mindkét helyen a tisztviselő urak legnagyobb előzékenységgel segítették elő szorgos kutatását, mint boldogult Dr. Pauler Gyula, az Országos Levéltár akkori, Óvári Lipót volt, Nagy Gyula ez idő szerinti igazgatója, Dr. Csánki

Dezső, Tagányi Károly orsz. levéltárnok urak az egész tisztviselői karral egyetemben, nemkülönben Dr. Fejérpataky László úr, mint a Magyar Nemzeti Múzeum Széchenyi Orsz. Könyvtárának igazgatója s a M. Tud. Akadémia Tört. Bizottságának előadója.

A munkálat közben nálunk is elfogadták az újabb oklevél-közlési elveket, melyek alapján a boldogult gondos felügyelete s ellenőrzése mellett Dr. Szentpétery Imre úr javította át a régi másolatokat. Az újabb kutatás adatainak lemásolásában segítő társai már az ifjabb nemzedékből kerültek ki Dr. Benisch Artúr, Dr. Szabó Dezső és Dr. Szabó László, s főleg Dr. R. Kiss István és e sorok írója személyében, kik közül a két utóbbival a szükségessé vált ismételt összeolvasást, át- meg átjavítást, s az eredetiekkel való gondos egybevetést s a már megjelent oklevelek kivonatolását végezte.

Felejthetetlenek e kedves napok emlékei! Azt az ügyszeretetet, mellyel egy-egy érdekes oklevélen csüggött, azt a lelkiismeretes munkát, mellyel minden darabot át- meg átvizsgált, azt a diplomatikai s paleographiai tudást, melynek fényével a kétes helyek megvilágítást nyertek s azt a történelmi érzéket, mellyel a változatos multba belehelyezkedett s életre keltette, szemeink elé idézte, — leírni nem, csak csodálni s bámulni lehetett. Szelíd humorral kedélyesen üdvözölte a »személyes ismerősöket«, a mint az oklevelek során előkerültek. Velük élt, velük örvendett s szomorkodott. Benyomásait legott papirra, »kutyanyelvekre« vetette. Minden ízében magyar lelke rezignáltan merengett el egy-egy magyar intézmény pusztulásán: »A XIV. században töredeznek az ágak, közeledik az enyészet, néhány pár emberöltő és nem marad belőlük senki sem.« (56. sz.-hoz.) — Ha meg fellángolt a Hédervváryak régi virtusa, lelkével tolla is szárnyalt. »Kemény, szívós faj. A gyakor hűtlenség, a sok lázadás nem képes őket elfogyasztani, talpra állanak mindenkor, sőt visszahelyezkednek az elvesztett hatalomba. — A XIV. században több ágon hatalmas családokra oszolnak, pezsgő vérük látszólag

lehűl, de alkalom adtán a régi erkölcsök néha még kiütnek.« (107. számhoz.)

Az oklevéltár alapján megirandó családtörténethez az adatokat folytonosan gyüjtötte. Egy-egy személyre vonatkozó összes adatokat a legszorgosabb gonddal s pontossággal csoportosította, majd a családfát állította össze, megjelölvén rajta az egyes tagok helyét, sorrendjét. A nemzetség eredete, kora, az egynevű családtagok — a Miklósok — szétválasztása, számának megállapítása a ledkedveltebb s legtanulságosabb tárgyai voltak a nyári esték beszélgetéseinek. Mindeniknek megvolt az újdonsága, históriai ingere.

Ilyen körülmények között a fel-felmerülő irodalmi tervek s létesült alkotások során a hédervári, Országos s a múzeumi levéltárak anyagából készült el az 1526-ig terjedő rész, az Oklevéltár I. kötete. Helyet foglaltak az eredeti oklevelek, egykorú vagy hiteles másolatok mellett azok a regesták is, a melyeket Viczay Ádám által Eszterházy Pálnak átadott oklevelekről 1698-ban felvettek, de csak abban az esetben, ha az eredetiekhez nem lehetett hozzájutni. E regesta-sorozat csak egyszerű másolatban van meg, de hitelét kétségtelenné teszi az a körülmény, hogy a Hédervváryakra vonatkozó tizenöt regesta közül tíznek megvan a megfelelő eredetije.

Az oklevelek közlése a jelenleg divó mód szerint történt, kiküszöbölve az értelemzavaró helyesírási hibákat, megtartva azonban a középkori latinság jellegzetes sajátságait (*ci* = ti; *e* = ae), míg a tulajdonnevek, kétes helyek s a magyar szavak betühíven kerültek közlés alá, sőt a legutóbbiakat első esetben dűlt betükkel is szedettük. A datumokat lelkiismeretesen feloldottuk. Az átírt okleveleket kivéve az átíróból az eredeti év során adtuk, sőt a mandatumot is abban az esetben, ha a parancsot a végrehajtástól hosszabb idő választotta el. Mindkét esetben azonban pontosan jeleztük az átíró, illetve az átírt oklevél kiállítóját, keltét és számát. A szöveg után pontosan adjuk az oklevél külső formájának, jelenlegi állapotának leírását, őrzési helyét, levéltári jegyét.

Helykímélés szempontjából azonban elhagytuk a hédervári levéltár jelzését, miért is minden esetben, a hol a levéltár helye hiányzik, mindig Gr. Khuen-Héderváry Károly úr ő nagyméltósága hédervári levéltárát kell érteni. A kötetet az érdekesebb oklevelek hasonmásai és pecsétek rajzai díszítik.

Mielőtt útjára bocsátanám e kötetet, el nem mulaszthatom, hogy őszinte köszönetem ne fejezzem ki a felsorolt urakon kívül mindazoknak, a kik a mű megjelenését akár anyagilag vagy szellemileg elősegítették, mint a M. Tud. Akadémia Tört. Bizottságának a kitüntető megbizatásért s Gr. Khuen-Héderváry Károly úr ő nagyméltóságának, a ki a hazai történettudomány kutatóinak közkincsévé tette levéltára becses adatait.

Br. Radvánszky Béla kegyeletes emlékét hirdesse e kötet!

Zombor, 1909. június 6.

Dr. Závodszky Levente.

1.

1231. II. Endre király a Hektor ispán és Márton mester a Tamás ispán fia között Zoa nevű birtok fölött támadt per eldöntésére bajvívást rendelvén, minthogy a párbajban Márton mester bajvívója győzött, a vitás birtokot Márton mesternek ítéli.

Andreas dei gracia rex Hungarie omnibus presentes litteras inspicientibus salutem et omne bonum. Quod per diffinitivam sentenciam auctoritatis regie legitime terminatur, ne processu temporum in irritum queat revocari, solet scripture testimonio perhennari. Noscat igitur presens etas et secutura posteritas, quod cum inter Hectorem comitem ex una parte, et Martinum magistrum filium Thome comitis ex altera super media parte Danubii iuxta quoddam predium nomine Zoa contencio orta fuisset, ut dictus Martinus, accepto pristaldo, nostro nomine Zachia de villa Pogona eundem Hectorem ad nostram fecisset citari presenciam. Ipse dictus H. prenominatum Danubium, secundum quod mete terre ipsius protenduntur usque Danubium, citra et ultra asseruit totaliter privilegio possidere. Et cum idem H. privilegium fratris nostri illustris Henrici bone memorie regis in termino a nobis assignato super hoc ostendisset, prenominatus M. obiecit ipsum privilegium tacita veritate fuisse impetratum, affirmando se et predecessores Danubii iam dicti partem quiete et pacifice possedisse, quod multorum prelatorum ecclesiasticorum testimonio et personarum laicalium verum esse comprobavit. Cum igitur nec testimonium ipsius Martini, nec privilegium dicti Hectoris ad determinandum tantum negocium causa sufficiens extitisset, consilio omnium baronum nostrorum statuimus, ut utraque pars *in nostra presencia pugiles constitueret.* Qui cum in loco et termino assignato se invicem armis cepissent inpetere, tandem pugil ipsius Hectoris comitis convictus succubuit, et

sic super ipsa causa sepe dictus Martinus de presencia nostra iustificatus recessit. Unde nos regia auctoritate statuimus, ut supra nominatus H. comes totum, quod in ipso Danubio requirebat, amitteret et privilegium ipsius, si umquam ostenderetur, nullam haberet efficaciam, quum ipsum privilegium in partes destrui iussimus atque lacerari. Ut igitur huius rei series coram nobis facte salva semper sit et inconcussa perseveret, litteras nostras super hoc indulsimus dupplicis sigilli nostri munimine firmiter roboratas. Datum anno ab incarnacione domini millesimo cc° xxxj°. Anno regni nostri vicesimo octavo.

A pecsét sárga és rózsaszin zsinóron függött. Hártyára irott eredetije gróf Khuen-Héderváry Károly levéltárában Hédervárott. Varia fasc. 48, Nr. 2. Az oklevél hasonmása mellékelve.

2.

1252. A győri káptalan bizonyítja, hogy előtte megjelent Vekhard leánya, néhai Mór özvegye és második férje, Dénes comes fia Heydric, és elismerte, hogy néhai Mór testvére, Corradus, első férjéhez vitt hozományáért 20 márkát, egy Selő nevű földet, egy szolgát és három szolgálót adván, őt kielégítette.

Közölve Hazai Okmánytár VI. k. 47. sz.

3.

1255 február 26. IV. Béla király Szentkút birtokát, — melyet Werenhart győri kanonok neki hagyományozott — továbbá Merharth, Szombatfalva, Újfalu és Pinka falvakat Werenhart rokonának, Dénes fia, Herrandnak adományozza, Ausztriában, Stájer- és Morvaországban teljesített szolgálataiért.

Közölve Hazai Oklevéltár 21. sz.

4.

1255. május. A pécsi káptalan előtt megjelenvén Hedrik fia Jakab, mindazt, a mit eddig testvére, Lőrincz, a Nana comes ellen közösen folyt pörben tett, helyeselte és kiegyeznek ugyanazon Nana comessel, leánytestvérük fiával, az anyja hozományára vonatkozólag.

Közölve Wenzel Árpádkori Új Okmánytár VII. k. 292. sz.

5.

1262—5. Kumurzanus és Tamás trencséni alispánok, — mivel az egyrészről Sadoch pap, s testvére Balázs és rokonai, másrészről a gowori vendégek között Sadoch pap és rokonai birtokrészének néhai Baas trencséni ispán idejében történt elfoglalása miatt támadt pörben Herand királyi lovászmester és trencséni ispán esküt ítélvén meg, az alperesek a tanukat meg nem eskették, hanem konokul eltávoztak, — a per alatt levő földet Sadoch papnak és rokonainak ítélik meg s határát megjárják.

Nos Kumurzanus et Thomas comites curiales Trinchinienses significamus universis presentes litteras inspecturis, quod cum Sadoch sacerdos una cum fratre suo Blaseo videlicet et aliis cognatis suis Hyrc, Paulum et ceteros hospites in villa Gowor exsistentes, in presencia domini nostri Herandi, magistri agasonum domini regis et comitis Trinchiniensis convenissent super eo, quod ipsi quandam particulam de terra eorum hereditaria tempore magistri Baas, quondam comitis Trinchiniensis indebite occupassent et occupatam detinerent pro sue arbitrio voluntatis. Et licet super hoc ab utraque parte fuisset diucius litigatum, tandem dominus noster magister Herandus inter partes taliter censuit iudicandum, quod Sadoch sacerdos duodecim de jobagionibus dicti castri, quos pars adversa eligeret, statuere deberet iuxta se ad prestandum sacramentum pro sua iusticia defendenda, ita videlicet, quod predicta terra ipsius sacerdotis, suorumque cognatorum hereditaria fuerit ab antiquo. Unde nos ex precepto domini nostri memorati magistri Herandi diem eidem sacerdoti et suis testibus a parte adversa unanimiter electis statuimus ad prestandum sacramentum, quorum nomina hec sunt: Martinus maior exercitus, Petrus maior speculatorum, Crachunius cum filio suo Nycolao nomine, Mycud et Mycha de Globucha, Ananyas, Erik, Madach de Dubnicha, Paulus de Baculup, Martinus maior preconum, Madyk filius Bork, qui omnes in termino statuto ad prestandum sacramentum affuerunt excepto Martino maiore exercitus, quem homo ipsius Ben nomine dicebat esse gravi oppressum infirmitate, qui huius rei causa nec eos, qui aderant, iurare fecerunt, nec eum, qui in lecto iacebat, ut mos est, iurare compulerunt,

sed contumaciter abierunt. Idcirco nos una cum jobagionibus castri Capo, Joancha, Voyna, Dyrlo et aliis dictos villanos in hac causa censsuimus *(igy)* remansisse et predictam vero terram iam dicto sacerdoti et suis cognatis statuimus pacifice possidendam, metas in diversis locis erigentes, que tali ordine distinguntur: incipit prima meta a duabus metis Maici comitis de Lednycha circa rivulum Suchyca vocatum, per quem descendit in Vag per continuas metas de terra factas, in quo flumine Vag terminatur. In cuius rei memoriam presens scriptum duximus concedendum sigilli nostri munimine roborantes. Ut etiam huiusdem rei series ampliorem obtineat firmitatem et pocioris fidei fruatur argumento, sigillo magistri Jacobi, archidiaconi Trinchiniensis tum pro se, tum etiam pro testimonio capituli Nitriensis in hoc negocio constituti presens scriptum fecimus [commun]iri. Datum anno gracie millesimo ducentesimo sexagesimo . . .

Eredetije hártyán, melynek alsó része szakadozott. Pecsét hiányzik róla, de a hártyán két bevágás látszik a pecséteket tartó szalagok részére. Először a hártya másik részén kezdte ugyanazon kéz, de kisebb betükkel, a mint a plicatura alatt látható fél sor mutatja. «Nos . . . . . Thomas comites Trinchinienses curiales significamus universis.» Gr. Khuen-Héderváry Károly levéltárában, Grassalkovich rész, Extraordinaria, fasc. 9, Nr. 296. — Hasonmása mellékelve.

6.

1269. A győri káptalan bizonyítja, hogy Péter fia Miklós, a IV. Béla királynak s nejének, Máriának adományozása folytán bírt Bős nevű, Szolgagyőr várához s Árpádsuka nevű, Posony várához tartozó föld birtokát, Dénes comes fiának, Hedriknek, örök áron eladta.

Capitulum ecclesie Geuriensis omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Nicolao filio Petri fratre Beztur ex una parte et nobili viro comite Hedrico filio comitis Dyonisii ex altera in nostra presencia constitutis idem Nicolaus confessus est coram nobis, quasdam terras videlicet Beus Zulgageuriensis et Arpadsuka Posoniensis castrorum, quas ex donacione domini nostri

Bele quarti illustris regis Hungarie et domine Marie inclite regine consortis sue se optinuisse, proponebat prefato comiti Hedrico eiusque heredibus heredumque successoribus se perpetuo vendidisse. Nos igitur ad instanciam earumdem parcium presentes dedimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini M^mo^ CC^mo^ lxmo nono. Chepano preposito, Jurkone cantore, lectore, custode existentibus *(így)*.

Lajos király 1368-iki átiratából, fasc. 3, Nr. 8. (Lásd 70. sz. a.)

7.

1269. IV. Béla király Dénes comes fiát, Hedriket, a szolgagyőri várhoz tartozó Bős nevezetű, s a Posony várához tartozó Árpádsuka nevű, Péter fia Miklóstól 75 ezüst márkáért vett föld birtokában, szomszédai ellenében megerősíti.

[B]ela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque rex omnibus tam presentibus quam futuris salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus [pervenire], quod cum domina regina karissima consors nostra comiti Nicolao filio Petri militi suo pro multiplici fidelitatis sue [servicio, quod] impenderat pro regni nostri commodo et honore, quamdam terram castri Zulgaiauriensis B[eus voca]tam, et [terram castri] nostri Posoniensis Arpadsuka vocatam sitas in Chollekuz ad nostram et karissimi filii nostri [ducis Bel]e permi[ssione et consens]u contulisset, et idem comes Nicolaus pre malicia et inquietacione suorum vicinorum poss[idere] quiete easdem [non valens] dilecto et fideli nostro Hedrico filio comitis Dionisii comiti Huntensi pro septuaginta quinque marcis argenti [plene ab] eodem receptis coram capitulo Jauriensi vendidisset, Herricus banus, Jacobus filius Hedrici, Lothardus filius [Om]odei, Buken filius Buken racione vicinitatis dictarum terrarum ipsum comitem Hedricum de empcione earumdem sepius prohibuerunt, dicentes de consuetudine regni racione vicinitatis sibi pertinere ad emendum ipsas terras, cum ipsarum terrarum sint vicini et sicut in literis capituli Jauriensis vidimus, ipsi comiti Hedrico termium nassignaverant comparendi coram nobis.

Termino itaque adveniente comes Hedricus comparens in curia nostra dictos H. banum, comitem Jacobum, Lothardum et Buken legitime expectavit. Unde cum iidem actores fuerint et ad terminum per eosdem assignatum non accesserint, nec, ut debebant, miserint, eos sentencialiter cum nostris baronibus Mauricio magistro tawarnicorum nostrorum, Laurencio palatino comite Symigiensi, Laurencio magistro dapiferorum nostrorum comite Supruniensi, Chak bano comite Nitriensi dilectis et fidelibus nostris duximus sentencialiter condempnandos, silencium super accione sua, quam habebant super ipsis terris, que quia terre castrorum nostrorum fuerant et ad nostram collacionem libere spectabant, inponentes easdem terras dicto comiti Hedrico iusto precio nobis permittentibus comparatas relinquendo pacifice et quiete possidere; hoc expresso, quod comes Nicolaus predictus, sicut se obligavit, de questionibus movendis super ipsis terris ipsum comitem Hedricum expediet et defendet propriis laboribus et expensis, nisi de facto per nocenciam ipsius comitis Hedrici moveantur. In cuius rei testimonium presentes concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Demetrii prepositi Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno domini [M^{mo} CC^{mo}] lxmo nono, regni autem nostri anno tricesimo tercio.

Igen rongált eredetije a M. Nemzeti Múzeum levéltárában. A pótlások a családi levéltárban (Fasc. 3, Nr. 8) lévő Lajos király 1368. évi átíratából vétettek. (Lásd 70. sz. a.) Hiányos kivonata olvasható Fejér Codex Diplomaticus VII/I. k., CCXCIV. sz. *Töredékesen közölte Wenzel Árpádkori Új Okmánytár VIII. k. 153. sz.*

8.

1270 december 3. Erzsébet királynő Bős és Árpás birtokokat újból Omodé fiának, Lotharnak, adományozza és őt be is iktattatja határjárással kapcsolatosan, mert e birtokokat akkor, a mikor IV. Béla és István harczoltak, az István pártján lévő Lothar elvesztette és adományképpen Dénes comes fia, Heydric nyerte.

Közölve Hazai Okmánytár I. k. 39. sz. A beiktatásról szóló jelentés olvasható u. o. I. k. 43. sz.

9.

Topluchan, 1270—1272 július 4. Moys nádor és soproni főispán Myske fia István, másrészről Hedrik fia Jakab és ennek szolgái között levő pört a felek kívánságára Keresztelő-Szent-János nyolczadáról (júl. 1.) Szent-Jakab nyolczadára (aug. 1.) halasztja.

Kiadva Hazai Oklevéltár 55. sz.

10.

1271. A győri káptalan bizonyságlevele, mely szerint Dénes comes fia, Hedrik comes, a Bősön okozott károkért hét márkára ítéltetvén, a határnapúl kitüzött Hamvazó-szerdán, Omode comes fia, Lothar comes szolgájának, Peechi Miklósnak, kifizette. Ezenkívül Hedrik comes tartozik Bős és Árpádsuka birtokokat a vételárban eladni Lothar comesnek, ha kezesétől, Miklóstól, visszaszerezheti, a mire törekszik is.

Kiadva Hazai Okmánytár I. k. 42. sz.

11.

1274 márczius 29. IV. László király Dobrun nevű helységet, hetivásártartás jogával együtt, János mesternek, Hedrik comes fiának adományozza.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex omnibus presentem paginam intuentibus salutem in omnium salvatore. Regalis pietatis immensitas licet ad universos se debeat benignum exhibere et unicuique iuxta meritum respondere, eos tamen, quos fidelitatis continuata constancia et meritorum prerogativa per belli sudores et sanguinis effusionem dignos remuneracione reddi dicunt, ampliori tenetur gracia seu remuneracionis beneficio confovere. Proinde ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Johannes filius comitis Hedrici primum domino regi karissimo patri nostro in diversis expedicionibus, quas secundum temporis diversitatem et negociorum suorum qualitatem eum habere oportuit, ac demum nobis ad regni gubernaculum per successionem paternam sublimatis

fideliter et laudabiliter servivisset, maxime in seva guerrarum commocione, quam habuimus contra regem Boemorum capitalem hostem nostrum, predictus magister Johannes inter alios nobiles regni nostri ad defensionem confiniorum deputatus famulatum laudabilem et omni remuneracione dignissimum impendisset, nos, qui ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, et unicuique iuxta meritum respondere, bellicos sudores et actus strennuos ac fidelem famulatum prefati magistri Johannis, quibus coram nostre maestatis oculis et baronum nostrorum presencia multipliciter claruit, attendentes, specialiter tunc, tum dilectos et fideles nostros Rolandum palatinum, Joachinum magistrum tavarnicorum nostrorum et Johannem comitem Supruniensem ac alios ad obsidendum castrum Jauriense transmisissemus, idem magister Johannes quendam ex adversa parte se iactanter in contrarium opponentem cernentibus eisdem fidelibus nostris interemit, et nobile triumphum reportavit, prout id nobis per dictos barones nostros patuit manifeste. Demum cum idem rex Boemie confinia regni nostri a parte comitatus Supruniensis fraudulenter invasisset, et nos prefatum comitem Johannem ceterosque nobiles regni nostri ad obviandum sue potencie destinassemus, sepedictus magister Johannes, ubi prope Supronium predicti fideles nostri non minimum exercitum dicti regis invadentes, viriliter debellarunt, extitit strennuus miles. Nam in opposicione aciei stragem intrepide dimicando quendam militem dicti regis Boemie captivavit, in se plurima letalia wlnera recipiendo, quem postmodum in signum reverencie regalis culminis et sue fidelitatis corroboranciam suo cum vexillo nostre obtulit maiestati. Volentes igitur ei pro tantorum serviciorum meritis regio occurrere cum favore, licet pro modico reputemus, quod ad presens agimus, respectu eorum, que sibi facere intendimus in futurum, quandam villam castri nostri Supruniensis Dobrun vocatam sitam in Bokonol cum foro libero sibi in eadem villa per nos celebrare die Martis concesso, exceptam a iurisdiccione eiusdem castri penitus et exemptam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis sub eisdem metis et terminis, quibus eadem terra primitus limitata extitit et possessa, eidem magistro Johanni et

per eum suis heredibus natis et in posterum nascituris dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo et inrevocabiliter possidendam. Ut igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur optineat perpetuum, nec processu temporum per quempiam retractari possit vel revocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti sancte Strigoniensis ecclesie electi, prepositi Budensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° lxx° quarto, quarto kalendas Aprilis, regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne Spalatensi archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vespremiensi aule nostre cancellario, Philippo Vaciensi aule domine regine consortis nostre karissime cancellario; Lodomerio Waradiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transiluano episcopis ecclesias dei feliciter gubernatibus; Dionisio palatino comite de Okylic et iudice Cumanorum, Henrico bano tocius Sclauonie; Nicolao woyauode Transiluano, comite de Zonuk; Joachino magistro tavarnicorum nostrorum comite de Plys; Nicolao iudice curie nostre comite de Kecke; Paulo bano de Zeurino; Renoldo magistro dapiferorum nostrorum comite Zulgageuriensi; Herbordo magistro pinncernarum *(igy)* nostrorum comite de Barana; Nicolao magistro pinncernarum *(igy)* nostrorum; Johanne comite Suproniensi; Gregorio comite Castri ferrei; Moys comite Symigiensi; Dedalo comite Zaladiensi et aliis quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

A pecsét sárga, vörös és zöld selyem zsinóron függött. Kívül XIV-ik századi írással: «Super possessionem Dubrun». Eredetije hártyára írva, fasc. 3, Nr. 1. Megvan u. o. 1349-iki átiratban is. (51. sz.) — *Kiadva Sopronmegyei Oklevéltár I. k. 26. sz.*

12.

1278. IV. László király visszavonva a Hedrik fiának, Jakabnak tett adományt azért, mert a Henrikfiakkal egy párton volt, Fonou nevű puszta földet, mely egykor a királyi tárnokoké volt, Ipolit fiainak, Ugrának és Ipolitnak adományozza.

Közölve Árpádkori Új Okmánytár IV. k. 53. sz.

13.

1278. A győri káptalan előtt Hedrik fia Jakab, a maga és fiai Lőrincz és Egyed nevében, és más fiai, Herricus és István, a maguk nevében Bukud nevű birtokot, a melyet Jakab, a felesége, Monoszlai Tamás leánya, Nabuth leánynegyedéből vásárolt, az ő szabad rendelkezése alá bocsátják.

Közölve Hazai Okmánytár VI. k. 165. sz.

14.

1282 július 6. A váradhegyfoki konvent előtt a Pazman fia Ders és fia Paznan a maguk, rokonaik és nemzetségük nevében felvallják, hogy örökségi birtokukat, Turneát, mely Debrechen szomszédságában van, 26 márkáért Kaphani bánnak zálogba vetvén, mivel a határidőre kiváltani nem tudták, eladták örökre az említett Kaphani bánnak.

Garai Miklós nádor, 1405 márczius 8-án kelt mandátumából. Lásd 113. sz. a.

15.

Borostyán vára. Év nélkül. 1284 (?) február 6. IV. László király megparancsolja a győri káptalannak, hogy Zerki Jakab királyi emberrel iktassa vissza Óvári Konrádot Novák birtokába, melyet tőle néhai János, Heydrik fia, hatalmasúl elfoglalt s haláláig birtokában tartott.

Kiadva Hazai Okmánytár VI. k. 218. sz.

16.

Borostyán vár. 1289 február 16. IV. László Bolda falut (Vas m.) Jakab fia Henriktől elvévén, — mivel a pártütő Henrikfiakhoz csatlakozott s többszörös felszólításra sem tért hűségre, — Adorján fiának, Sándornak, Borostyánkő vára alatt tanúsított szolgálataiért, a hol jobb karját nyil szegezte át, és az említett Sándor rokonainak, István fiának, Mihálynak, Myke fiának, Péternek és Sándor fiának, Tamásnak adja.

Közölve Fejér, C. D. V/3. k. 460. l.

17.

1303 április 4. Az esztergomi keresztes konvent bizonyságlevele arról, hogy Ádám fiai, Balázs, Pothowcz és Egyed kezewi nemesek, továbbá testvéreik, Kata, Kynge, Akynka és Anyth, Kezewen levő birtokrészeiket, illetve leánynegyedüket 20 ezüst márkáért eladták Gedech fiának, Lőrincznek.

Conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio omnibus Christi fidelibus presentem paginam intuentibus salutem in largitore salutis. Ad universorum igitur noticiam presencium serie declaramus, quod Blasius, Pothowcz et Egidius, filii Adam, nobiles de Kezew pro se personaliter, pro Kata, Kÿnge, Akÿnka et Anÿth, sororibus suis, filiabus ipsius Adam cum procuratoriis literis conventus de Sagh ad nostram personaliter accedentes presenciam dixerunt et sunt confessi oraculo vive vocis, porciones ipsorum possessionarias in eadem possessione ipsos contingentes ac quartam puellarem dictarum sororum suarum ipsas in eadem contingentem viginti marcis argenti mercimonialibus plene habitis et receptis vendidisse Laurencio, filio Gedech, nobili de eadem et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus cum omnibus ipsorum instrumentis, quibus per ipsorum predecessores habita extitisset et possessa iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas ex permissione, consilio et consensu Martini et Phile, fratrum ipsius Laurencii, Gregorii, Stephani et — — —, filiorum Lonch, proximorum dictorum filiorum Adam ac aliorum vicinorum suorum, videlicet Paznan, Thome et Villermi (?) magni, nobilium de Scelen, similiter coram nobis astancium. Prima autem meta, ut partes dixerunt, esset in medio quarundam arborum merosiarum, deinde iret ad quendam fluvium *Lazpataka* dictum, abhinc iret supra ad partem septemtrionalem, ubi perveniret ad *Zarazpataka,* deinde iret iterum ad alium — — — *Zelenpataka* vocatum, inde exit et iuxta arborem querci iret ad partem meridionalem ad arborem ilicis, inde flectitur ad partem similiter meridionalem ad quendam locum viridum *(igy) pasÿth* vocatum et perveniret ad quandam parvam silvam et ibi iuxta quandam viam esset una meta terrea, deinde

per eandem partem iret ad quandam clausuram *Sasthow* vocatam et abinde perveniret ad priorem metam et ibi terminatur. Insuper iidem filii Adam et filii Lonch ac Thomas predictus tam per se, quam per suos firmiter et solempniter assumpserunt, ipsum Laurencium et suos posteros ab omnibus racione dictarum porcionum possessionariarum molestare volentibus liberare et expedire propriis ipsorum laboribus et expensis, sic, quod si ipsi temporis in processu vel ipsorum posterÿ eundem Laurencium in causam attraherent vel in aliquo molestarent, tantam possessionariam porcionem, quante ipse vendite porciones essent, eidem Laurencio dare et assignare tenerentur. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes eidem Laurencio duximus concedendas, sigilli nostri munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum in magna quinta feria, anno dominice incarnacionis millesimo tricentesimo tercio.

Vilmos pécsi püspök és titkos kanczellár 1362 márczius 30-ikán kelt átiratából. (61. sz.)

18.

1309 január 1. A győri káptalan bizonyságlevele az Apor nb. Erne ispán fia és testvérei, meg Hedryh nb. Dénes ispán fia, Miklós közötti adás-vevésről.

Capitulum Jauriensis ecclesie universis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Johannes filius comitis Erne *de genere Opour* pro se et pro Ladislao ac Thoma fratribus suis ab una parte, magister Nicolaus filius comitis Dyonisii *de genere Hedryh* ex altera ad nostram presenciam acceperunt, et prefatus Johannes tam suo quam eciam Ladislai et Thome predictorum fratrum suorum nomine porcionem suam totam, quam habuerunt in possessione Fornad vocata in comitatu Posoniensi intra vicinitatem ville Oltua, a plaga meridionali in terra Laurencii filii Ypoliti ab aquilone existente cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, que ipsam porcionem con-

tingunt, in eodem, videlicet pleno iure, quemadmodum progenitores eorum et ipsi usque modo possiderunt, vendidit et tradidit prefato magistro Nicolao et heredibus suis heredumque suorum successoribus pro septuaginta marcis latorum Vyennensium denariorum perpetuo, pacifice et quiete ac irrevocabiliter possidendam. Quas quidem septuaginta marcas memoratus Johannes se plenarie confessus est recepisse, et cum memoratis fratribus suis eandem equaliter divisisse; tali scilicet obligacione interposita per sepedictum Johannem pariter et assumpta, quod quicunque fratrum seu proximorum dicti Johannis, eandem possessionem a prefato magistro Nicolao, vel heredibus suis repetere atemptaverit, idem Johannes et heredes sui tenebuntur eosdem expedire laboribus et expensis, proprietate nichilominus dicte porcionis apud eosdem magistrum Nicolaum et heredes suos irrevocabiliter permanente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostro sigillo roboratas. Datum in octavis nativitatis domini nostri Jesu Christi anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ nono. Magistris Ladislao preposito, Mathya lectore, Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

A győri káptalannak 1366 október 13-ikán kiadott átiratából. Lásd 65. sz. a.

19.

1309 október 23. A somogyvári konvent előtt István, somogyi főesperes és Mátyás, veszprémi kanonokok, továbbá Máté, ugyanazon konvent apátja jelenlétében Margit, Darovi Salamon mester özvegye, a Héder nb. Lőrincz comes leánya, testvére Hedrik mester s ugyanazon Margit asszony és Salamon mester leánya, Anna, Gywadi Simon fia, István felesége, Deushyda birtokot, melyet Anna asszonynak atyja, Salamon adott, részben pénzben, részben szövetekben fizetendő 40 márkáért elzálogosítják Szent-György nyolczadáig (máj. 1.) Herrik mesternek, szlavon bánnak, — kit debregezthi várnagya, András fia, Mihály comes képviselt —, oly kikötéssel, hogyha Szent-György nyolczadán a zálogösszeget lefizetni nem tudják, a birtok Herrik báné lesz; ha pedig Herrik bán a birtokon épít, annak becsértékét is tartoznak megfizetni az említett nyolczadon.

Kiadva Anjoukori Okmánytár I. k. 168. sz.

20.

1310 május 5. A somogyvári konvent jelenti, hogy midőn az előírt határidőben, Szent-György nyolczadán (máj. 1.), Darowi Salamon mester özvegye, a Héder nb. Lőrincz comes leánya és ennek leánya, Anna, Gywadi Simon fia, István felesége, a Herrik bánnak elzálogosított Deushyda birtokot kiváltani akarták, Herrik bán meg nem jelent s csak az ötödik napon jött Omodé fia Miklós mester, a ki késznek nyilatkozott a birtokot 40 márka zálogösszeg lefizetése fejében visszabocsátani; de mivel a záloglevelet visszaadni nem tudta, Salamon mester özvegye nem fizette ki a zálogösszeget.

Kiadva Anjoukori Okmánytár I. k. 184. sz.

21.

1311 márczius 19. A győri káptalan előtt Baráthi Márton fia István, a saját és testvérei János és Péter nevében felvallja, hogy három helyen bizonyos birtokrészeket adott bérbe holdanként több embernek szőlővel való beültetés végett, oly feltétel alatt, hogy a hatodik esztendőtől fogva évenkint minden hold után egy-egy tömlő bort adnak.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie universis quibus expedit presencium significamus per tenorem, quod magister Stephanus filius magistri Martini de Barath pro se et pro Johanne ac Petro fratribus suis coram nobis personaliter constitutus quasdam particulas terrarum suarum et eciam unam particulam terre ecclesie beate Virginis de Menfeu, cuius patroni existunt, in territorio ville Barath existentes, dedit et locavit quibusdam hominibus Fenus nominatis pro plantandis vineis in tribus divisionibus vel locis divisionum sub tali condicione, quod iidem homines in eisdem particulis terrarum plantabunt vineas cum laboribus et expensis eorundem, et easdem vineas relinquere filiis et heredibus eorum, vel aliis, quibus voluerint, vendere poterunt iuxta modum condicionis inferius annotate, nec ipse magister Stephanus et fratres sui ac heredes eorundem revocare poterunt ordinacionem factam inter ipsos. Prima divisio in una particula terre, que est inter terram monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie ab

aquilone et inter terram Karuli filii Urrici, quam terram dictus magister Stephanus eidem contulit nostris literis mediantibus. A meridie adiacentem unum iuger recepit Johannes filius Egus iuxta terram dicti monasterii et aliud iuger versus meridiem protendens assumpsit Johannes, filius Nicolai. Item tercium iuger iuxta eundem semper versus meridiem pertendens conduxit Balase filius Syke; item iuxta eundem unum iuger assumpsit Nicolaus filius Anchol, item iuxta eundem unum iuger assumpsit Theodorus filius Hada, item unum iuger pro se recepit et assumpsit Chama filius Mercurius *(igy)*, item unum iuger assumpsit Stephanus faber de civitate nostra Jauriensi, item unum iuger in eodem ordine assumpsit Mathias filius Marci, item unum iuger assumpsit Johannes, filius Thome, item duo iugera assumpsit Paulus filius Chepani sub tali condicione, quod a vindempnia nunc ventura sexto anno sive in vindempnia prefatis magistro Stephano et fratribus suis de singulis porcionibus singulos scilicet cubulos vini in alveo torculari dare tenebuntur annuatim; item in secunda particula terre talis divisio facta fuit sub condicionibus prenotatis, quod in particula terre Merche vocate ab aquilone unum iuger in latitudine sub mensura novem amplexuum conduxerunt iuxta viam Hurh vocatam Paulus et Georgius filii Frank, item unum iuger iuxta eosdem conduxit Fredricus, filius eiusdem Frank, item iuxta eandem versus meridiem unum iuger conduxit Gregorius filius eiusdem Frank, item unum iuger iuxta eundem conduxit Stephanus Barbatus, item unum iuger iuxta eundem conduxit Theodorus filius Maharias, item unum iuger iuxta eundem conduxit Nicolaus filius Vras, item unum iuger conduxit iuxta eundem Dominicius filius eiusdem Vras, item unum iuger conduxit iuxta eundem Michael filius eiusdem Vras, item unum iuger conduxit iuxta eundem Mark filius Anchol, item unum iuger conduxit iuxta eundem Gregorius Sclaus, item unum iuger conduxit iuxta eundem Nicolaus Theotonicus, item unum iuger conduxit iuxta eundem Abraam filius Benke, item unum iuger conduxit iuxta eundem Bench filius Hyze, item unum iuger conduxit iuxta eundem Petrus filius Pethe, item unum iuger conduxit iuxta eundem Gregorius filius Chaba, de particula vero terre

prefate ecclesie beate Virginis de Menfeu talis condicio exstitit, quod particula terre adiacet inter vineas Dominici filii Michaelis ab aquilone et Pauli sartoris a meridie, quod quicunque eandem particulam terre pro plantandis vineis assumpserunt, postquam vineas plantaverint et vinee fructum produxerint, tenebuntur dare prefate ecclesie beate Virginis de qualibet divisione seu iugere decimam partem vini sub condicione libertatis superius annotate, de qua quidem solvere assumpserunt annuatim, quorum quidem divisio talis est, quod ab aquilone iuxta vineam Dominici antedicti unum iuger assumpsit Karulus antedictus cum mensura octo amplexuum in latitudine, item iuxta eundem cum eadem mensura assumpsit Paulus filius Chepani, item unum iuger iuxta idem assumpsit Petrus filius Vras, item unum iuger assumpsit iuxta idem Georgius filius Thome, item duo iugera assumpsit iuxta idem Petrus filius Pauli sub eadem mensura et condicione, item unum iuger assumpsit iuxta idem Paulus sartor in vicinitate vinee sue. Datum tercio die medii quadragesime anno domini millesimo trecentesimo decimo primo.

Eredetije hártyán hátára nyomott pecsét helyével, fasc. 44, Nr. 1.

22.

1317 szeptember 24. I. Károly király a sopronmegyei Felső-Lövőt, — mely előbb Ábrahám fia Baxáé volt —, továbbá a Fertő mellett levő Szilt Heydreki Dénes fiának, Dezsőnek adományozza.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Etsi regia celsitudo cunctorum sibi fideliter famulancium precibus aures sue benignitatis debet aperire, illorum tamen desideriorum votis specialius et obnoxius tenetur intendere, quos constantis fidelitatis opera et constancie fidelis obsequia ceteris pretulerunt. Proinde ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus pervenire, quod magister Desew filius

Dyonisi de Heydrek fidelis noster, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia nostre majestati declarans et proponens, quandam possessionem *Fulseuluew* vocatam, quondam Baxa filii Abraam, in comitatu Supruniensi existentem, et aliam Ceel vocatam, circa stagnum Ferthew adiacentem, hominum sine herede decedencium, sicut dixit, a nobis in reconpensacionem suorum serviciorum sibi dari et conferri postulavit. Nos igitur, qui ex debito nobilitatis regie, que in beneficiis largiendis continue increscere debet, universorum nobis fideliter obsequencium merita dignis retribucionibus confovere et iusta petencium desideriis aures benignas adhibere debemus, dicti magistri Desew peticionibus inclinati, consideratis maxime fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis, quibus idem nobis intime fidelitatis affectu studuit conplacere et specialiter in eo, quia possessiones suas universas hereditarias et aquisiticias, nostrorum infidelium hostili fremitu conculcari permisit et desolari reliquit, licet easdem illesas et indempnes conservare potuisset, nolentes huiusmodi sue fidelitatis inmemores existere, ut alios ad exhibenda nobis fidelitatis opera, per hoc innitemur, dictas possessiones Fulseuluew et Ceel cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis universis ac tributo in ipsa possessione Fulseuluew ab antiquo existenti si presens peticio sua nobis porrecta equitatem continet, dedimus et contulimus ipsi magistro Desew et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, iure perpetuo pacifice possidendam, tenendam, et habendam, sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukullo, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, VIII° kalendas Octobris. Regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

Rézszinű selyem zsinóron függött pecséte elveszett. Eredetije hártyán az Országos levéltárban Dl. 1899 sz. a. Kívül XV-ik századbeli írással: Item Gabbrief vber Rust vnd fulseuluew von Konig Karol. Donatio Regis Karoli super possessiones felssewluew et Czel nobili Desew de Hederh. Régi családi levéltári jegye: No 108. — Rwsth. — *Kiadva Sopronmegyei Oklevéltár I. k. 66. sz.*

23.

1318 március 9. I. Károly király a Héder nb. Dénes fia Dezsőnek, Világosvár és Kapuvár várnagyának, mivel birtokait a hűtlenek elpusztították, testvéreit és rokonait üldözték, továbbá hűséges szolgálataiért Buchság Győr vármegyei birtokot — a hol boradó udvarnokok laknak — adományozza.

Kiadva Anjoukori Okmánytár I. k. 412. sz.

24.

1323 augusztus 8. I. Károly király Héder nb. Dénes fia Dezső, a királyné udvarbirája kérésére átírja Buchságról (Győr m.) szóló korábbi adománylevelét.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis Sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Cum a nobis petitur, quod honestum est, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum — in hÿs precipue, que subiectorum commodo videntur utiliter convenire. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus vir Deseu, iudex curie domine regine, karissime consortis nostre, filius Dyonisii *de genere Heydruh,* dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quoddam privilegium nostrum sub priori et antiquo sigillo nostro, super donacione cuiusdam possessionis Buchsaag vocate in comitatu Jawriensi existentis per nos sibi facta confectum, petens precum instancia subiectiva humiliter nobis supplicando, ut ipsam collacionem nostram ratificare et approbare, ac dictum privilegium nostrum appensione novi et autentici sigilli nostri de benignitate regia uberiorem ad cautelam presentibus dignaremur confirmare. Cuius tenor talis est: *(Karolus stb. ki van adva Nagy Imre Anjoukori Okmánytár I. k. 412. sz. a. Kivonata 23. sz. a.)*

Nos itaque predicti privilegii nostri veritate inspecta, iuxta eiusdem magistri Deseu peticionem iuri consonam et equitati congruentem, ipsum privilegium nostrum cum colla-

cione nostra memorata, prout hic insertum est, approbamus et regie maiestatis auctoritate eidem magistro Deseu et suis posteritatibus perpetuo valere confirmamus. Utque nostre approbacionis et confirmacionis series absque cuiuslibet contradiccionis obstaculo perpetuat, valeat firmitate consistere, presentes concessimus litteras nostras privilegiales, novi et autentici sigilli nostri duplicis munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Andree, lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri anno domini M° CCC°° XX^mo tercio, sexto Idus Decembris, regni autem nostri anno similiter XX^mo tercio, venerabilibus in Christo patribus, dominis Bogezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nÿtriensi, Georgio de sancto Irineo, Benedicto Chanadiensi, fratre Petro Boznensi, Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wespremiensi et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris, Philippo palatino, comite de Scepus, de Wyuar ac iudice Cumanorum, Demetrio [magistro] tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et de Trinchinio, Lamperto iudice curie nostre, comite Nitriensi et Chanadiensi, Thoma wyuoda *(igy)* Transiluano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, Paulo ba[no de M]achow, comite Sirmiensi, de Volkou et de Budrug, Mykch magistro tauarnicorum domine regine, karissime consortis nostre, comite de Sarus et de Zemlinio, eodem Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, et Nycolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Sárga selyem zsinóron függött kettős pecséte letört. Hártyára írott eredetije az Országos Levéltárban Dl. 1911. sz. a.

25.

1324 október 3. I. Károly király Farkasfölde és Kövesd, győrmegyei, a Rába mellett fekvő birtokokat, melyek látszólagos magszakadás révén a királyra szállottak, Őz Dénes fia, Dezsőnek, a

királyné udvarbírájának adományozta volt. Mivel azonban Sándor fia János leánya, Erzsébet, Vönöczki Simon fia István özvegye a maga és csecsemő kis fia, István nevében a győri káptalan oklevele alapján a birtokot visszakövetteli, mert a házassági szerződésben atyja neki és férjének, Simon fia Istvánnak adta ezen két birtok felerészét, midőn pedig egyetlen testvére, János fia, Ugrin meghalt, a birtokok másik felét is neki adta; a király ennélfogva Dezső mestertől e birtokokat visszavévén, az említett Erzsébet asszonynak és fiának, Istvánnak visszaadja.

Kiadva Anjoukori Okmánytár II. k. 147. sz.

26.

1325 január 10. I. Károly király Igmánnak azon hűtlensége miatt, hogy Obulgan fiát, Dénest, elfogta és a németeknek átadta, a kiktől csak 300 márkáért és három jó lóért szabadult ki annyi kinzás után, hogy csakhamar belehalt, az országnagyok tanácsára birtokát Ceylt feldulásra méltónak találta és a nagyérdemű Hedryh nb. Dénes fiának, Dezső mesternek adományozza.

Közölve Sopron Vármegye Oklevéltára I. k. 84. sz.

27.

1326 február 27. A győri káptalan Inthai Pál fia, Péter kérésére, jeles alakban kiadja a Héder nb. Herrand fia Miklós végrendeletének azon rendelkezését, mely szerint Herrand fia Miklós, rokonainak, a Héder nb. Dénes comes fiának, Miklós mester, győri főispánnak és testvérének, András mesternek, továbbá Dezső mesternek a beleegyezésével (kit Bychou mester képviselt) Beken (Vas m.) nevű öröklött birtokát a Szent Jakab apostol tiszteletére szentelt egyház kegyuraságával együtt Inthai Pál fiának, Péternek és testvérének, Lőrincznek adja. *(Fejér, C. D. VIII/3. k. 29. sz.)* — Ugyanezen oklevelet: *1326 május 9.* I. Károly, Pál fiai Péter és Lőrincz kérésére — felmutatván ezek a győri káptalan oklevelét, a mely szerint Herrand fia Miklós Beken birtokát rokonai beleegyezésével Pál fiainak, Péternek és Lőrincznek hagyományozta (l. előbb) — miután a rokonok, Dénes fiai, Miklós és Dezső, a bemutatott oklevél igazságát vallomásukkal megerősítették; a végrendeletet jóváhagyja.

Fejér, C. D. VIII/3. k. 10. sz.

28.

1326 augusztus 10. A pozsonyi káptalan jelenti, hogy I. Károly király parancsára, Orros Péter pozsonyi várnagyot az ilkai nemes jobbágyoktól megvett Apka nevű birtokba beigtatja és határát megjáratja.

Excellentissimo domino suo domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie Posoniensis oraciones in filio Virginis gloriose humilimas et devotas. Literas vestre serenitatis recepimus cum debita reverencia, qua decuit hunc tenorem continentes:

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et graciam. Noveritis, quod magister Petrus, dictus *Orros,* castellanus castri Posoniensis ad nostram accedens presenciam petiit humiliter, ut possessionem Apka vocatam a nobilibus iobagionibus castri Posoniensis de Ilka mediante privilegio nostro precio comparatam sibi iuxta regni consuetudinem statui facere et tandem privilegio nostro confirmari dignaremur, ipsam vendicionem et empcionem ratificando, dictamque possessionem, si aliquali titulo nostre collacioni pertineret, conferendo; super quo fidelitati vestre precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio (fidedignum), quo presente Petrus de Tukwlchen, vel Ladislaus filius Pawlini, altero absente homo noster prefatam possessionem vicinis suis et commetaneis convocatis per veras metas et antiquas reambulando ac in eadem possessione legitimis diebus commorando cunctisque publicando vendicionem et empcionem possessionis memorate et si per huiusmodi legittimum processum dictam possessionem per dictos nobiles iobagiones castri de iure potuisse, vendidisse et aliqualiter nostre collacioni pertinere invenerint, statuat eandem predicto magistro Petro et suis heredibus pleno iure ac sub iipsius *(igy)* empcionis et nostre donacionis titulo perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, contra eundem magistrum Petrum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et post hec tocius facti seriem cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Wÿsse-

grad in festo beati Jacobi apostoli, anno domini milllesimo trecentesimo vigesimo sexto. *(1326 júl. 25.)*

Nos vero mandatis vestre regie maiestatis obedire cupientes, ut tenemur, cum Petro de Twkwlchen homine vestre serenitatis discretum virum magistrum Emericum, socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda duximus destinandum, qui demum, homo vester et noster, ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi omnibus commetaneis et vicinis dicte possessionis Apka convocatis per singulas veteres metas, ubi necesse fuit, novas erigendo, reambulassent diebus legittimis in eadem moram faciendo et ipsam vendicionem et empcionem omnibus notificando, nullo contradictore penitus existente, eandem possessionem Apka per dictos nobiles de iure venditam, nostre collationi seu donationi competentem seu congruentem, idem homo vester cum testimonio dicti hominis nostri eidem magistro Petro statuisset pleno iure heredum per heredes possidendam, habendam et tenendam. Cuius quidem possessionis mete, prout idem homo vester et noster concorditer nobis retulerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipitur a plaga orientali penes pratum cuiusdam fluvii *Saar* nuncupati et ibidem in margine eiusdem prati est una antiqua meta et secunda nova, quarum una distinguit ipsam possessionem Apka, secunda possessionem ecclesie sancti Salvatoris similiter Apka vocatam. Abhinc procedendo versus orientem et parum eundo penes quandam viam publicam, que ducit versus civitatem Posonium, est una meta antiqua et secunda nova distinguentes tamquam prime, deinde vadit similiter versus orientem et parum eundo iuxta secundam viam publicam, que ducit versus civitatem Tyrnensem, est una antiqua meta et secunda nova, que distinguunt omnino, sicut prime, abhinc transit similiter ad plagam orientem et parum eundo una meta antiqua et secunda nova modo prehabito distinguentes, inde progreditur adhuc versus orientem et sic eundo circa penes quandam viam, que venit de villa *Dyözegh* versus villam Pauldi, ubi sunt tres mete capitales, quarum una separat dictam terram Apka, secunda terram ecclesie sancti Salvatoris, que ibidem terminatur, et tertia terra ville Mached, abhinc vadit versus plagam meridionalem

iuxta viam antedictam, et ipsa eundo ex utraque eiusdem vie est una meta antiqua et una nova, quarum una distinguit terram Apka, secunda terram Mached, deinde parum eundo scilicet versus orientem iuxta eandem viam est una antiqua meta et una nova modo iam dicto distinguentes, deinde transit parumper ad plagam orientalem exiendo de via iam dicta, et sic eundo est una meta antiqua et una nova; abhinc reflectitur versus meridiem, et sic eundo iuxta quendam fluvium Polonta nuncupatum sunt tres mete veteres, quarum una distinguit ipsam terram Apka, secunda terram ville Mached, que ibidem terminatur, et tercia terram Alach ecclesie de Plis, deinde ulterius eundo in latere cuiusdam vallis fluvii memorati Polonta est quidam truncus, qui est pro meta, qui distinguit terram Apka et terram Alach ecclesie de Plis; abhinc similiter eundo ulterius sunt due mete antique collaterales, distinguentes ipsam terram Apka de terra dicte ecclesie de Plis, deinde protenditur similiter et venit iuxta fluvium Dwdwag, et ibi est una meta antiqua distinguens modo memorato. Abhinc protenditur similiter iuxta ipsum fluvium Dwdwag, et parum eundo est una meta antiqua capitalis, que distinguit ipsam terram Apka de terris ville Dyozegh et de terris Johannis dicti Kada. Deinde flectitur ad plagam occidentalem et parum eundo est una meta antiqua, que dividit tamquam prius, abhinc similiter eundo in fine quorumdam iugerum est una meta antiqua distinguens tamquam priores. Deinde parum eundo sunt due mete antique distinguentes dictam terram Apka de terris ipsius Johannis Kuda *(igy)*, abhinc parum eundo est una meta antiqua similiter distinguens. Deinde parum eundo sunt due mete antiqe collaterales, abhinc eundo est una meta antiqua dividens eodem modo, deinde ingredit pratum fluvii Saar, unde venit ad ipsum fluvium et ipso fluvio transacto itur ad quoddam nemus, et ipsum pertransiendo venit ad terram Pekchem castrum Posoniense *(igy)*. Abhinc protendit iuxta eandem terram ad plagam septenptrionalem et sic eundo rediit ad supradictam terram ecclesie de sancti Salvatoris, iuxta quam ingreditur illico ad fluvium Saar memoratum et deinde transit ad pratum eiusdem fluvii et rediit ad metas priores et ibidem cursus earundem termi-

nantur. Datum in festo beati Laurencii martyris anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto.

Radeczi István helytartó 1573. évi hiteles átiratából, 100. fasc., 12. sz.

29.

Visegrád, 1326 augusztus 25 (?). I. Károly király meghagyja Dezső soproni ispánnak és világosvári várnagynak, hogy mivel a kedhelyi monostort néhai István és László királyok oklevelei alapján Sopron vármegye tizedének huszadrésze jogosan megilleti, a monostort jogaiban tartsa meg s itéljen, mint bíró, a monostor Hidegséd és Hinuk (?)[1] birtokainak ügyében, a melyeket Imre fia, Lőrincz elfoglalt.

Fejér, C. D. VIII/3. k. 3. sz. — V. ö. 1327-ből a 33. számú kivonattal.

30.

Visegrád, 1326 augusztus 26. I. Károly, István mester soproni polgárt és fiait, Istvánt, Vinczét és Bertalant, oltalmába fogadván, meghagyja Dezső sopronmegyei ispánnak, hogy őket s birtokaikat, főleg Egeredet mindenki ellen védje meg.

Kiadva Hazai Okmánytár II. k. 36. sz.

31.

1327 június 15. Erzsébet királyné megerősíti Ozorai András fiát, Miklóst, az I. Károly által adományozott Zokol, Endréd és Pukud tolnamegyei birtokokban.

Elyzabeth, dei gracia regina Hungarie, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in largitore salutis. Reginalem decet excellenciam suorum fidelium subditorum preces legitimas favorabiliter exaudire et eorum fidelitatibus recensitis munificencie sue eis graciam impertiri et prius rite collocata solidare, ut exinde numerus sibi famulancium subiectorum iugiter augeatur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Nicolaus, filius Andree de Azara, fidelis noster ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis

[1] Helyesen: Homok.

obsequia serenissimo principi domino Karulo, dei gracia illustri regi Hungarie, consorti nostro karissimo et nobis impensa rememorans et declarans a nobis humiliter postulavit, ut quasdam terras nostras reginales Zokol, Endred et Pukud vocatas, in comitatu Tolnensi habitas, quas iamdudum idem dominus noster rex mediantibus suis literis privilegialibus simul cum aliis possessionibus eidem contulerat, nostrum consensum et assensum predicte collacioni regie adhibendo iuxta collacionem regalem et nos sibi dare et conferre perpetuo dignaremur. Nos igitur, ut ex debito reginalis excellencie uniuscuiusque meritoria servicia et serviciorum merita racionis calculo metiri debemus et pensare, peticiones eiusdem magistri Nicolai iustas et iuri consonas favorabiliter attendentes, considerantesque fidelitates obsequiosas laude dignas ipsius magistri Nicolay, quas eidem domino nostro regi in diversis expedicionibus regni sui, prout certo certius ad nostre noticiam pervenit maiestatis, variis locis et temporibus exhibuit et impendit fideliter et indefesse, volentes predicto magistro Nicolao pro suis fidelibus serviciis ex liberalitate reginali correspondere muneribus donativis, predictas terras nostras reginales Zokol, Endred et Pukud existentes cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis; sessionibus videlicet terris arabilibus et campestribus, vineis, pratis et aliis circumstanciis universis, sub eisdem metis et terminis, quibus per iobagiones nostros habite fuerunt et possesse, dicte collacioni regie consensum prebentes reginalem unacum suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, premissam donacionem seu collacionem presentis scripti patrocinio perpetuo confirmantes ex certa sciencia cum plenitudine gracie reginalis. Ut igitur huius nostre donacionis et collacionis, approbacionis et ratificationis series robur obtineat perpetuo firmitatis, presentes concessimus literas privilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris domini Herrici dei gracia episcopi Wesprimiensis et comitis loci eiusdem, aule nostre cancellarii fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, decimo septimo Kalendas Julii.

Eredetije hártyán függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 1 jelzés alatt.

32.

1327 augusztus 1. A székesfehérvári keresztesek konventje Erzsébet királyné parancsára beiktatja Ozorai András fiát, Miklós mestert, Zokol, Endred és Pokud birtokába, megjárván azok határát.

Conventus domus hospitalis Jerusolimitani de Alba omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum nos receptis literis excellentissime domine, domine Elisabeth dei gracia regine Hungarie sub anulari sigillo consignatis iuxta continenciam earundem una cum magistro Petro, filio Stephani de Darow, speciali homine eiusdem, honorabilem et religiosum virum, dominum fratrem Benedictum priorem ecclesie nostre ad reambulandam et erigendam metas quarundam terrarum Zokol, Endreid et Pokud vocatarum in comitatu Tolnensi habitarum et magistro Nicolao filio Andree de Azora legitime statucionem faciendam destinassemus. Qui quidem demum ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beati Jacobi apostoli (júl. 25.) nunc proxime preteriti ad facies ipsarum terrarum personaliter accedendo, vicinis et commetaneis earundem inibi convocatis et presentibus eÿsdem, tribus diebus iuxta regni consuetudinem in eisdem commorantes nullo contradicente ipsas terras Zokol, Endred et Pokud vocatas reambulando et ab aliorum iuribus possessionariis separando metas ipsarum erexissent et in dominium earundem ipsum magistrum Nicolaum introduxissent et easdem cum universis earum utilitatibus et pertinenciis quibuscunque eo iure, quo sibi attinere dinosscuntur, perpetuo possidendas et tenendas statuissent, nemine contradictore, ut premittitur, in facie earundem apparente. Quarum quidem metarum prima meta incipit a parte orientis in campo, ubi sunt tres mete terree, quarum una est terre Zokol, terre *(igy)* vero secunda sancti Martini et tercia de Gercheÿ; deinde procedit versus septentrionem, transit valles et colles per metas terreas, venit ad viam, per quam tendit versus aquilonem in aliam viam magnam, qua ducitur Zonuk, ubi est meta terrea, et per eandem viam ad occidentem eundo venit ad arborem piri iuxta terram

Kezow et procedit per eandem viam iuxta terram Hozt et Men, ac terram Tÿda pervenit ad viam magnam, que ducit de Beka ad partem meridionalem in commetacione terre regalis Irug vocate, ubi tenet metas terre Endreid, et in eadem via in longo spacio pervenit ad metam terream prope villam Irug. Abhinc vertitur ad orientem, per viam venit ad arborem *Tul* cruce signatam et metam terream, et per eandem viam declinat ad duas metas terreas, descendit in vallem lutosam, ubi adiungitur meta terre Pwkud, et per ipsam vallem procedit versus meridiem, in longo spacio resecat fenilia seu prata, pervenit usque terram castri Tamassÿ nuncupati, abinde exiit de ipsa valle ad metam terream iuxta vallem, de qua per metas terreas et signa continue posita in longo spacio eundo pervenit ad priorem metam, ibique terminatur. In cuius rei testimonium et memoriam pleniorem predicto magistro Nicolao, filio Andree presentes concessimus literas nostro sigillo communitas. Datum octavo die predicti festi beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo.

A székesfehérvári keresztesek konventjének 1390 május 27-ikén kelt átiratából. Lásd 96. sz. a.

33.

Szent-Mihály, 1327 augusztus 10. Dezső, a királyné udvarbirája és soproni ispán I. Károly parancsára (29. sz.) meghagyja István nevű alispánjának, hogy a kedhelyi apát dézsmaszedésre kiküldött gazdatisztje, Miklós győri püspök dézsmaszedőjével együtt menjen s a váron alul s felül levő dézsma huszadrészét az apátság tisztjének kezéhez szolgáltassa, mert a kedhelyi apátságot a sopronmegyei tized huszadrésze megilleti.

Fejér, C. D. VIII/3. k. 85. sz.

34.

1330 február 18. I. Károly király előtt Szentandrási János fia, Péter a saját és filii Ispanici-nak nevezett nemzedéke, hasonlóképen Miklós, az Echius fia, András a Póka fia, Mihály a Bedő fia, mind a Lengez sarjadékai és a nagy- és kisféli udvarnokok nevében egy-

felől, másfelől Hédervári Dénes fia, Dezső királynéi udvarbiró és soproni főispán a maga és testvére, Miklós győri főispán nevében Bodok nevű birtokra nézve, a melyet a Hédervári testvérek László királytól nyertek és a melyre a felperesek is örökség czimén jogot formáltak, oly feltétel alatt egyeznek ki, hogy az említett birtoknak a Csallóköz felől levő felerésze a Chelz folyó felével örökség czimen a felpereseké, a másik fele a szigetekkel és mindkét rész hajó- és révvámjával a Hédervári testvéreké legyen, oly feltétellel, hogy ott a felperesek csak azon esetben fizetnek vámot, ha kereskedelmi czikkekkel hajóznak.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis Sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in largitore salutis. Fines causarum ob varietates et decursus continuos temporum caligine oblivionis obfuscati redire solent in ambiguum, nisi testimonio instrumentorum atque literarum fulciantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petro, filio Johannis de Sancto Andrea, pro se et pro universis aliis de generacione sua, videlicet filiis Ispanicis de eodem Sancto Andrea, ac pro tota villa *Kÿs Szarwad,* possessionem Bodak infrascriptam suam esse asserentibus; item Nicolao, filio Echii et Andrea, filio Poka, iobagionibus udvornicis de villa Fell de progenie Lenghez similiter pro se ipsis et tota universitate iobagionum, udvornicorum nostrorum regalium de maiori et minori Feell, de eadem progenie Lenghez utrisque et prenominato Petro, procuratorio nomine cum literis procuratoriis patentibus legittimis capituli Posoniensis, et ad infrascripta plene sufficientibus ac Michaele, filio Wodow, similiter iobagione udvornico de eadem Noghfeel personaliter ab una parte, ab altera vero magistro Desew, filio Dionisii de Hedrwhwar, iudice curie serenissime domine Elisabeth eadem gracia regine Hungarie, consortis nostre karissime et comite Soproniensi, pro se et pro magistro Nicolao, fratre suo uterino, comite Jauriensi, coram nobis personaliter constitutis propositum [ext]itit per eosdem concorditer vive vocis ministerio, et relatum, quod super possessione Bodak prenominata, in comitatu Posoniensi existente fluvium Chelz ab utraque

parte partitive adiacente, quam [idem magister] Deseu cum fratre suo memorato olym sibi a domino Ladislao, quondam illustri rege Hungarie, fratre et predecessore nostro karissimo fore asserit acquisiticiam [1] et quam pridem dicti filii I[spanici et iobag]iones udvornici nomine iuris hereditarii ipsorum ordine iudiciario ab eisdem recaptivaverant, magnatibus et nobilibus regni nostri nunc in curia nostra existentibus, ipsos re[formantibus et com]ponentibus nostro regio consensu, licencia et permissione interveniente in talem concordie et perpetue pacis unionem devenissent, quod media pars dicte possessionis Bodak ex parte [Chollokeoz existen]s simul cum medietate dicti fluvii Chelz et aliis utilitatibus ad eandem medietatem spectantibus, qui quidem fluvius directa particione dividit possessionem eandem memora[tis filiis Ispanicis] et iobagionibus wdvornicis, prout mediante fidei sacramento et iuramento eorundem in facie dicte possessionis particionem huiusmodi possessionariam facientes exinde proscriptis nomine i[uris eorum hereditari]i, sicut dixerunt, recapierunt et receperunt. Reliqua vero media pars ipsius possessionis a parte Hedruhuara ex adversa parte fluvii adiacens simul cum medietate eiusdem fl[uvii et cum ins]ulis ac tributo navigii et portus ab utraque parte, necnon aliis similiter utilitatibus, ad eandem pertinentibus, prenotatis magistris Deseu et Nicolao perpetuo irrevocabiliter [et in filios filiorum] utrique parti cedere debeant et cessissent possidende, tenende pariter et habende, hoc tamen declarato, quod dicti filii Ispanici et iobagiones udvornici nullo unquam tempore [tributum navig]ii et portus, nisi cum mercibus vel rebus mercimonialibus transirent, vel per eundem fluvium descenderent, eis [2] solvere et dare tenebuntur et debebunt, sed ad comparacionem navigiorum [et nav]ium ipsos pro posse semper, prout expediens fuerit, iuvare teneantur hac penali adieccione utrinque interiecta, quod si qua parcium predictarum dictam composicionem et possessionariam parti[cionem] inter se factam processu temporum in toto vel in parte infringere quomodolibet,

[1] Lásd Fejér, C. D. VII/2. k. 132. l.

[2] Későbbi másolatban *bis*.

vel aliquotenus violare niteretur et attemptaret, vel si de ipsis partitis hincinde possessionariis porcionibus, vel e[arun]dem utilitatibus potencialiter, seu quomodolibet indebite aliquid inposterum ab alia parte occupare niteretur et actu occuparet, extunc contra alteram partem pena calumpnie convincenda seu convicta eo facto prorsus habeatur atque censeatur, sicut se mutuo partes ipse perpetuo obligarunt ad premissa coram nobis spontanea voluntate. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes ad instanciam et peticionem parcium memoratarum concessimus literas nostras privilegiales, sigilli nostri duplicis novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Endree prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni autem nostri anno similiter tricesimo, duodecimo Kalendas Marcii, venerabilibus patribus vacante ecclesia Strigoniensi, fratre Ladislao archiepiscopo Colocensi, aule nostre cancellario, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Benedicto Chanadiensi, Henrico Vesprimiensi, aule domine regine karissime consortis nostre cancellario, Georgio Syrimiensi, fratre Petro Bosnensi, Chanadino Agriensi, Meskone Nitriensi, Andrea Transsilvano, Ladislao Zagrabiensi et fratre Rudolpho Vaciensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Joanne palatino, Paulo filio Sÿmonis, iudice curie nostre, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, Thoma voyvoda Transsilvano et comite de Zonuk, Mikch bano tocius Sclavonie, Joanne filio Logreci bano de Machow, Joanne filio Babanik [1] magistro tavarnicorum domine regine, consortis nostre karissime, Deseu iudice curie eiusdem domine regine supradicto, Dionisio dapiferorum nostrorum et Stephano agazonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatibus tenentibus et honores.

László császmai prépost és titkos kanczellár 1356 április 6-iki hibás átiratából. (Lásd 55. sz.) 1591. kelt pontosabb bírói átirata az Országos Levéltárban M. O. D. L. 2583. sz. a.

[1] Későbbi átiratban: *Wrbanÿch.*

35.

Visegrád, 1331 szeptember 8. Dezső, azelőtt királynői főlovászmester és soproni főispán özvegye és fia Hedrik Világosvárt, továbbá Siri, Galsa, Meszt, Füzes, Appadsig (?) falvakat, a Csigere folyón levő malmot, s ugyanazon hely ispánságát a rabszolgákkal együtt Antal ispánnak adják.

Kiadva Hazai Okmánytár III. k. 94. sz.

36.

Visegrád, 1339 január 20. I. Károly király előtt, Zwmyugh László a hontmegyei Kezewn levő birtokrészt, — melyet a király, mint magszakadás révén a koronára szállottat, neki adományozott, — megtudván, hogy vétel jogán Gedech fiát, Lőrinczet illeti, neki visszabocsátja.

Nos Karolus, dei gracia rex Hungarie, tenore presencium quibus expedit, significamus universis, memorie commendantes, quod Ladislao, dicto *Zumÿugh,* aule nostre iuvene ab una, item Laurencio, filio Gedech, parte ab altera coram nobis personaliter constitutis per eundem Ladislaum dictum Zwmyugh confessum extitit ministerio vive vocis sponte et relatum, quod licet ipse eundem Laurencium, filium Gedech racione cuiusdam possessionarie porcionis in possessione Kezew vocata in comitatu Hontensi existenti habite pro suis preclarÿs serviciorum meritis per modum nove donacionis nomine possessionis hominis heredum solacio carentis per nostram maiestatem sibi tradite et collate ordine iudiciario in causam attraxerit, tamen nunc, quia certo cercius recognovisset, dictam possessionariam porcionem in ipsa possessione Kezew habitam nomine hominis sine herede decedentis per ipsum a nostra maiestate repetitam et per nos sibi, ut pretactum est, datam et collatam ad eundem Laurencium, filium Gedech vero et iusto empcionis titulo vigore efficacissimorum instrumentorum debere pertineri, ideo ipse retrahendo se omnino ab eadem dictam possessionariam porcionem in ipsa possessione Kezew, ut premisimus, existentem, super qua litis materia susscitata fuisset inter ipsos, cum omnibus suis utilitatibus et pertinen-

ciis universis prescripto Laurencio, filio Gedech ex parte sua remisisset et resignasset, ymmo remisit et resignavit coram nobis, prout ad eundem dinoscitur pertinere, pacifice et quiete possidendam. Datum in Wissegrad, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo nono.

Vilmos pécsi püspök és titkos kanczellár 1362 márczius 30-ikán kelt átiratából. Lásd 61. sz. a.

37.

1339 április 5—9. A pannonhalmi konvent előtt Baráthi István fia, Péter, a ki nőül vette Itemer fia Péter leányát Margitot, és Itemer fia Péter és sógora János esperes hozomány- és jegyajándék ügyében szerződést kötnek.

Conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie omnibus Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que in tempore aguntur, cum processu temporum deleantur, [ad cautelam literarum patrocinio] solent stabiliri. Proinde ad universorum noticiam tam presencium, quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod nobilis vir magister Petrus, filius Stephani de Barath coram nobis . . . ab una, item (?) magister Johannes archydyaconus de Papa et canonicus ecclesie Jauriensis ac Petrus filius Itemeri parte ex altera coram nobis personaliter constituti, idem magister Petrus confessus est et retulit oraculo vive vocis, quod predictus Petrus, filius Itemeri filiam suam nomine Margaretam, a sorore videlicet nominati Johannis archydyaconi procreatam in facie sancte matris ecclesie matrimonialiter sibi legitimam tradidisset in uxorem, cuius quidem contemplacione Petrus filius Itemeri et Johannes archydyaconus antedicti centum marcas latorum denariorum Wyennensium decem pensas pro marca qualibet computando in manus ipsius Petri in prompta pecunia videlicet equis valentibus et aliis rebus assignassent; e converso vero ipse magister Petrus suam possessionem Barath vocatam iam nominatam predicte domine Margarete uxori sue contulisset et

contulit coram nobis eo modo, quod si ipsum magistrum Petrum filium Stephani absque heredum solacio decedere contingat, extunc praedicta possessio Barath, in qua est ecclesia lapidea in honore martyrum Cozme et Damiani beatorum fundata, eidem domine perpetuabitur pleno iure cum racione premisse pecunie cum racione dotis perpetuo possidere. Si autem eandem dominam Margaretam decedere contingat, extunc racione dotis et premissarum rerum idem magister Petrus filius Stephani absque strepitu iudicii predicto Petro filio Itemerii et Johanni archydyacono vel aliis proximis eiusdem domine Margarete consortis sue, ad quos plus pertinebit, quinquaginta marcas latorum denariorum Wyennensium decem pensas pro marca qualibet conputando solvere tenebitur magister Petrus antedictus, tali eciam moderamine inserto, quod alias suas possessiones *Scentuid, Ustragatheu* et *Geneh* (?) vocatas et alias quaslibet ipsum contingentes reliquisset proximis suis ac fratribus, ne racione dicte possessionis Barath sepedicta dicta *(igy)* domina Margareta impediatur per generaciones et fratres magistri Petri filii Stephani sepefati. In cuius rei memoriam firmamque stabilitatem nostras concessimus literas privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas alphabetoque intercisas. Datum per manus magistri Clementis nostri notarii specialis feria proxima *(igy)* post octavas festi Pasche domini anno domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, presentibus viris discretis Guslinio priore, Conrardo preposito, Johanne custode, Petro cellerario, Nicolao cantore ceterisque fratribus in ecclesia Dei jugiter Deo famulantibus.

Eredetije rongált hártyán, függő pecsét bevágási helyével, fasc. 44, Nr. 2a jelzés alatt. A hártya alján ABC ketté vágva.

38.

1339 augusztus 22. A győri káptalan előtt a Héder nb. Dénes fia Miklósnak fia, Miklós és testvére István négy birtokuk, két Lak, Dy . . . buz . . . és Albergatha elpusztításáért rokonuk, Heydrik ellen fönnállott követelésüket elengedik, kijelentvén, hogy ha valamelyik közülök Heydriket e miatt támadná, 50 márka birságot fizet.

Kiadva Anjoukori Okmánytár III k. 387. sz.

39.

1340. I. Károly király, — midőn Malach Miklós, András és László panaszkodott, hogy Borsker birtokukat mások elidegeníteni akarják oly czímen, hogy a király tőlük ezt a birtokot elvette, — megnyugtatja őket, hogy el nem vette, sőt jogaikban megerősíti.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 56. sz. a.

40.

1340 márczius 25—május 1. A székesfehérvári káptalan jelenti I. Károly királynak, hogy parancsára 1340 márczius 25-ikén vizsgálatot tartván, azt találta, hogy Borsker, Malach Miklósnak, Andrásnak és Lászlónak örökl[illegible]ött birtokuk s ezért Thamásy János fiait, Miklóst, Pétert és Henriket Szent György nyolczadára (máj. 1.) megidézte.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 56. sz. a.

41.

1341 február 12. A székesfehérvári káptalan előtt a Gywadi Chontus, Kerches és Achel családbeliek, valamint néhai Mikó bán utódai a saját és egész nemzetségük nevében, I. Károly király által e czélból kiküldött apród jelenlétében Gabryan monostra nevű örökl[illegible]ött birtokukat a rajta épült monostor kegyuraságával, a templommal és minden más tartozékaival együtt 300 márkáért eladták Dózsa fiainak, Jakabnak és Pálnak.

Garai Miklós nádor 1405 márczius 8-ikán kelt mandátumából. Lásd 114. sz. a.

42.

1342. I. Károly király Thamási várát és Hedruh birtokot Thamásy János fiainak, Jánosnak, Péternek és Herrilnek csereképen adván, meghagyja, hogy annak birtokában őket senki se háborgassa.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 56. sz. a.

43.

1343. Miklós nádor bizonyítja, hogy 1343 május 19-ikén Somogyvárott a megyegyűlésen Malach Miklós, András és László Borskert öröklött birtokuknak vallották, mit a megyei nemesek, szolgabírák és esküdtek esküvel erősítettek.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 56. sz. a.

44.

1343. Miklós nádor bizonyítja, hogy 1343 május 26-ikán Kosukon, a Tolna vármegyei nemesek gyűlésén, Malach Miklós, András és László Borskert öröklött birtokuknak vallották, mit a megyei nemesek, szolgabírák és esküdtek esküvel erősítettek.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 50. sz. a.

45.

Vasvár, 1344 április 8. Cyneged Miklós országbirói birságszedő Mesteri Herrand fiát, Móriczot nyugtatja, hogy a bírót megillető birságrészt lefizette, többel nem is tartozik, mivel ellenfele Hédervári Miklós fia, István, nem fogadott el semmit, nem akarván őt nagyon megterhelni.

A marczaltői levéltárból közölve a *Hazai Okmánytár III. k. 122. sz. a.*, hol a keltezésben hibásan áll április 7.

46.

1345 augusztus 2. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Mesteri Herrand fia, Móricz, a Hédervári Miklós fiát, Istvánt illető tíz márka fizetésére a királyi hadbaszállás megszüntének tizenötöd napjáig a királytól halasztást nyert.

Kiadva Anjoukori Okmánytár IV. k. 318. sz.

47.

1345. Pál országbíró előtt Malach László a székesfehérvári káptalan 1340 márczius 25—május 1. kelt oklevele alapján (40. sz.) Borskert öröklött birtokának vallja, Thamásy Henrik fia, János fiai, Miklós, Péter és Henrik ellenében.

Konth Miklós nádor 1358 július 14-iki okleveléből, fasc. 50, Nr. 2. Lásd 56. sz. a.

48.

1347 szeptember 8. A székesfehérvári káptalan I. Lajos király 1347 augusztus 26-ikán kelt parancsára Szokolendröd, Ireg és Szent-Márton, királyi és királynéi birtokok határait megjárja.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est vera salus, dans quietem omnibus et salutem. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos iuxta continenciam et formam litterarum maiori sigillo consignatarum serenissimi principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie, domini nostri plurimum honorandi et metuendi infrascriptum tenorem continencium exprimencium:

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Albensi salutem et graciam. Cum nos possessiones nostras thawarnicales Irwgh, Zenthmarthon et Endred vocatas in comitatu Tholnensi existentes reambulari facere et ab aliorum nobilium vicinorum et commetaneorum earundem possessionibus metali distinccione separari velimus, volumus et fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Pauli vel Johannes filius Osl aut Johannes filius Iwanka de Paar, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum nostrarum accedendo, vicinis et commetaneis earundem legittime convocatis et presentibus reambulent, ipsas per veras metas earundem et antiquas novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionibus distinctas relinquat ipsas populis nostris de eisdem ad utendum, si non fuerit contradictum. Contradictores autem si qui fuerint, citet ipsos contra nostram maiestatem ad presenciam domini palatini ad terminum competentem et post hec tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in dominica proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. *(1347 aug. 26.)*

Ad preceptum litteratorium predicti domini nostri regis cum predicto Johanne filio Osl, nobili de Peel homine pre-

dicti domini nostri regis, magistrum Jacobum presbiterum, rectorem are beati regis Ladislai in corpore ecclesie nostre constructe, socium et canonicum ac hominem nostrum fide dignum ad distringendas et separandas per metales cursus infrascriptas possessiones regalis et reginalis excellencie Zokolendred, Irwgh et Zenthmarthon vocatas a possessione Pwkwd filiorum Nicolai filii Myko transmittere debuissemus. Unde nos mandato domini nostri regis semper obtemperare cupientes, ut tenemur, cum eodem Johanne iam dictum magistrum Jacobum hominem nostrum ad exequendum ea, que in litteris dicti domini nostri regis continentur, pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reversi nobis communiter et concorditer retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima ante festum Nativitatis beate Virginis *(1347 szeptember 4)* primo convocatis commetaneis et vicinis, primo ad possessionem Zokolendred vocatam accessissent et eandem presentibus commetaneis et vicinis infrascripto ordine metali a possessione Pwkwd separassent et distinxissent. Prima autem meta separate possessionis Zokolendred incipit ab aquilone iuxta ortum Gregorii ab una meta terrea antiqua, inde vadit versus occidentem directe ad unam terram arabilem et inibi in fine ipsius terre arabilis erecte sunt due mete terree nove, quarum una a parte orientali distingit possessionem Pwkwd, et alia a parte occidentali existens distingit possessionem Zokolendred, deinde vadit versus meridionalem plagam per unam viam, que vadit versus villam Thamasy et pervenit ad fossatum et ibi sunt erecte due mete terre *(igy)*, quarum una a parte orientali distingit possessionem Pwkwd, alia vero a plaga occidentali existens separat possessionem Zokolendred et inde adhuc directe eundo ad plagam meridionalem pervenit ad unam metam terream cursualem circa eandem viam positam et de eadem meta pervenit ad terram arabilem, in qua erexissent, erexerunt unam novam metam terream, de qua parvum tendendo ad duas metas terreas angulares in fossato positas, quarum una a plaga meridionali distingit possessionem Pwkwd, secunda vero a plaga aquilonis possessionem Zokolendred et inde reflectitur ad plagam occidentalem directe eundo pervenit ad pratum sew fenetum, quod

vulgo dicitur *Forrow* et ibi sunt due mete terree nove, quarum una a plaga meridionali distingit possessionem Pwkwd, alia vero a plaga aquilonis separat possessionem Zokolendred et ibi separatur possessio Pwkwd a possessionibus sanctiferorum thavarnicorum et a possessione ecclesie Demesiensis, de quo prato tendit ad plagam meridionalem per magnum spacium et pervenit ad unam viam, que vadit ad fluvium *Fyzegh,* quam viam transit sew salit ultra et ultra eandem viam per modicum spacium tendendo in eodem prato erexerunt unam metam terream cursualem et de eadem per id pratum tendendo pervenit ad unum puteum, circa quem puteum erexissent et erexerunt duas metas terreas angulares, quarum una a parte orientali separat possessionem Pwkwd, alia vero a plaga occidentali separat possessionem Irwgh a possessione prenotata et ibi terminantur mete possessionis Irwgh et terre a plaga orientali existentes ipsius prati pertinent ad possessionem Pwkwd, terre vero ultra pratum versus plagam orientalem existentes pertinent ad possessionem Irwgh; de quo puteo et de quibus metis versus plagam orientalem tendendo pervenit ad unum montem ad antiquam metam cursualem quam renovassent, de qua meta versus plagam orientalem per longum spacium procedendo pervenit ad duas metas terreas circa foveam vulpium existentes, quarum una a parte meridionali existens separat possessionem Ruben a possessione Pwkwd, de quibus versus plagam orientalem in longo spacio procedendo pervenit ad unam vallem et ad unam metam cursualem, quam renovassent, de qua transeundo dictum pratum versus plagam orientalem et per eandem plagam procedendo pervenit ad unam vallem, in cuius latere est una meta terrea antiqua prope finem illius vallis, quam renovassent, de qua per predictam plagam procedendo pervenit ad unum fossatum, in quo est una meta terrea, quam similiter renovassent, de qua per eandem plagam procedendo pervenit ad metas possessionis Zenthmarthon, de qua versus plagam septemtrionalem pergendo pervenit ad aliud magnum fossatum, de quo ad unam metam terream cursualem, quam renovassent, de qua per plagam septemtrionalem pergendo pervenit ad aliud fossatum, in quo sunt due mete terree

angulares, quas renovassent, circa quas mete possessionis Zenthmarthon terminantur et separantur a possessione Pwkwd et Zokol, de quibus reflectitur ad plagam occidentalem et in longitudine unius iugeris terre procedendo pervenit ad unam metam terream cursualem per eosdem renovatam, de qua versus plagam septemtrionalem reflectendo pervenit ad unum magnum fossatum, cuius fossati pars versus plagam orientalem existens pertinet ad Zokol, alia vero pars eiusdem fossati a parte occidentali existens pertinet ad possessionem Pwkwd, de quo fossato parvum pergendo pervenit ad unam metam terream cursualem per ipsos renovatam, de qua reflectitur ad plagam occidentalem circa terram arabilem et per eandem pergendo pervenit ad unam vallem et illam transeundo pervenit ad unum fossatum, ibi est meta terrea cursualis, cuius quidem fossati pars a parte septemtrionali existens pertinet ad Zokol, alia vero pars eiusdem fossati a plaga meridionali existens pertinet ad possessionem Pwkwd et per id fossatum procedendo pervenit ad unam viam, per quam itur ad Zokol et de Zokol ad Zenthmarthon, in cuius latere sunt due mete antique terree per ipsos renovate, abhinc et ab eisdem metis per eandem viam versus plagam occidentalem procedendo pervenit ad aliam viam per modum crucis bipartitam, circa quam viam erexerunt duas metas, quarum una pertinet ad possessionem Zokol a plaga septemtrionali existens, alia vero a plaga meridionali existens pertinet ad possessionem Pwkwd et per eandem viam versus plagam orientalem tendendo in conpetenti spacio et pervenit ad unum pratum, in quo prato sunt arbores salicum circa domos filiorum Ilercii, ubi est una meta antiqua terrea, de qua parvumper *(igy)* pergendo pervenit ad priorem metam primitus nominatam et ibi terminatur et separatur a duabus possessionibus videlicet a Zokol et Endred et omnes mete supramemorate presentibus omnibus commetaneis et vicinis et presentibus magistro Petro procuratore domini Johannis electi confirmati ecclesie Wesprimiensis et presente Nicolao filio Nicolai filii Mykow de Pwkwd, qui sua et omnium fratrum suorum in persona in ereccione metarum personaliter aderat ac presente magistro Paulo dicto Magno procuratore magistri

Lewstachii, aule regie militis sunt pacifice et unanimi voluntate erecte et eedem possessiones supramemorate salvo iure ecclesie nostre et aliorum penitus et per omnia in eisdem remanente sunt dominis ipsarum statute, nullo contradictore penitus inibidem apparente et existente. In cuius reambulacionis, metalis ereccionis et statucionis memoriam firmitatemque et stabilitatem perpetuam ad peticionem utrarumque parcium presentes concessimus privilegiales litteras nostras pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas et consignatas. Datum anno dominice incarnacionis supradicto, sexto Idus Septembris, reverendo viro magistro Thatamerio dicte ecclesie nostre preposito, auleque regie vicecancellario, prelato nostro, discretis Johanne cantore, Demetrio custode et Stephano decano ecclesie nostre existentibus.

Gúti Országh Mihály nádor 1459 február 27-ikén kiadott átiratából. (229. sz.)

49.

1347 deczember 13. I. Lajos király Hidegkúti László özvegye kérésére megengedi, hogy hidegkúti birtokának felerészét unokájának, Hidegkúti Miklós fia Jánosnak adhassa, különösen azért, mert atyja, Miklós I. Károly király erdélyi hadjáratában elesett.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobilis domina relicta Ladislai filii Beer (?) de Hydegkuth ad nostram et domine regine genitricis nostre karissime presenciam accedendo a nobis et dicta domina regina peciit humiliter et devote, ut medietatem dicte possessionis Hydegkuth condam eidem Ladislao marito suo et per consequens nunc sibi titulo empcionis pertinentem Joanni filio Nicolai nepoti suo, filio videlicet filie sue dandi, donandi et collocandi liberam annueremus facultatem. Nos itaque humillimis peticionibus eiusdem favorabiliter inclinati, considerantes ipsam peticionem suam fore iustam et congruam admissionique regie nobilitatis fore opportunam, habita exinde prelatorum et baronum regni nostri deliberacione prematura cum dicta domina regina genitrice nostra duximus eidem

annuendum, ut predictam dimidietatem possessionariam empticiam, ipsam tam in vita quam in morte predicto Johanni filio Nicolai et eiusdem heredibus ex presenti nostra annuencia et admissione donandi, conferendi et perpetuandi liberam habeat facultatem, specialiter autem eo, quod predictum Nicolaum, patrem ipsius Joannis in quadam expedicione condam excellentis et magnifici principis domini Karoli olym incliti regis Hungarie, pie memorie genitoris nostri karissimi in partibus Transsilvanis pro conservanda sacre corone et regie maiestati fidelitate, quam plurimorum fidelium nostrorum novimus interemptum extitisse. Presentes eciam, dum nobis reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in festo beate Lucie virginis, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Nagy Lajos király 1368 augusztus 16-ikán kelt átiratából. (68. sz.)

50.

Buda, 1348 szeptember 5. I. Lajos király Hédervári Miklós fia Miklós mesternek és testvére, István mester, fiainak a rablók és bárminemű gonosztevők felett összes birtokaikon szabad bíráskodási jogot adományoz.

Relatio Johannis electi Wesprimiensis.

(N)os Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod magister Nicolaus filius Nicolai de Hedruhwar *de genere Hedruh,* fidelis aule nostre miles in serenitatis nostre accedendo presenciam suas et condam magistri Stephani bone memorie, fratris sui carnalis fidelitates et fidelium serviciorum eorum merita nobis proponens et declarans in sua, item Nicolai, Georgii, Johannis et Michaelis filiorum iam dicti condam magistri Stephani fratris sui personis a nostra humiliter peciit maiestate, ut quia possessiones et bona eorum diversi fures, latrones ac alii malefactores continue insidiantes invaderent, obhoc ipsis hanc graciam annuere dignaremur, quod si aliquos vel aliquem ex ipsis malefactoribus intra metas possessionum eorum in maliciosis operibus ipsorum procedentes apprehendere possent, eosdem captivandi et iuxta demerita

eorum ipsos iudicandi et puniendi haberent facultatem. Nos itaque huiusmodi peticionibus iam dicti magistri Nicolai filii Nicolai in sua, et dictorum filiorum fratris ipsius nostre maiestati per ipsum porrectis acquiescentes duximus ipsis annuendum atque concedendum litteras nostras per presentes, ut ubicunque in territorio et intra metas possessionum eorumdem ex dictis latronibus, furibus, et quibusvis malefactoribus in eorum maliciosis operibus procedentes apprehendere poterunt, eosdem captivandi, et absque quorumlibet comitum parochialium, specialiter comitatuum Posoniensis, Mosoniensis, Jauriensis et Castriferrei contradiccione qualicumque iudicandi in causis criminalibus, ac iuxta demerita et excessus eorum ipsos puniendi, suspendendi et tormentandi, necnon pro eisdem malefactoribus in territorio et intra metas earumdem suarum possessionum in quolibet comitatu comitatuum predictorum, patibulum seu lignum quodcunque tormentale, ac aliud quodlibet genus tormentorum statuendi et conservandi n perpetuum ex presenti nostra annuencia liberam habeant per omnia facultatem, ubi ipsis congruum fore videbitur et oportunum. Presentes eciam promittimus privilegiari facere dum nobis fuerint reportate. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum nativitatis virginis gloriose. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét nyomával. A lap alján és a pecsét alatt *R^o. Johannis electi* olvasható. fasc. 1, Nr. 1.

Lajos király 1366-iki átirata is megvan fasc. 1, Nr. 2 jelzés alatt, a melyből *in maliciosis — ipsos iudicandi* kimaradt. — *Kiadva Hazai Okmánytár I. k. 134. sz.*

51.

1349 november 3. A pannonhalmi konvent átírja IV. László királynak Hedrik comes fia János mester részére adott 1274-iki adománylevelét.

Conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Panonie. Omnibus Christi fidelibus presentibus atque futuris presentem paginam intuentibus salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accessit personaliter ad nostram presenciam nobilis

domina relicta magistri Stephani, filii Nicolai, filii Diionisi de Hedruhwara unacum Georgio Johanne et Michaele filiis suis, exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales serenissimi principis domini Ladislai dei gracia quondam illustris regis Hungarie felicis memorie, petens nos humili precum cum instancia unacum filiis suis prefatis, quod ipsum privilegium ob maiorem cautelam et firmitatem rei evidenciam nostris litteris privilegialibus inseri faceremus. Cuius tenor talis est. (Ladislaus dei gracia Hungarie stb. *Lásd a 11. sz. alatt.)*

Nos igitur legitimis et congruis peticionibus relicte domine magistri Stephani predicte, necnon Georgi *(igy)*, Johannis et Michaelis filiorum suorum predictorum et iusticie annuentes, ipsas litteras privilegiales non abrasas, non cancellatas, non obumbratas sew abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum transcribi, transcriptumque earundem nostris presentibus litteris privilegialibus inseri fecimus. In cuius transcripcionis rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras privilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} xl^{mo} nono.

Meglehetős ép pecséte rózsaszin zsinóron függ. Hártyára irott eredetije. fasc. 3, Nr. 3.

52.

1350 augusztus 14. A győri káptalan jelenti a nádornak, hogy István herczeg parancsára Hédervári Miklós fia Miklós; István fia Miklós, Hedreh fia Miklós érdekében Várkonyi János fiait, Omodet, Lothardot és Istvánt megidézte.

Közölve Hazai Okmánytár V. k. 103. sz.

53.

Buda, 1352 január 20. Miklós nádor Warkuni János fiainak Hédervári Miklós fia Miklós, István fia Miklós és Hedruh fia Miklós elleni ügyét elhalasztja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus filius Nicolai, Nicolaus filius Stephani et Nicolaus filius Hedruh

de Hedruhuara, pro quibus Andreas literatus cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis astitit contra Omodeum, Lothardum et Stephanum, filios Johannis de Warkun, pro quibus Johannes, filius Luca cum procuratoriis literis comitis capelle regie comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi Epiphanie domini movere habebant coram nobis, parcium procuratoribus volentibus ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas statu in eodem perhemptorie duximus prorogandam, si partes medio tempore non poterunt concordare. Datum Bude octavo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

Kívül: Pro Omodeo, Lothardo et Stephano filiis Johannis de Warkun contra Nicolaum filium Nicolai et alios ad octavas festi beati Georgii martiris. Prorogatoria.

Az okmány szélén egykorú írással: pro Nicolao filio Stephani Nicolaus filius Egidi cum Jauriensis ecclesie, pro Nicolao filio Nicolai et Nicolao filio Hedruh J. filius Juanka cum eisdem Jauriensis, pro pacientibus Johannes filius Luce cum comitis capelle. Mich. arch. Pax. Solverunt ambe partes.

Papiron, zárlatán kerek pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 4.

54.

Buda, 1353 október 13. Miklós nádor a Hédervváriaknak a Varkuni testvérek elleni peres ügyét elhalasztja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus filius Stephani, Nicolaus filius Nicolai et Nicolaus filius Hexdricy de Hexdruhuara *(igy)*, pro quibus Andreas literatus notarius ipsorum cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis astitit, contra Omodeum Lothardum et Stephanum filios Johannis de Varkun, pro quibus magister Nicolaus, canonicus ecclesie Jauriensis, cum procuratoriis literis eiusdem capituli comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Michaelis archangeli movere habebant coram nobis, parcium procuratoribus volentibus ad octavas festi beati Martini confessoris nunc affuturas statu in eodem perhemptorie duximus prorogandam, si partes medio tem-

pore non poterunt concordare. Datum Bude octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo tercio.

Kívül: Pro Omodeo, Lothardo et Stephano filiis Johannis de Varkun contra magistros Nicolaum filium Stephani, Nicolaum filium Nicolai et Nicolaum filium Hexdricy ad octavas beati Martini confessoris. Prorogatoria.

Az oklevél szélén egykorú írással: Pro reis Johannes filius Luka de Karcha cum Jauriensi. Homines contra inquisicionem fuissent et Paulus filius Mogza. Pax inter easdem.

Papiron, zárlatán kerék pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 5.

55.

Visegrád, 1356 április 6. László császmai prépost és titkos kanczellár Bodaki Lőrincz fia Bodow kérésére átírja I. Károly király 1330 február 18-iki oklevelét.

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chasmensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, memorie commendamus universis, quibus expedit vigore presencium significantes, quod Bodow, filius Laurencii de Bodok personaliter ad nostram accedens presenciam, exhibuit privilegium quondam excellentis principis domini Karoli regis Hungarie suo mediocri sigillo consignatum, petens nos, ut ipsius tenorem de verbo ad verbum literis nostris transscribi et sigillo regio, quo racione dicti honoris nostri, scilicet comitatus capelle regie utimur, consignari faceremus ad cautelam, cuius tenor talis est: *(Lásd I. Károly 1330 február 18-ikán kelt oklevelét 34. sz. a.)* Nos igitur peticionibus ipsius Bodou et iusticie inclinati tenorem dicti privilegii predicti domini Karoli regis preclare memorie de verbo ad verbum presentibus transcribi et predicto sigillo regio, quo pretextu dicti honoris nostri utimur, signari fecimus ad cautelam. Datum in Vissegrad in octavis dicti medii quadragesime, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 22, Nr. 1.

56.

Somogyvár, 1358 július 14. Konth Miklós nádor a somogyi gyűlésen több oklevél alapján Malach László követelésével szemben a Tamasy várhoz tartozó Borsker, más néven Remete nevű birtokot Thamassy Henrik fia János fiainak, Miklósnak, Péternek és Henriknek itéli oda.

(N)os Nicolaus Konth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Symugiensis feria secunda proxima post quindenas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste *(1358 július 9.)* in Sumuguar celebrata Ladislaus dictus *Malach* de medio ceterorum personaliter exsurgens nobis quasdam patentes litteras comitis Pauli, quondam iudicis curie regie sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto (1345.) in Wyssegrad emanatas, modum cuiusdam iudiciarii processus inter ipsum et magistros Nicolaum, Petrum et Herricum, filios Johannis, filii Herrici de Thamasÿ in ipsius comitis Pauli presencia racione cuiusdam possessionis Borsker vocate, in comitatu Symigiensi existentis, habiti et ventilati continentes, asserens accionem suam contra eosdem proponendam litteris contineri in eisdem, demonstravit, quod quedam possessio Borskerÿ vocata, in comitatu Symigiensi existens ab avo et prothavo eorum fuisset hereditaria et iure hereditario ad ipsos deberet pertinere. Quorum querelis perceptis predictus dominus Karolus rex honorabili capitulo ecclesie Albensis litteratorie scribendo fidelitati eorum firmis dederat in preceptis, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Ladizlaus de Beznet, homo sue regalis excellencie ab omnibus, quibus deceret, sciret et inquireret de premissis in eo omnimodam veritatem, utrum ipsa possessio Borskery predictorum Nicolai, Andree et Ladizlai ab avo et prothavo fuerit hereditaria et iure hereditario ad ipsos debeat pertinere, tunc nihilominus citaret Nicolaum, Petrum et Herricum, filios Johannis, filii Herrici de Thamasÿ, per quos ipsam possessionem dicto domino regi dixerant esse occupatam, contra predictos Nicolaum, Andream et Ladizlaum

dictos Malach ad sue regalis excellencie presenciam ad terminum competentem. Et post hec idem capitulum Albense tocius negotii processum cum serie premisse inquisitionis ac citacionis fideliter rescriberet sue regie maiestati. Quod quidem capitulum Albense in eorum litteris dicto domino Karolo regi rescripsisset eo modo, ut ipsi mandato regio eiusdem optemperantes, quemadmodum tenerentur, cum predicto Ladizlao de Bezneth, homine sue regie sublimitatis, Egidium, presbiterum chori ecclesie ipsorum, ad exsequendum premissa duxissent destinandum, qui demum ad eos reversi eis concorditer retulissent, quod ipsi sabbato proximo ante dominicam Letare, in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo preterito *(1340 márczius 25.)* in dicto comitatu Symigiensi circumeundo, a nobilibus et ignobilibus, laicis et clericis, necnon aliis cuiusvis status et condicionis hominibus comprovincialibus eiusdem possessionis Borsker palam et occulte hanc de premissis scivissent veritatem, quod sepedicta possessio Borsker vocata, in dicto comitatu Symigiensi existens predictorum Nicolai, Andree et Ladizlai dictorum Malach ab avo et prothavo fuisset hereditaria et de iure hereditario ad ipsos deberet pertinere, eosdemque Nicolaum, Petrum et Herricum, filios Johannis de Thamasÿ in porcione possessionaria ipsorum *Kanÿa* nominata contra preallegatos Nicolaum, Andream et Ladizlaum dictos Malach ad octavas festi beati Georgii martyris *(1340 május 1.),* in anno superius expresso preteritas citasset in presenciam sue regie maiestatis. Et cum discussio premisse cause diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ad diversos terminos et ultimo octavas festi beati Georgii martyris (máj. 1.) tunc presentes prorogative devenisset, ipsis octavis adherentibus predictus Andreas dictus Malach pro se personaliter et pro predictis Nicolao et Ladizlao, fratribus suis cum procuratoriis literis eiusdem comitis Pauli ad suam accedens presenciam in facto occupacionis dicte possessionis Borsker sibi et eisdem fratribus suis racionem assignari petisset per magistros Nicolaum, Petrum et Herricum prenotatos. Quibus perceptis predictus magister Nicolaus, filius Johannis pro se personaliter et pro prefatis Petro et Herrico, fratribus suis cum procuratoriis litteris iam dicti

comitis Pauli personaliter exsurgens, quasdam litteras patentes predicti domini Karoli regis, in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo emanatas *(1342.)*, anulari sigillo eiusdem consignatas, eidem comiti Paulo presentasset, in quarum tenoribus inter cetera haberi conspecsisset eo modo, quod predictus dominus Karolus rex super possessionibus ad castrum Thamasy vocatum pertinentibus, in comitatu Tolnensi existentibus et possessione Hedruh nominata, in comitatu Symigiensi existenti ac omnibus possessionibus aliis, ubique existentibus ad ipsum castrum et ad easdem possessiones spectantibus, talibus sciiicet, quas idem dominus Karolus rex eisdem facto cum ipsis concambio perpetuo dedisset et que in litteris eiusdem ipsum concambium exprimentibus contineretur, medio tempore, donec metas earundem possessionum in toto ambitu ipsarum iustificaret et erigi faceret, iudicare vel suo compellere, astare iudicatui non auderet, regio sub edicto firmis sibi dedisset in mandatis, si qui autem aliquid iuris et proprietatis de ipsis possessionibus per eundem dominum regem eis datis se crederent et dicerent habere, illi iura et instrumenta sua super possessionibus talibus confecta coram sua maiestate deberent notificare et exhibere, quia sicut in ipsis literis suis privilegialibus contineretur superdictis possessionibus, per ipsum dominum regem eis pro predicto concambio datis, ipse dominus Karolus rex ab omnibus teneretur eosdem expedire. Adiecerat eciam dictam possessionem Borsker, alio nomine Remete appellatam, in premisso concambio per regiam clemenciam eis datam ad castrum Thamasy pertinuisse et debere pertinere, ad huiuscemodi itaque sue allegacionis evidenciorem comprobacionem tria paria litterarum inquisicionalium honorabilis capituli Albensis ecclesie et conventuum Symigiensis ac Cruciferorum domus hospitalis de Alba regali ad regium litteratorium edictum sue celsitudini rescripcionalia in examine iudiciario ipsius comitis Pauli demonstrarant, per quarum tenores tandem possessionem Remete, alio nomine Borsker vocatam Philippum de Kanÿa habuisse et possedisse, in eademque ecclesiam lapideam in honorem Virginis gloriose construi fecisse, funusque eius in eadem ecclesia ecclesiastice sepulture traditum extitisse, et demum eodem Philippo viam universe carnis

absque heredum solacio ingresso, predictam possessionem cum aliis possessionibus et dicto castro Thamasÿ magistro Alexandro de Azara titulo possessionis ipsius Philippi sine herede decessi tamque ad manus regias rite et legitime devente regni sui consuetudine requirente pro suis meritoriis fidelibus serviciis perpetuo contulisse et titulo premisse regie collacionis eandem possessionem prefatum magistrum Alexandrum per tempus vite sue pacifice possedisse, et tandem ipso magistro Alexandro similiter solacio heredum destituto migrato ab hac luce, prefatam possessionem Borsker, alio nomine Remete nuncupatam, cum dicto castro et aliis possessionibus ad idem castrum pertinentibus premisso iure sine herede decessionis in regias manus reversam extitisse, sicque ipsa regalis providencia eandem cum dicto castro et ceteris ad ipsum pertinentibus eis in premisso concambio contulisse ex eoque ad ipsum castrum pertinuisse et pertineri debere homines regios sub testimoniis pretactorum capituli et conventuum diligenti inquisicione prehabita, ab omnibus nobilibus et ignobilibus clericis ac laicis quarumlibet vicinarum et comprovincialium villarum palam et occulte scivisse declararant. Quibus omnibus perceptis predictus Andreas dictus Malach in contrarium omnium premissorum primo quasdam literas predicti domini Karoli regis, sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo *(1340.)* confectas anulari sigillo eiusdem consignatas eidem comiti Paulo presentarat continentes, quod predicti Nicolaus, Andreas et Ladizlaus dicti Malach filii Benedicti, filii Bors, fideles eiusdem domini Karoli regis sue regie maiestati conquesti fuissent super eo, quod quidam possessionem eorum Borsker vocatam in comitatu Symigiensi existentem ab eis alienare vellent eo titulo, ut ipse dominus Karolus rex ipsam possessionem eorum ab eis abstulisset, ipse vero respondisset eis, ut illud ius possessionarium, quod ad proprietatem eorum et Andree, fratris eorundem pertineret, ab eis non abstulisset, et aliis non dedisset quibuscunque, ÿmo quoslibet fideles suos in eorum iuribus voluisset conservare. Demum idem Andreas alias quamplures literas capitulorum Albensis et Quinqueecclesiensis ecclesiarum ac comitum Symigiensis et Tolnensis comitatuum, necnon iudicum

eorundem inquisicionales, ultimo autem duas magnifici viri, domini Nicolai, regni Hungariae palatini in diversis annis et terminis confectas, eidem comiti Paulo curarat exhibere: in quarum unius litere tenore ipsius capituli Albensis, cuius annorum numerus in eadem insertus non habebatur, comperisset haberi eo modo, quod comes Bors, filius Elley de Myskolch ab una parte, Ledegerus pro se et pro Paulo, fratre suo de Keer ex altera coram dicto capitulo Albensi constituti quandam terram ipsorum Keer vocatam, quam prius mixtim possedissent, mediantibus comite Saulo, filio Aba, comite Guth, Absa de Cresmen, Antholeo de Bedeg, taliter dixissent divisam esse inter eos, quod cursus ipsius divisionis inciperetur a quatuor metis empticie terre dicti comitis Bors ab aquilone, a parte terre Chob et transiret ad meridiem per quandam viam inter vineas, que dicitur *Berchek,* que duceret ipsam divisionem usque ad villam dicti Ledegeres, relicta ibi eadem via adhuc transiret ad meridiem in eodem *Beerch,* per competens spacium vero declinaret et descenderet versus orientem ad arborem salicis tendendo inter feneta parcium ad orientem, ad aliam arborem salicis vero caderet ad quandam viam, que ipsam divisionem duceret ad villam Keer populorum domine regine ad metas duas, quarum una esset predictorum nobilium, alia vero ipsorum populorum domine regine et sic ibi terminarentur. Ibi eciam quedam terra ipsius comitis Bors, que vocaretur *Rusateleke* cum alia terra sua metis circumdata, a parte terre Boch extra ipsam divisionem remaneret in parte divisionis Ledegeres antedicti, in ipsa autem divisione predicto comiti Bors cessisset porcio sua; ab occidente porcio vero dicti comitis Ledegeres et sui fratris remansisset ab oriente. Item affirmassent partes quandam terram dicti comitis Bors remanere in divisione dicti Ledegeres, que protenderetur a parte occidentis versus ecclesiam ab occidente, terminaretur per magnam viam, et similiter a meridie et ab aquilone per vias terminaretur. Et quia eciam partes quatuor homines Herbam videlicet Cheklen, Saulum et Demetrium inter se terram habere affirmassent, quam in ipsa divisione alterutrum cessisse dixissent inter se assumpsissent, quod medientibus Saulo comite, filio Aba et comite Gut, filio Petri redderent terram

eorundem vigesimo secundo die post residenciam exercitus tunc moti, eodem eciam die per modum divisionis prenotate partes inter se metas elevare dixissent. In tenoribus autem seu continenciis dictarum literarum predictorum capitulorum Albensis et Quinqueeclesiensis ecclesiarum, necnon dictorum comitum Symigiensis et Tolnensis comitatuum et iudicum nobilium eorundem per regios et ipsorum capitulorum ac comitum homines in eisdem literis nominatim insertos diligenti inquisicione vicinorum et commetaneorum eiusdem possessionis Borsker, prehabita, tandem possessionem Borsker ad ipsos Nicolaum, Andream et Ladizlaum dictos Malach iure hereditario pertinere scivisse idem comes conperierat evidenter. Postremo autem in tenoribus dictarum literarum ipsius domini Nicolai palatini haberi conspecserat in hunc modum, quod in congregacione eiusdem generali, primo feria secunda proxima ante festum Ascensionis domini *(1343 május 19.)* universitati nobilium comitatus Sÿmigiensis in Sumuguar, et postmodum feria secunda post idem festum *(1343 május 26.)* universitati nobilium comitatus Tolnensis in villa Kosuk, in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio celebrata prenotati Nicolaus, Andreas et Ladizlaus dicti Malach, filii Benedicti, filii Bors de medio universorum exsurgentes eandem possessionem Borsker ad ipsos iure hereditario ab antiquo pertinere et pertinuisse allegando, universi nobiles et iudices nobilium iuratique assessores eorundem dictorum comitatuum tacto vivifice crucis ligno, fide eorum deo debita et fidelitate regie maiestati, sueque sacre corone conservanda mediante communem iusticiam spondentes se observare, per ipsum dominum palatinum requisiti eandem possessionem Borsker ad ipsos Nicolaum, Andream et Ladizlaum modo simili ab antiquo pertinere, et iure hereditario pertinuisse voce parili affirmassent. Auditis itaque utrarumque parcium contrariosis altercacionibus, visisque earundem parcium litterarum tenoribus, cum idem comes Paulus per viam communis inquisicionis in facto ipsius possessionis causa maioris iusticie meram indagare volens veritatem, easdem partes in suis contrariosis altercacionibus ad ipsam communem inquisicionem transmittere voluisset, dictus Andreas suo et fratrum suorum nomine

ad ipsam communem inquisicionem se adiudicari permittere ob ipsorum inopie et indigencie pennuriam rennuisset aquisicionem eorum possessionariam supersedere ad tunc faciendo, donec facultas subsidium eis divina pietate annuente adveniret, quo mediante exsequi valerent causam eorum prenotatam equitate suadente. Ut autem regalis provida circumspeccio dictum castrum Thamasÿ cum eadem possessione Borsker, seu Remete vocata, cum ceteris possessionibus ad ipsum castrum pertinentibus in concambio sub diversis graciis et libertatibus perpetuo contulerit ipsosque earundem racione ob omnibus in iudicio vel extra impetere attemptantibus assumpserit expedire in iudicium huiuscemodi declaracionis quasdam literas privilegiales honorabilis capituli Quinqueecclesiensis ecclesie, tenorem litterarum privilegialium excellentis et magnifici quondam principis domini Karoli, dei gracia regis Hungarie illustris transsumptive verbaliter in se continentes demonstrarat sua serie inter cetera exprimentes, quod ipsius domini Karoli regis graciosa providencia prelatorum et baronum suorum matura deliberacione consulta eosdem filios magistri Johannis, filii Herrici extra viam fidelitatis adhuc a tempore progenitorum suorum exorbitantes et divagantes ac ad sincere fidelitatis sue sacre regie corone exhibende tramitem spretis et derelictis suorum parentum et progenitorum vestigiis animo desiderabili redire et confluere anelantes eoque se et sua regie gracie submittendo, castrum eorum Vorbolch vocatum cum omnibus ad se pertinentibus regiis manibus assignassent, notas et excessus infidelitatum suarum et suorum progenitorum usque tunc, quibus non solum ipsum dominum Karolum regem, imo et suos progenitores reges offenderant contumaciter rebellando, eos in cetum et collegium suorum fidelium agregando, eisdemque penitus et per omnia remittendo et indulgendo predictum castrum Thamasy cum omnibus villis et possessionibus ad idem pertinentibus in comitatu Tolnensi situm ac possessionem Hedruh vocatam eorum hereditariam in comitatu Symigiensi existentem similiter cum suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet pro concambio dicti castri ipsorum Worbolch vocati et suarum pertinencium ac utilitatum ipsis filiis magistri Johannis filii Herrici

dedisset, donasset et restituisset in filios filiorum suorum et heredum per heredes peremniter possidendas eosdem et ipsorum heredes ac successores in prenominatis castro Thamasi ac possessione Hedruh et suarum pertinencium, ac iurium quorumlibet pacifice et quiete ab omnibus protegere et defendere ac indempniter conservare, necnon quovis processu temporum ipsos et ipsorum heredes ac successores pretextu dictorum castri et possessionis Hedruh ac quarumlibet suarum pertinenciarum, tam in iudicio, quam extra iudicium a quibuscunque molestare volentibus ab omnibus expedire sub diversis graciarum articulis in eisdem plenius declaratis per omnia assumpmendo plurimas graciosas libertates vigore earundem litterarum suarum privilegialium fidei firmitate vallatas eis in perpetuum conferendo. Verum licet prefatus Ladizlaus Malach vocatus vigore dictarum literarum capitulorum Albensis et Quinqueecclesiensis ecclesiarum ac comitum et iudicum nobilium Symigiensis et Tolnensis comitatuum, necnon binarum litterarum affirmatoriarum in congregacionibus viri magnifici quondam Nicolai palatini et iudicis Comanorum predecessoris nostri bone memorie in predictis Sÿmigiensi et Tolnensi comitatibus celebratis tenoribus dictarum patencium literarum ipsius comitis Pauli iudicis curie regie insertarum eandem possessionem Borsker hereditario iure sibi pertinuisse et pertineri debere declararunt. Ac tamen, quia eandem possessionem Borsker, alio nomine Remete vocatam, primum in antiquis prioribus temporibus Philippum de Kania pacifice possedisse, in eandemque ecclesiam lapideam ad honorem Virginis gloriose construi fecisse et eo sine herede decesso funus suum in ipsa ecclesia sepultum extitisse ac titulo sine herede decessionis dominum Karolum regem magistro Alexandro de Azara pro fidelibus suis serviciis perpetuo contulisse et ipsum similiter absque aliquali litigionaria inquietacione per tempora vite sue possedisse et ipso similiter sine herede decesso iterato in regias manus devolutam fuisse et demum per regales castellanos de Thamasÿ detentam extitisse, postremo autem eisdem filiis magistri Johannis filii Herrici ad debitam fidelitatem sacre regie corone exhibendam reversis se et sua regie gracie submittendo prememoratum castrum

Thamasÿ cum omnibus villis et possessionibus ad ipsum pertinentibus pro concambio castri ipsorum Vorbolch vocati et aliarum possessionum ad idem pertinencium regiam clemenciam perpetuo dedisse et contulisse ac racione eiusdem castri Thamasy et pertinenciarum suarum ab omnibus in iudicio vel extra iudicium impetere attemptantibus expedire assumpsisse, quoslibetque regni sui iusticiarios a iudicatu ipsius castri et quarumlibet possessionum suarum pertinenciarum prohibuisse reperiebantur. Adhuc eciam ipse Ladizlaus a tanto tempore retrolapso contra diversos detentores eiusdem possessionis aliquos actus iudiciarios non exercuisse videbatur, idcirco dictam possessionem Remete titulo premissi concambii cum regia benignitate facti eisdem filiis magistri Johannis, filii Herrici relinquimus et committimus perpetuo possidendam et habendam, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem filiis magistri Joannis filii Herrici concessimus nostras literas privilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum sexto die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo.

Eredetije hártyán töredezett függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 2 jelzés alatt.

57.

1358 július 27. A zalavári konvent előtt egyrészről Szentkirályi Jakab fia János a maga, továbbá János fia Albert, Hédervári Hedreh fia Miklós és István fia György, másrészről Kerecseni Kozma fia Beker, Kanizsai Lőrincz fia János nevében kijelentik, hogy Kedhyda és Lak között fekvő vitás birtok ügyét a zalavári konvent emberének jelenlétében fogott bírák ítéletére bízzák s azok ítéletének magukat alávetik.

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala damus pro memoria, quod magister Johannes filius Jacobi de *Zenthkeral* personaliter ac Albertus filius Johannis cum literis procuratoriis magnifici viri comitis Nicolai iudicis curie regie, pro magistro Nicolao filio Hedreh de Hedrehuara ac pro magistro Georgio filio Stephani de eadem Hedrehuara cum literis procuratoriis capituli ecclesie Jauriensis ab una, item Beker

filius Cosme de *Kerechen* cum literis nostris procuratoriis, pro magistro Johanne filio Laurencii de Kaniza parte ex altera coram nobis personaliter constituti, predicti magister Johannes ac procurator parcium predictarum ministerio vive vocis sunt confessi, quod idem magister Johannes se personaliter ac prefati procuratores easdem partes in causa, quam super facto cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones *Kedhyda* et Lac vocatas habite et in presenti generali congregacione domini Nicolai Konth, regni Hungarie palatini prope villam *Mandhyda* celebrata dicte partes contra sese movere voluissent, arbitrio quattuor proborum virorum per ipsas partes equali numero adducendorum submisissent et submiserunt coram nobis eo modo, ut quidquid idem probi viri in octavis festi Omnium Sanctorum proxime affuturis in facie dicte particule terre litigiose nostro presente testimonio arbitrati fuerint, hoc ambe partes teneantur (?) acceptare tali obligaminis vinculo mediante, quod quicunque parcium eorundem proborum virorum arbitrium non acceptaret, in tribus marcis absque porcione iudicis contra alteram partem dictum arbitrium acceptantem convinceretur eo facto. Datum tercio die festi beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo.

Kívül: Pro magistro Johanne filio Laurencii de Kanisa contra magistrum Johannem filium Jacobi de Zenthkeral super arbitrio in octavis festi Omnium Sanctorum in facie cuiusdam particule terre intrascripte nostro presente testimonio fiendo memorialis.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 4769. jelzet alatt.

58.

1358 november 10. A zalavári konvent bizonyítja, hogy az egyrészről Szentkirályi Jakab fia János, Hédervári Héder fia Miklós és István fia György, másrészről Kanizsai Lőrincz fia János között, Kedhyda és Lak között fekvő vitás birtok ügyének fogott bírák által történendő itéletnek napjára Szentkirályi Jakab fia János, Hédervári Héder fia Miklós, István fia György meg nem jelent.

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium et obligatoriarum exinde confectarum inter magistros Johannem filium Jacobi

de Zenthkeral, Nicolaum filium Hedruh ac Georgium filium Stephani de Hedruhvara ab una, item magistrum Johannem filium Laurencii de Kaniza parte ab altera in octavis festi Omnium Sanctorum proxime nunc preteritis in facie cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones Kedhyda et Lak vocatas habite sub obligaminis vinculo in eisdem prioribus literis nostris expresso, nostro presente testimonio arbitrium fieri debuisset, ipso adveniente termino discretum virum dominum Georgium presbyterum et capellanum ecclesie nostre de Sancto Laurencio, hominem nostrum, fide dignum pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reversus nobis dixit eo modo, quod idem magister Johannes filius Laurencii die et loco prescriptis cum suis arbitris comparuisset, predictis magistris Johanne filio Jacobi, Nicolao et Georgio neque venientibus, neque mittentibus ad locum arbitri *(igy)* supradictum. Datum tercio die termini prenotati, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo.

Kivül: Pro magistro Johanne filio Laurencii de Kaniza contra magistrum Johannem filium Jakobi de Zenthkeral ac alios intranominatos super obmissione die arbitri intrascripti memorialis.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban M. O. D. L. 4805. jelzet alatt.

59.

1358 november 16. A győri káptalan előtt, Téthi Imre fia Péter a maga, továbbá unokatestvérei Téthi Mátyás fia, Miklós fiai, Mihály, Kelemen és Benedek nevében mosonymegyei Téth birtokukat harmincz bécsi márkáért elzálogosítják Hédervári Miklós fiának, Miklósnak a legközelebbi Szt.-György napjától ennek évfordulójáig, kikötvén, hogy a második Szt.-György ünnepe után bármikor visszaválthatják.

Kiadva Kubinyi: Mon. Hung. Hist. II. k. 132. sz.

60.

1361 április 15. A győri káptalan előtt Pecchi János kisbaráti birtokát, a melyet baranyamegyei Gercsin nevű birtokáért cserélt el, Hédervári Miklós fia Miklós királyasszonyi főajtónálló mesternek, zálogba adja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod magister Johannes, filius Johannis de Pech ab

una, parte vero ab altera Andreas litteratus, famulus et procurator magnifici viri Nicolai, filii Nicolai de Hedruhuara, magistri ianitorum reginalium pro eodem domino suo cum litteris nostris procuratoriis coram nobis constituti per eundem magistrum Johannem, filium Johannis de Pecch propositum extitit et relatum, quod ipse possessionem suam Kysbarath vocatam in comitatu Jauriensi existentem, in qua in honore sanctorum Cosme et Damiani martyrum ecclesia foret constructa, que sibi in concambium tercie partis possessionis Gerchÿn vocate in comitatu de Barania existentis a filiis condam magistri Thome Rufi de Wecche mediantibus litteris honorabilis capituli ecclesie Nitriensis exinde confectis et per eundem coram nobis exhibitis fuisset devoluta cum omnibus suis utilitatibus, proventibus et usibus annotato magistro Nicolao, filio Nicolai de Hedruhwar pro sexaginta marcis denariorum, pro marca qualibet decem pensis computatis a proximo venturo festo beati Georgii martyris (ápr. 24.) usque ad revolucionem eiusdem festi annualem et non ante redimendam pignori obligasset et obligavit coram nobis. Quas quidem sexaginta marcas tali modo solvisset, quod ad illam pecuniam, pro qua porcio sua possessionaria in Gemerew habita mediantibus nostris et annotati capituli Nitriensis litteris fuisset obligata, simul cum ipsa pecunia solvisset et expedivisset; quam quidem porcionem possessionariam ipsius Johannis in eadem Gymurew habitam prelibatus Andreas litteratus auctoritate procuratoria premissa ipsi Johanni, filio Johannis de Pecch nostri in presencia resignavit. Elapso vero ipso festo sancti Georgii martyris quandocunque annotatam possessionem suam Kysbarath pro eisdem sexaginta marcis redimere valuerit, liberam habebit redimendi facultatem, hoc eciam non pretermisso, ut quicunque preallegatum magistrum Nicolaum aut suos heredes racione dicte possessionis Kisbarath impetere vel aggravare niterentur, quo usque ipsam possessionem redimere valuerit, propriis laboribus et expensis expedire et in dominio eiusdem pacifice tenebitur contra omnes conservare; rehabita vero pecunia sua ipse magister Nicolaus aut sui heredes dictam possessionem eidem Johanni resignare tenebuntur. Presentes vero, cum nobis reportate fuerint, nostrum exinde

privilegium conferemus. Datum feria quinta proxima post quindenas festi Passce, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo.

A győri káptalan 1367 november 13-iki átiratából. (67. sz.)

61.

Visegrád, 1362 márczius 30. Vilmos pécsi püspök, Phile fia, Domonkos és Kezewi Lőrincz fia Péter kérésére átírja I. Károly 1339 január 20-ikán és az esztergomi keresztesek konventjének 1303 április 4-ikén kelt oklevelét.

Nos Vilhelmus, dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Quinqueecclesiensis, comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici eadem gracia regis Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod Dominicus, filius Phile et Petrus, filius Laurencii de Kezew personaliter ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quasdam duas literas, unam videlicet serenissimi principis domini Karoli olim regis Hungarie patentem, secundam conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio privilegialem, petentes nos, ut easdem literis nostris privilegialibus inseri et transscribi faceremus uberiorem ad cautelam, quarum tenores per omnia tales sunt. *Lásd I. Károly király 1339 január 20-ikán kelt oklevelét (36. sz.). Lásd az esztergomi keresztesek konventjének 1303 április 4-ikén kelt oklevelét (17. sz.).* — Nos igitur iustis et congruis peticionibus prefatorum Dominici et Petri acquiescendo, pretactas duas literas, dicti domini Karoli regis patentes et conventus ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio privilegiales de verbo ad verbum presentibus literis nostris privilegialibus inseri et transscribi, ac sigillo regio, quo pretextu honoris nostri, scilicet comitatus capelle regie utimur, pendenti fecimus consignari. Datum in Wissegrad, feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo.

A sági konvent 1390 október 7-ikén kelt átiratából. Lásd 97. sz.

62.

Visegrád, 1363 szeptember 3. Bebek István országbíró Hédervári István fiainak, Györgynek és Mihálynak Szalóki Pál fia Pál mester elleni ügyét elhalasztja.

Nos comes Stephanus Bubek, iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie damus pro memoria, quod discussionem reportate seriei cuiusdam iudicii et satisfaccionis, quam inter Georgium et Michaelem filios Stephani de Hedruhuar, item inter magistrum Paulum filium Pauli de Zalonk actorem personaliter comparentem iuxta continenciam literarum nostrarum formam iudicii nostri exprimencium et capituli ecclesie Vesprimiensis nobis rescripcionalium, in quindenis residencie regalis exercitus contra Boznenses habiti et ad octavas festi beati regis Stephani (aug. 27.) proxime preteritas proclamate super factis literis plenius contentis in eisdem facere tenebantur, idemque filii Stephani iudicium trium marcarum ante responsionem ipsorum contra eundem magistrum Paulum deponere tenebantur coram nobis, de regio literatorio mandato pro eisdem filiis Stephani nobis inposito ad octavas festi beati Martini confessoris (nov. 20.) nunc venturas statu sub priori simul cum dicto iudicio duximus perhemptorie prorogandam. Datum in Wissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M^{mo} CCC^{mo} sexagesimo tercio.

Kívül: Pro Georgio et Michaele filiis Stephani de Hedruhuar contra magistrum Paulum filium Pauli de Zalonk ad octavas festi beati Martini confessoris (nov. 20.) ac iudicio trium marcarum. Prorogatoria. Papiron, a zárlatpecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 6.

63.

1364 szeptember 3. A nyitrai káptalan előtt Peechi János fia János felvallja, hogy Kisbarát nevű birtokát különböző feltételek mellett zálogba vetette Hédervári Miklós fiának, Miklósnak 45 arany forintért.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus per presentes, quibus expedit universis, quod Johannes filius Johannis de Peech coram nobis personaliter constitutus con-

fessus extitit oraculo vive vocis, quod Andreas literatus familiaris et procurator magnifici viri magistri Nicolai filii Nicolai de Hedrehuar, magistri ianitorum domine regine, iudicis curie eiusdem, necnon comitis comitatuum Albensis et Tolnensis, in persona dicti domini sui super possessionem Kysbarat vocatam in comitatu Jauriensi habitam, in qua ecclesia in honorem sanctorum Cosme et Damiani martyrum haberetur, quam mediantibus literis honorabilis capituli ecclesie Jauriensis ipse prius predicto magistro Nicolao titulo pignoris obligasset, quadraginta quinque florenos aureos iuxta continenciam predictarum literarum capituli prenotati sibi concessisset, immo concessit et persolvit eidem coram nobis hoc adiecto, quod quandocunque temporis in successu idem Johannes super possessionem iam dictam pecuniam habere vellet, extunc non ab alio, nisi ab ipso magistro Nicolao super eandem recipere posset, nec eandem cuique alteri vendere vel perpetuare valeret, nisi ipsi magistro Nicolao prenotato, hoc non pretermisso, quod tempore redempcionis prescripte possessionis Kÿsbarat occurrente prefatus Johannes cum propria sua pecunia et non per alium vel alios sibi accommodata pro sumpma florenorum et pecunia in dictis literis capituli superius nominati contenta possessionem memoratam facultatem haberet redimendi a magistro Nicolao sepius nominato; assumpmens idem Johannes medio tempore ipsum magistrum Nicolaum in dicta possessione conservare pacifice et quiete. Datum feria tercia proxima post festum sancti Egidi *(igy)* confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 44, Nr. 3 jelzés alatt.

64.

1366 márczius 27. I. Lajos király Budán, 1348 szeptember 5-ikén kelt oklevelét Hédervári Miklós fia Miklós, királynői főajtónállómester kérésére átírja.

Lodovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarie rex, princeps Salernitanus, et honoris (ac) montis sancti angeli dominus, omnibus

Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Etsi universis nobis subiectis providere debet regia celsitudo, his tamen propensiori munificentie dono convenit subvenire, qui nostre et reginali domui iugi laborum instancia familiarius obsecuntur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis et magnificus vir Nicolaus filius Nicolai de Hedrehwar, magister ianitorum reginalium, et comes Albensis, ac Tolnensis, fidelis noster et dilectus, nostre serenitatis adiens conspectum, exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes, priori et maiori sigillo nostro in terra Uzure furtive sublato consignatas super quadam gracia et prerogativa libertatis, sibi et fratribus suis per nos dudum facta emanatas, tenoris subsequentis, supplicans nostro culmini regio humili prece et devota, ut easdem ratas habendo et acceptas, pro eodem, necnon Georgio (üresen hagyva)[1] et Michaeli, filiis condam magistri Stephani fratris sui carnalis eorumque heredibus, nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est. *(Lásd 50. sz. alatt.)* — Nos itaque iustis et iuriconsonis supplicacionibus prenominati magistri Nicolai clementer exauditis favorabiliter et admissis, pretactas litteras nostras patentes omni vicio et suspicione carentes presentibus de verbo ad verbum insertas acceptamus, approbamus, ratificamus, eosdemque simul cum premissa gracia in earum tenore expressata, pro eodem, necnon filiis prenotati magistri Stephani fratris sui carnalis eorumque heredibus ac posteritatibus universis de plenitudine nostre regie potestatis perpetuo valituras confirmamus, presentis privilegii nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri novi dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto,

[1] Ide valószinűleg «Nicolao, Johanne» nevű testvérek lettek volna beírva, vagy legalább is «Miklós».

sexto Kalendas Aprilis, regni autem nostri anno vigessimo quinto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Uglino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusyensi archyepiscopis, Demetrio Waradiensi, Dominico Transilvano, Colomanno Jauriensi, Ladislao Vesprimiensi, Villermo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, regnique Sclavonie vicario generali, Michaele Agriensi, Stephano Nitriensi, Johanne Vacyensi, Dominico Chanadyensi, Demetrio Sirimiensi, Petro Boznensi, Nicolao Tyninynsi, Stephano Farensi, Valentino Macariensi, Nicolao Traguriensi, Matheo Sybinyciensi, Mychaele Scardonensi, Portiva Seniensi et Demetrio Nonensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Corbaviensi sede vacante. Magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyvoda Transilvano, comite Stephano Bubek iudice curie nostre, Johanne magistro tavarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machow, banis, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro Ladislao filio Zobonÿa comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Kívül egykorú írással: Super patibulum.

A töredezett kettős pecsét zöld és kék zsinóron függ. Hártyára írott eredetije «Hédervári»-rész, fasc. 1, Nr. 2.

65.

1366 október 13. A győri káptalan kikeresi és átiratban kiadja I. Lajos királynak Visegrád, 1366 szeptember 1-én kelt rendeletére Hédervári Miklós fia Miklós mester részére azon 1309 január 1-én kelt adásvételi oklevelet, mely az Apor nemzetségbeli Erne ispán fia és testvérei, másrészről pedig a Hedryh nembeli Dénes ispán fia Miklós között köttetett.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes significamus, quibus expetit, universis per presentes, quod nos literas serenissimi principis domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, domini nostri naturalis, nobis directas, honore quo decuit, recepimus in hec verba.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Jauriensi salutem et graciam. Dicit nobis magister Nicolaus filius Nicolai de Hedruhuara, quod quedam literalia sua instrumenta super iuribus possessionariis suis et specialiter super possessione Fornad confecta ab ipso casualiter deperdita, seu alienata extitissent, quorum alia paria in vestra sacristia, seu conservatorio ecclesie vestre, more solito reposita haberentur, quibus idem de presenti nimium indigeret. Quare fidelitati vestre firmis damus in mandatis, quatenus dicta alia paria literalium instrumentorum in annotata sacristia vestra diligenter requiri et reinveniri faciatis, requisitorumque et inventorum tenorem si ipsum magistrum Nicolaum eidem in transscripto concedatis ad cautelam, caventes tamen, ne fraus et dolus eveniat in hac parte. Datum in Wyssegrad in festo beati Egidii abbatis, anno domino millesimo CCC^mo lxmo sexto. *(1366 szept. 1.)*

Quibus quidem literis regalibus condecentissime receptis, literalia instrumenta, viri magnifici magistri Nicolai filii Nicolai de Hedrehuar super iuribus suis possessionariis confecta alia paria eorumdem in conservatorio sacristie ecclesie nostre diligenter requiri fecimus more consueto, inter cetera instrumenta unum par super prescripta possessione Fornad ipsum magistrum Nicolaum tangens diligenti requisicione prehabita reinventum fuit. Cuius tenor is est: *(Lásd 18. sz. alatt.)*

Nosque eiusdem instrumenti reinventi tenorem ob preceptum regium iusticiaque requirente eidem magistro Nicolao in transscripto tuciorem concessimus ad cautelam omni fraude et dolo procul motis atque postergatis, et in huius signum veridicum sigilli nostri autoritate, nec non pendentis fecimus communiri. Par reinventum et modo premisso transscriptum vice iterata in sacristia nostra reposuimus conservandum. Datum in quindenis festi beati Michaelis archangeli anno superius in literis regalibus prenotato.

Hártyán, az elveszett pecsét hártyaszeleteken függött, fasc. 3, Nr. 7.

66.

1367 november 3. A győri káptalan előtt kötelezi magát Pecchi János, hogy, ha Kis-Barát nevű birtokát, a melyet száz arany forintért Hédervári Miklós fia, Miklósnak zálogba vetett, másnak akarja eladni vagy elzálogosítani, tartozik előbb a zálogösszeget kifizetni.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod magister Johannes, filius Johannis de Pecch coram nobis personaliter constitutus confessus est oraculo vive vocis in hunc modum, quod ipse a magnifico viro magistro Nicolao, filio Nicolai de Hedruhuara ad possessionem Kysbarat vocatam, in comitatu Jauriensi existentem, eidem magistro Nicolao iuxta continencias aliarum litterarum nostrarum dudum obligatam, in qua quidem possessione Kysbarat ecclesia lapidea in honore sanctorum Cosme et Damiani martyrum foret constructa, centum florenos aureos recepisset tali modo, quod quandocunque idem magister Johannes eandem possessionem Kysbarat alteri, quam ipsi magistro Nicolao vendere, impignorare et a se alienare niteretur, extunc idem magister Johannes in centum florenis absque quantitate pecunie, pro quibus eadem possessio eidem magistro Nicolao esset obligata, ipsi magistro Nicolao ante litis ingressum et additum persolvere et deponere te(ne)retur, prout idem magister Johannes se sponte obligavit coram nobis. Datum feria quarta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo.

A győri káptalan 1367 november 13-iki átiratából. (67. sz.)

67.

1367 november 13. A győri káptalan Hédervári Miklós, a királyné főajtónállómestere fiának, Miklósnak kérésére átírja ugyanazon káptalan 1361 április 15-ikén és 1367 november 3-ikán kiadott oklevelét.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, noticiam presencium habituris salutem in eo, qui omnium est vera salus. Ad cunctorum igitur noticiam harum serie volumus fieri manifestum, quod

vir magnificus Nicolaus, filius Nicolai, magister ianitorum reginalium, nobilis de Hedruhuara per pronum iuvenem, magistrum Dyonisium, filium suum, socium et concanonicum nostrum fecit nobis exhibere duas litteras nostras patentes, petens nos cum instancia, ut easdem in formam privilegii redigi faceremus, maiorique sigillo nostro communiri; tenor prime talis: *Lásd a győri káptalan 1361 ápr. 15-iki oklevelét. (60. sz.)* — Secunde autem littere talis est tenor: *Lásd a győri káptalan 1367 nov. 3-iki oklevelét. (66. sz.)* — Nos itaque peticionem prefati magistri Nicolai considerantes fore iustam et condignam, in premisso nobis porrectam, predictas litteras patentes, omni vicio carentes de verbo ad verbum rescribi fecimus, nostroque sigillo autentico et pedenti roboracione communiri. Datum in festo beati Briccii confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo; dominis Johanne preposito, Nicolao lectore, Johanne cantore, Dominico custode ecclesie nostre existentibus.

Eredetije hártyán függő pecséttel, fasc. 44, Nr. 4 jelzet alatt.

68.

Buda, 1368 augusztus 16. I. Lajos király Hidegkúti Miklós fia János kérésére átírja 1347 deczember 13-ikán kelt oklevelét.

Commissio domine regine specialis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Joannes filius Nicolai de *Hydegkuth* ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis[1] quasdam literas nostras patentes et maiori sigillo nostro consignatas in terra Uzure furtive sublatas *(igy)* super facto medietatis eiusdem possessionis Hydegkuth confectas tenoris subsequentis, supplicans nobis humiliter et devote, ut easdem nostris literis patentibus transcribi et transsumpmi faciendo pro eodem apposicione sigilli nostri novi et autentici confirmare dignaremur, quarum tenor talis est: *Lásd I. Lajos király 1347. deczember 13-ikán kelt oklevelét,*

[1] «Exhibuit nobis» kétszer írva.

(49. sz.) — Nos itaque iustis et racioni consonis supplicacionibus prefati Joannis filii Nicolai de benignitate regia exauditis favorabiliter et admissis, pretactas literas nostras patentes presentibus de verbo ad verbum insertas, ratas habendo et acceptas, apposicione nostri novi sigilli pro eodem Joanne, suisque heredibus et posteritatibus universis perpetuo valituras iussimus confirmare, salvo iure alieno. Datum Bude, secundo die festi Assumpcionis beate Virginis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo.

Eredetije vízfoltos hártyán, hátára nyomott pecsét nyomával, fasc. 50, Nr. 3 jelzés alatt.

69.

Visegrád, 1368 augusztus 29. I. Lajos király bizonyságlevele arról, hogy Pechi János fia János 160 márkáért Barát nevű birtokát eladta Hédervári Miklós fia Miklósnak, királynéi főajtónállómesternek és mosonyi főispánnak.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nobile et strenuo viro, Nicolao filio Nicolai de Hedruhwar, magistro ianitorum reginalium et comite Musonyensi, fidele nostro personaliter ab una, item Johanne, filio Johannis de Pech simul cum Job filio suo, qui sibi consensum prebuit in hac parte similiter personaliter, pro Mychaele vero, alio filio suo sine literis procuratoriis, cuius tamen onus et gravamen, si de infrascriptis resiliret temporis in successu quovis modo super se assumpsit, parte ex altera, in nostre maiestatis presencia constitutis per eundem Johannem, filium Johannis propositum extitit organo vive vocis pariter et relatum, quod ipse pro quibusdam necessitatibus suis ad presens ipsum permaxime urgentibus evitandis quandam possessionem suam Barat vocatam, in comitatu Jauriensi existentem, a Ladislao, Stephano et Petro, filiis condam Thome Rufi empcionis titulo ad ipsum devolutam cum ecclesia lapidea in honore beatorum Cosme et Damyani martyrum in superficie eiusdem constructa ac aliis suis utilitatibus, fructuositatibus, usibus et pertinenciis universis sub hiisdemque metis et limitibus,

sub quibus Petrus filius Stephani, qui eandem primitus antedicto condam Thome Rufo vendidisset, possedisset et habuisset, eidem magistro Nicolao et per eum suis heredibus et posteritatibus universis pro centum et sexaginta marcis denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando, pleno ab eodem magistro Nicolao per ipsum habitis, ut dixit, et receptis vendidisset, tradidisset et perpetuasset, imo vendidit, tradidit et perpetuavit in conspectu nostre maiestatis, nichil iuris, nichilve proprietatis vel dominii sibi et suis posterys in eadem possessione a modo in posterum reservando, sed totum ius, dominium et proprietatem eiusdem possessionis ad eundem magistrum Nicolaum et suos successores per omnia transferendo; assupmens idem Johannes nichilominus et firmiter se obligans eundem magistrum Nicolaum et suos successores predictos ab omnibus hominibus et personis ipsos temporis in eventu pretextu dicte possessionis et suarum pertinenciarum infestare, impedire et molestare volentibus ubique expedire, defensare et protegere propriis suis laboribus et expensis et in domynio eiusdem et suarum pertinenciarum pacifice immobiliter conservare. Datum in Wyssegrad, in festo Decollacionis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo.

Hátán a 16. sz. elejéröl: Kysbaraty levele, meljel Hederuari Miklos fia az is Miklos eöreökben Péchi Jánostól 1600 frtban vette meg Kis Baratit es az elseő Lajos kirali is consensust adott rea Anno 1368.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét nyomával, fasc. 44, Nr. 5. jelzés alatt.

70.

1368 augusztus 30. I. Lajos király Hédervári Miklós fia, Miklós királynéi főajtónállómester részére, két, Bős és Árpádsuka nevű győrmegyei birtokokra vonatkozó, 1269-ben kelt oklevelet megerősít.

[L]odovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis Sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Licet ad

prosequendum munificencie vota fidelium liberalitatis regie dextera generali quadam regularitate sit habilis, illis tamen graciosa porrigitur specialitate libencior, quos ad obsequia grata continuos, fructuosos et utiles claris semper indiciis experimur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus vir Nicolaus filius Nicolai de Heydruhwar, magister ianitorum reginalium, fidelis noster et dilectus ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam duas literas privilegiales, unam excellentis principis domini Bele, olym incliti regis Hungarie, prothavi nostri karissimi felicis memorie et aliam honorabilis capituli ecclesie Jauriensis in facto possessionis Beus vocate, in eodem comitatu Jauriensi existentis emanatas, tenorum subsequencium, supplicans nostro culmini regio humili prece et devota, ut easdem ratas habendo et acceptas pro eodem et suis heredibus nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum unius, scilicet dicti Bele regis litere privilegialis tenor talis est: Bela, dei gracia stb. *(lásd 7. sz. a.)*. — Alterius vero litere privilegialis, utputa dicti capituli Jauriensis tenor is est: Capitulum ecclesie Geuriensis stb. *(lásd 6. sz. a.)*. — Nos itaque iustis et iuri consonis supplicacionibus dicti magistri Nicolai nostre celsitudini humiliter porrectis, regia exauditis benignitate favorabiliter et admissis, pretactas duas literas privilegiales iam dictorum videlicet domini Bele regis et capituli ecclesie Jauriensis omni vicio et suspicione, ut apparebant, carentes, presentibus de verbo ad verbum insertas requirentibus fidelitatibus et fidelium obsequiorum multimodis meritis eiusdem magistri Nicolai, quo ad omnes ipsarum continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus, easdemque pro eodem magistro Nicolao, eiusque filiis et heredibus ac posteritatibus universis de plenitudine nostre regie potestatis perpetuo valituras confirmamus, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Ladizlai, episcopi Wesprimiensis, reginalis cancellarii et aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° lxmo octavo, tercio Kalendas mensis

Septembris, regni autem nostri anno vigesimo septimo. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Thoma Strigoniensi, fratre Stephano Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, et Wgo Ragusiensi archyepiscopis, Demetrio Waradiensis, Michaele Agriensis, Wilhelmo Quinqueecclesiensis, Colomano Jauriensis, Demetrio Transsilvano, Johanne Wacyensis, Dominico Chanadiensis, Ladislao Nitriensis, Petro Boznensis, Stephano Zagrabiensis, et altero Stephano electo confirmato Syrimiensis, Nicolao Tyniniensis, Demetrio Nonensis, Nicolao Traguriensis, Stephano Farensis, Johanne Macarensis, Matheo Sabinicensis, Mychaele Scardonensis et Portiva Senniensis ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris domino Ladislao duce Opulensi, regni Hungarie palatino, Nicolao woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek iudice curie nostre, Johanne magistro tawarnicorum nostrorum, Petro *Zudar* regni Sclauonie bano et magistro pincernarum nostrorum, Emerico Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou banis, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum, et Stephano agazonum nostrorum magistris, ac eodem domino Ladislao duce comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Commissio domine regine. Perlecta et correcta.

Eredetije hártyán, sárga piros selyem zsinorról függő pecséttel, fasc. 3, Nr. 8.

71.

Visegrád, 1368 szeptember 1. I. Lajos király Pechi János fia, János kérésére átírja és megerősíti a pannonhalmi konvent oklevelét, mely szerint Márton fia István fia Péter Barát nevű birtokát a Pécz nb. Vörös Tamásnak eladta.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus per presentes, quod Johannes, filius Johannis de Pech, fidelis noster ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales conventus sancti Martini de sacro monte Pannonie, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod Petrus, filius Stephani, filii Martini coram eodem conventu personaliter comparendo possessionem suam

Barat vocatam, in comitatu Jauriensi existentem, in qua ecclesia lapidea in honore beatorum Cosme et Damiani martyrum constructa haberetur, condam magistro Thome Rufo *de genere Pech* inter alias possessiones suas, in tenore earundem contentas, confessus fuisset se vendidisse, tradidisse et alienasse sub pactis, condicionibus et obligaminibus litteris expressatis in eisdem, supplicans nobis idem Johannes de Pech humiliter et devote, ut premissam clausulam, nomen et factum dicte possessionis Barat vocate tangentem, de ipsis litteris dicti conventus sancti Martini privilegialibus, nostris litteris patentibus transscribi faciendo, eidem sub nostro sigillo concedere dignaremur ad cautelam. Nos itaque iustis ipsius Johannis supplicacionibus benigniter *(igy)* exauditis, favorabiliter et admissis, dictam clausulam, factum et nomen dicte possessionis Barat vocate tangentem de eisdem litteris dicti conventus nostris litteris patentibus transscribi et transsumpmi faciendo eidem sub nostro sigillo concessimus ad cautelam. Datum in Wysseg(ra)d, in festo beati Egidii confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo.

Eredetije hártyán hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 44, Nr. 6 jelzet alatt.

72.

Buda, 1371 február 28. I. Lajos király Hédervári Jakab gyermektelenűl meghalt fiának, Jánosnak birtokait Hédervári Miklós fiának, Miklósnak, s Hédervári István fiának, Györgynek adományozza.

[N]os Lodovicus dei gracia Hungarie Polonieque rex memorie commendantes significamus tenoré presencium, quibus expedit universis, quod nos, qui ex suscepte regie dignitatis officio cunctorum nostrorum fidelium grata fidelitatis opera perspicue contemplacionis oculis intueri et ea, prout regalem decet excellenciam, benigne retribucionis premio solemus compensare, consideratis et in memoriam celsitudinis nostre revocatis multimodis fidelitatis actibus invariabilis fidei constancia, et sincere devocionis obsequiis magnifici viri Nicolai filii Nicolai, magistri ianitorum reginalium et comitis Musunyensis et filiorum suorum, ac magistri Georgii filii

Stephani, comitis Neugradiensis et fratrum suorum de Hedrehwar, quibus ipsi erga nos et sacrum nostrum dyadema regium virtuose et commendabiliter studuerunt complacere et se coram oculis nostre maiestatis reddere graciosos et acceptos, pro nostri culminis et honoris exaltacione variis et diversis in fatigiis desudantes, in cunctis nostris processibus prosperis et adversis continue nostro lateri adherendo, in laboribus bellicis inopinatis fortune periculis se submittentes omnia et singula, que nostris fuere beneplacita voluntati totis studiis, totisque desideriis efficere sattagentes. Nos igitur, volentes ipsorum laude digna merita, servicia quoque utilia regio munificencie dono compensare, quatenus ipsi nostris regiis suffulti favoribus labores preteritos subiisse gaudeant, se et ad ampliora fidelitatis opera exercenda in antea fervencius incitentur, universas possessiones et possessionarias porciones condam Johannis filii Jacobi de Hedreh, hominis absque heredum solacio decedentis ubilibet, in quibuscunque comitatibus regni nostri habitas et existentes, quovis nomine vocitatas et ipsum quocumque modo vel iusto titulo contingentes, predicto Johanne filio Jacobi absque heredum solacio decesso, ex eoque antiqua et approbata regni nostri consuetudine manibus nostris regiis devolutas et ad nostram collacionem pertinentes cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub eisdem metis et terminorum distinccionibus, quibus per suos antiquos possessores habite fuerunt et possesse, eisdem magistris Nicolao et Georgio, filiis et fratribus ac universis heredibus ipsorum et posteritatibus nove donacionis nostre titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus, donamus et conferimus, et in perpetuam ipsorum adscribimus hereditatem presencium patrocinio literarum per ipsos et eorum heredes et posteritates iure perpetuo tenendas, possidendas et habendas, salvis iuribus alienis. Datum Bude, feria sexta proxima post dominicam Invocavit, anno domini M^mo^ CCC^mo^ septuagesimo primo. Perlecta et correcta.

Eredetije hártyán, hátlapján a pecsét nyomaival, mely alatt «ad literatorium mandatum domini regis» olvashatók, fasc. 3, Nr. 9.

73.

1372 november 6. Hédervári Jakab levele Várkonyi Amadéhoz.

Viro prono et honesto, magistro Omodeo, conpatri nostro salutem cum dileccionis visceribus amplexato. Vestre compaternitati presencium intimamus per tenorem. Dicit nobis Petrus dictus *Chapodo,* iobadio *(igy)* noster de Wtteuen, quod Nicolaus textor de Karcha, iobadio vester teneretur novem marcis denariorum ad numerum Budensem et XL denariis, quare petimus vestram compaternitatem diligenter, ut eidem iobadioni nostro ex parte iobadionis vestri satisfacere velitis ob respectu(m) nostre peticionis. Valete in domino deo nostro. Datum in Raro, sabbato proximo post festum Emerici confessoris, anno domini M. C. C. C. LXX^{mo} secundo.

Magister Jacobus, filius Hedrici
de Hedruhwar, conpater vester.

Kívül: Viro famoso atque laudabili, magistro Homodeo, conpatri nostro hec litera presentetur.

Eredetije papiron, a Magyar Nemzeti Múzeum Levéltárában, Véghelyi gyüjtemény, 1899/35 jelzet alatt.

74.

1373 márczius 11. A pozsonyi káptalan előtt Hédervári Hedreh leánya, Anna, Jakab pozsonyi bíró fiának Istvánnak felesége anyjának hitbéréről, jegyajándékáról és a saját leánynegyedéről a férje és fiai, János és Jakab javára lemond.

Omnibus Christi fidelibus, presentem paginam intuentibus capitulum ecclesie Posoniensis salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Stephanus filius condam Jacobi, iudicis Posoniensis et nobilis domina Anna vocata, filia condam comitis Hedreh de Hedrehwara, consors sua nostram personaliter accedentes presenciam, eadem domina Anna fassa exstitit in hunc modum, quod ipsa dotem et res paraphernales condam domine matris sue et quartam suam puellarem, ipsam in dicta Hedrehwara et universis possessionibus dicti comitis Hedreh, ubilibet in regno

habitis de iure de eisdem debentes et tangentes prefato magistro Stephano, domino et marito suo, item Johanni et Jacobo, filiis suis ab eodem magistro Stephano procreatis et in futurum procreandis, ipsorumque heredibus ad extorquendum, optinendum et habendum tam in vita sua, quam post decessum eiusdem commisisset, dedisset, donasset et contulisset, imo commisit, dedit, donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter per eosdem magistrum Stephanum dominum suum, Johannem et Jacobum filios suos, eorundemque heredes predictas dotem et res paraphernales ac quartam puellarem suas possidendas pariter et habendas et nihilominus si prefatos Johannem et Jacobum ac alios liberos suos prius quam prefatum magistrum Stephanum dominum suum ab hac luce migrare contingeret, extunc prelibatus magister Stephanus eadem iura sua ac dotalicia per se acquirendi et possidendi perpetuo similiter plenam et omnimodam habebit facultatem. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales autentici sigilli nostri pendentis munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria quinta proxima ante dominicam Reminiscere, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio.

Eredetije hártyán függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 6099 jelzet alatt.

75.

Visegrád, 1377 október 7. I. Lajos király megengedi Hédervári Miklós fiának Miklósnak, hogy Kis-Barát és Lipoltfalva nevű szerzett birtokai fölött szabadon rendelkezzék.

Propria commissio domini regis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendamus, quod magister Nicolaus, filius Nicolai de Hedrehwar, dilectus et fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciam, sueque fidelitatis servicia nostre maiestati per ipsum impensa proponens et declarans, nos in eo postulavit, ut ipse quasdam duas possessiones suas empticias Kysbarath in Jauriensi, necnon Lypolthfalwa appellatas in Posoniensy comitatibus nunc apud manus suas habitas

et existentes cuilibet tam in vita, quam in morte perpetuo donandi, dandi, vendendi et testamentaliter legandi liberam haberet facultatem. Nosque recordatis et in memoriam reductis premissorum suorum serviciorum preclaris meritis, quibus ipse in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis nostre studuit complacere maiestati, ut eciam alii per huc ad similia et fidelia servicia se discant prebere permotos, hanc prerogativam ex nostra regia gracia speciali duximus faciendam, ut ipse predictas duas possessiones suas empticias, scilicet Kysbarath et Lypolthfalwa, ut dicitur apud manus habitas et existentes tam in vita, quam in morte cuilibet perpetuo donandi, dandi, vendendi et eciam testamentaliter legandi ex nostra presenti annuencia et gracia speciali liberam et absolutam habeat facultatem vigore presencium mediante. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post festum beati Francisci confessoris, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Egykorú egyszerű másolat papiron, fasc. 44, Nr. 7 jelzés alatt.

76.

1378 február 23. A győri káptalan előtt György kanonok nagybaráti szőllejét, a melyet Papuchi Mihálytól vett, 12 márkáért eladja Csallóközi Tamás fiának, Miklósnak.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod constitutis coram nobis magistro Georgio, concanonico nostro ab una parte et Nicolao filio Thome dicto de Chollokuz, hospite ecclesie nostre de Jaurino ex altera, per prenominatum magistrum Georgium, concanonicum nostrum confessum exstitit et relatum, ut ipse quandam vineam suam, olym a Michaele dicto de Papuch et domina coniuge eiusdem, similiter hospitibus nostris titulo empcionis sibi devolutam, in territorio ville Nagbarath in loco Horhas vocato plantatam et existentem, que, prout dicebatur, inter vineas Georgii dicti *Orrus* ab oriente, Andree Barbati, confractoris cere, iobagionis regalis de exteriori civitate Jauriensi a plaga meridionali et Johannis filii Fyntha de

dicta Nogbarath ab occidente sita habitatur eo iure eaque *(igy)* proprietatis dominio, quo vel qua eandem tenuisset et possedisset, pro duodecim marcis denariorum plene persolutis prenominato Nicolao, filyo Thome et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus vendidisset, dedisset et contulisset, ymo nostri in presencia astando vendidit, dedit et contulit perpetuo iure et irrevocabiliter pacifice possidendam, tenendam atque habendam; assumpmendo ipsum Nicolaum, filium Thome et suos successores contra omnes, aggravare volentes in pleno dominio prefate vine *(igy)* conservare velle laboribus suis propriis et expensis. Datum in vigilia festi sancti Mathie apostoli, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét nyomával, fasc. 44, Nr. 8 jelzés alatt.

77.

1378 május 24. A győri káptalan I. Lajos királynak 1378 április 29-iki rendeletére jelenti, hogy parancsára Hédervári Miklóst és fiait, Istvánt s Miklóst, valamint Hédervári Györgyöt és Mihályt a Hédervári Hedrik fiai, Jakab s János által ellenük indított osztályos ügyben megidéztette.

Serenissimo principi, domino Lodovico, dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in domino humiles et devotas. Literas vestras evocatorias honore, quo decuit, recepimus in hec verba:

Ludovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo Jauriensi salutem et graciam. Dicit nobis Jacobus filius Hedricy de Hedruhuar sua ac Johannis fratris sui in personis, quod ipsi a magistro Nicolao, filio Nicolai et filiis suis ac Georgio et Michaele, filiis Stephani de dicta Hedruhwara, [fratri]bus eorum patruelibus in universis ipsorum iuribus possessionariis et possessionariis porcionibus paternis ubilibet habitis et existentibus divisionem habere vellent congruentem regni nostri lege requirente. Super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Michael

dictus *Chapo* de Sancto Andrea, vel Petrus de Chythuand, aut Nicolaus, filius Verbus de Budafalua, sive Ladizlaus de Saap, aliis absentibus homo noster ad predictos magistrum Nicolaum et filios suos ac filios Stephani accedendo dicat et committat eis verbo nostro, ut predictam divisionem in cunctis eorum iuribus possessionariis ubilibet habitis, unacum ipsis filiis Hedricÿ facere et eis extradare debeant congruentem lege regni requirente. Qui si fecerint, bene quidem; alioquin evocet prefatos magistrum Nicolaum et filios eiusdem, ac filios Stephani contra annotatos filios Hedricÿ in nostram presenciam ad terminum conpetentem racionem premissorum reddituros efficacem et tandem seriem tocius facti, prout fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima post festum sancti Georgi martiris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ lxxmo octavo. *(1378 ápr. 29.)*

Nos igitur preceptis vestre excellencie obedientes in omnibus, ut tenemur, unacum Petro de Chÿthuang, homine vestro prenotato dominum Johannem, sacerdotem chorÿ nostri ac magistrum altaris sancti Pauli apostoli in corpore predicte ecclesie nostre existentis pro testimonio ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui tandem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, ut ipsi sexta feria proxima ante festum sancti Urbani pape *(máj. 21.)* proxime nunc preterita ad magistros Michaelem, filium Stephani et Nicolaum iuniorem, filium magistri Nicolai, filii Nicolai de Hedruhwara in veteri Buda inter alios personaliter inventos accessissent, ibique dixissent et commisissent eisdem verbo regie vestre maiestatis, ut divisionem in cunctis eorum iuribus possessionariis paternis ubilibet habitis, unacum prescriptis magistris Jacobo et Johanne, filiis Hedricÿ facere et eis extradare deberent lege regni vestri requirente. Idem vero magistri Michael et Nicolaus ad dictam divisionem tangentem respondere nichil voluissent, quos quidem magistros Nicolaum filium Nicolai, Stephanum et predictum Nicolaum, filios suos, item magistros Georgium et Michaelem, filios Stephani de Hedruhuar sequenti die videlicet sabbato proximo ante predictum festum sancti Urbani pape *(máj. 22.)* in quadam possessionaria porcione ipsorum penes Danobium in [Jau]rino habita, contra prefatos magistros

Jacobum et Johannem ad quindenas eiusdem diei vel termini evocacionis *(jún. 5.)* in vestre serenitatis presenciam evocassent racionem premissorum reddituros. Datum tercia die ipsius evocacionis anno domini prenotato.

Kívül: Domino regi pro magistris Nicolao filio Nicolai ac Stephano et Nicolao filiis eiusdem, item magistris Georgio et Michaele, filiis Stephani de Hedruhuar, contra magistros Jacobum et Johannem, filios Hedricÿ ad quindenas sabbati proximi ante festum sancti Urbani pape. *(jún. 5.)* Evocatoria.

Eredetije papiron, a zárópecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 10.

78.

1378 augusztus 15. A győri káptalan előtt a Hédervári Hedrik fiának, Jakabnak felesége, Katalin visszabocsátja Chyl birtok felét férje testvérének, Jánosnak, a melyet ő régen adott zálogba háromszáz forintért.

Közölve Sopronmegyei Oklevéltár I. k. 311. sz.

79.

1379 február 17. A budai káptalan előtt Ilona, Hédervári Miklós neje saját, valamint férje s Imre fia, nemkülönben Dénes és István, ugyancsak Miklós fiai nevében Hédervári Miklós fiát, Miklóst, Strem nevű birtokrésze elidegenítésétől eltiltja.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus, quod nobilis domina Elena vocata, consors magnifici viri magistri Nicolai filii Nicolai de Hedruhwar sua et eiusdem magistri Nicolai domini et mariti ac Emerici filii suorum, item honorabilis viri Dyonisii, archidiaconi Jauriensis et Stephani filiorum eiusdem magistri Nicolai in personis nostram veniendo in presenciam, per modum protestacionis nobis curavit significare, quod sicut ipsa ac prelibatus magister Nicolaus, dominus suus, necnon filii eiusdem prenominati percepissent, Nicolaus, filius ipsius magistri Nicolai domini sui quasdam porciones ipsorum possessionarias in possessione Streem vocata ac tributum in possessione Wtuen appellata habitas absque ipsorum scitu et voluntate domine Margarete,

consorti sue, filie videlicet domini Stanizlai de Polonia pro quadam sumpma pecunie obligasset et assignasset; super quibus quidem obligaminibus literas nostras, ac regales et reginales emanari procurasset in preiudicium iuris ipsorum valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione prefatum Nicolaum a donacione, assignacione et obligacione predictarum porcionum possessionariarum ac tributi, necnon omnium aliarum possessionum et porcionum possessionariarum ubilibet et in quibuslibet comitatibus adiacencium prefate domine Margarete, consorti sue facienda et omnes alios, cuiuscunque sint homines status et condicionis, ac signanter ipsam dominam Margaretam, filiam dicti domini Stanizlai, necnon fratres et proximos seu parentelas eiusdem, ab occupacione, recepcione, detencione, fructuumque et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione, vel percipifaccione, aut quovis colore quesito se in easdem intromissione factis, vel fiendis, et sibi perpetuacione, ac dominum nostrum regem, necnon reginas et alios quoslibet iudices et iusticiarios regni, literas ipsorum super premissis dacione, seu emanarifaccione publice et manifeste prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis testimonio presencium mediante. Datum quarto die festi beati Valentini confessoris martiris, *(igy)* anno domini millesimo CCC^mo^ septuagesimo nono.

Eredetije hártyán, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 11.

80.

Visegrád, 1380 július 30. Szepesi Jakab országbiró meghagyja a győri káptalannak, hogy Kálnoki János nejét, Anythot, Hédervári István fia György mester Kálnok és Besenye nevű birtokainak elfoglalása miatt harmadizben idézze meg.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Jauriensis comes Jacobus de Scepus,[1] iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Andreas filius Pauli pro magistro Georgio filio Stephani de Hedruchuara cum procuratoriis literis vestris iuxta continenciam

[1] Tévedésből kétszer irva.

literarum vestrarum evocatoriarum pariter et inquisitoriarum in quidenis sabbati proximi post festum Purificacionis beate Virginis *(febr. 18.)* proxime preteritum coram nobis comparendo contra nobilem dominam Anyth vocatam, coniugem Johannis filii Sebeuk de Kalnok easdem literas vestras evocatorias domino nostro regi ad suum regium literatorium preceptum rescriptas, tenoremque literarum regalium vobis directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem dicti magistri Georgii literis contineri in eisdem, nobis presentarat declarantes, quod in persona dicti magistri Georgii et Michaelis, fratris sui regie dictum fuisset maiestati, quod Johannes filius Sebeuk et nobilis domina Anyth vocata, consors sua de Kalnuk quasdam porciones eorum possessionarias in possessionibus Kalnuk predicta et Bessenye vocatis habitas potencialiter pro se occupassent et occupatas detinerent et eisdem uterentur in ipsorum preiudicium valde magnum, lite tamen inter ipsum Georgium et dominam Anyth pendente. Super quo idem dominus noster rex fidelitati vestre firmis dedisset in mandatis, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo regius infra declarandus ab omnibus, quibus incumberet, meram de premissis experiretur veritatem, expertaque premissorum veritate evocaret memoratam dominam Anyth contra anotatum Georgium in suam regiam presenciam ad terminum competentem racionem de premissis reddituram, premisse litis pendencia inter ipsos habite non obstante, et post hec ipsius inquisicionis seriem ac diem et locum dicte evocacionis cum nomine evocate, terminoque assignato eidem domino nostro regi fideliter rescriberetis. Vos enim preceptis regie celsitudinis, ut tenemini, obedientes, unacum Laurencio de Kal, homine regio Johannem dictum *Tetemethlen*, cori vestri clericum ad premissa mandata regia exequenda pro testimonio duxissetis transmittendum; qui tandem ad vos reversi vobis consona voce retulissent, quod ipsi sabbato proximo post festum Purificacionis beate Virginis *(febr. 4.)* proxime preteritum ad comitatum Mosoniensem accessissent, ibique ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, videlicet nobilibus et ignobilibus, signanter vero a vicinis et commetaneis supradictarum duarum possessionum Kalnuk et

Bezenye vocatarum palam et occulte inquirendo huiusmodi de premissis veritatem scire potuissent, quod Johannes filius Sebeuk ac nobilis domina coniux sua, Anyth vocata de Kalnuk, quasdam possessionarias porciones magistrorum Georgii et Michaelis, filiorum Stephani de Hedruchuar, in possessionibus Kalnuk et Bezenye prenotatis adiacentes potencialiter pro se ipsis occupassent et occupatas detinerent ac utilitatibus earumdem usi fuissent et uterentur de presenti in preiudicium prenominatorum filiorum Stephani valde magnum, lite tamen inter predictum magistrum Georgium et dominam Anyth supradictam pendente. Scitaque premissorum veritate eodem die inquisicionis prefatam dominam Anyth in porcione sua possessionaria in dicta Kalnuk habita contra prefatum magistrum Georgium filium Stephani ad quindenas eiusdem termini *(febr. 18.)* in regie serenitatis presenciam evocassent racionem de premissis reddituram, non obstante litis pendencia habite inter eosdem. Ad quas quidem quindenas prefata nobilis domina per procuratorem ipsius magistri Georgii de Hedruchuar legitimis diebus ipsarum quindenarum coram nobis expectata nostram in presenciam non venerat, neque miserat, se mediantibus literis nostris iudicialibus convinci permittendo, postulans prefatus Andreas filius Pauli procurator dictorum de Hedruhuar *Legitimis diebus ipsarum quindenarum coram nobis expectata nostram in presenciam non venerat nec miserat se mediantibus literis nostris iudicialibus in iudicio convinci permittendo, postulans prefatus procurator ipsius magistri Georgii *(igy)** [1] eidem ex parte dicte nobilis domine de Kalnuk per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Unde quia consuetudo regni prefatam nobilem dominam Anyth vocatam ad premissa vice secundaria evocandam fore dictarat, pro eo vestram amiciciam literatorie pecieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo regius infra declarandus prefatam nobilem dominam Anyth vocatam super premissis peremptorie responsuram, racionemque efficacem reddituram contra anotatum magistrum Georgium filium Stephani ad quindenas festi Passce domini

[1] A csillag között való rész a sor közé való betoldása az oklevél írójának.

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

(ápr. 8.) tunc venturas regiam evocaret in presenciam, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocate ad easdem quindenas domino nostro regi fideliter rescriberetis. A quibus quidem quindenis festi Passce domini, dum causa parcium premissa partes inter easdem iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum eo, quod legitimus procurator ipsius domine causa in premissa non respondisset, sed eandem eo gravamine, quo conveniret, in ulteriorem terminum per nos dari postularat, cum iudicio trium marcarum per ipsam dominam deponendo, ad presentes octavas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste *(júl. 1.)* prorogata extitisset. Tandem ipsis octavis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste instantibus prefatus Andreas filius Pauli pro ipso magistro Georgio filio Stephani (de Hedruhuara) cum procuratoriis literis vestris ad nostram veniendo presenciam, literas vestras super evocacione domino nostro regi rescripcionales nobis presentavit, in quibus per Sebastianum filium Gyuke de Gulach regium, et Egidium cori vestri clericum vestrum homines sabbato proximo post dominicam Ramispalmarum *(márcz. 24.)* proxime preteritam dictam nobilem dominam Anyth vocatam, coniugem Johannis filii Sebeuk de Kalnuk, in eadem possessione sua Kalnuk ad dictas quindenas festi Passce domini *(ápr. 8.)* contra annotatum magistrum Georgium regiam in presenciam legitime evocatam fuisse comperimus manifeste. Ad quas quidem octavas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste prefata nobilis domina Anyth vocata per annotatum procuratorem ipsius magistri Georgii in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectata nostram in presenciam non venit, neque misit, nec persolvit iudicia prenominata se pro sua non veniencia in iudicio consueto, et pro non solucione dicti iudicii, in duplo eiusdem mediantibus literis nostris iudicialibus agravari permittendo, postulans prefatus Andreas procurator dicti magistri Georgii eidem ex parte dicte nobilis domine per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Unde, quia consuetudo regni prefatam nobilem dominam ad premissa vice terciaria evocandam fore dictabat, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sebastianus filius Gyuke

de Gulak, vel Laurencius, filius Bythow de Kal, aut Georgius sive Nicolaus, an Johannes dictus Feketh de Zap, aliis absentibus homo regius prefatam nobilem dominam super premissis peremptorie responsuram, racionemque reddituram ac de dictis iudiciis in tototo *(igy)* duodecim marcas facientibus nobis et parti adverse satisfacturam contra annotatum magistrum Georgium filium Stephani de Hedruchuara ad octavas festi Assumpcionis beate Virginis *(aug. 22.)* nunc venturas regiam evocet in presenciam, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocate ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Visegrad, tricesimo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC^{mo} lxxxmo.

Kivül: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Jauriensis pro magistro Georgio filio Stephani de Hedruchuara contra nobilem dominam Anyth vocatam ad octavas festi Assumpcionis beate Virginis, *(aug. 22.)* evocatoria.

Eredetije papiron, zárlatán pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 12 jelzet alatt, régi száma 305.

81.

1380 deczember 18. A győri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a Hédervári István fiai, György és Mihály, s Kemenei Sebők fia János közt fenforgó jószágbitorlási ügyben a szabályszerű idézést eszközöltette.

Excellentissimo principi domino Lodovico, dei gracia illustri regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., domino eorum metuendo capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in domino salutares. Literas vestre excellencie pro filiis condam magistri Stephani de Hedruchvar nobis directas cum omni reverencia, qua decuit, recepimus in hec verba:

Lodovicus dei gracia rex Hungarÿe, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo Jauriensi salutem et graciam. Dicitur nobis in personis magistrorum Georgii et Michaelis, filiorum Stephani de Hedruchuar, quod Johannes filius Sebewk de Kemene quasdam porciones ipsorum possessionarias in possessionibus suis Kalnuk et Bezenee vocatis habitas potencialiter pro se occupasset et occupatas detineret ac usibus earundem

uteretur in ipsorum preiudicium valde magnum, prout hoc idem quibusdam tribus literis inquisitoriis, capituli videlicet Posoniensis ac conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie et vestris limpidius vidimus contineri. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sebastianus filius Gywke de Gulach, vel Laurencius filius Bythew de Kal, aut Georgius sive Nicolaus, an Johannes dictus *Feketh*e de Zob, aliis absentibus homo noster evocet dictum Johannem contra ipsos filios Stephani in nostram presenciam ad terminum competentem et tandem ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, tercio die post festum Concepcionis beate Virginis, anno domini M^mo^ CCC^mo^ octuagesimo. *(Decz. 10.)*

Ipsis itaque literis vestre excellencie reverenter receptis unacum prefato Sabastiano filio Gywke de Gulach, homine vestro venustum virum magistrum Emericum, chori nostri clericum pro testimonio transmisimus fide dignum; qui demum ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beate Lucie virginis et martiris *(decz. 13.)* nunc proxime preterito annotatum Johannem filium Sebek de Kemene in eadem contra prescriptos magistros Georgium et Michaelem, filios Stephani de Hedruhwar, ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc proxime venturas in vestre serenitatis presenciam evocassent. Datum sexto die dyey evocacionis prenotate, anno domini supradicto.

Kivül: Domino regi pro Georgio et Michaele, filiis Stephani de Hedruhwar contra Johannem filium Sebek de Kemene ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc proxime venturas. Evocacionis relacio.

Rávezetve: Pro A. Andreas filius Pauli cum comitis Nicolai. J. personaliter. — Propter absenciam baronum ad Cinerum. *(márcz. 6.)*

Eredetije papiron, a zárlaton pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 13, régi száma 304.

82.

1381 február 5. A pannonhalmi konvent I. Lajos királynak jelenti, hogy a Hédervári István fiai, György s Mihály és Kemenei Sebők fia János között fenforgó hatalmaskodási ügyben a vizsgálat teljesíttetett.

Excellenti principi domino Lodovico, dei gracia regi Hungarie, domino suo, conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie oraciones in domino sedulas et devotas. Literas vestre serenitatis mediocri sigillo consignatas sumpma cum reverencia recepimus in hec verba:

Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Dicitur nobis in personis magistrorum Georgii et Michaelis, filiorum Stephani de Hedrehwara, quod Johannes filius Sebeuk de Kemne circa festum beati Thome apostoli *(decz. 21. körül)* nunc preteritum ad possessionem ipsorum Kalnuk vocatam, omnis iuris tramite eis pertinentem manibus armatis et potenciariis veniendo, quemdam iobagionem ipsorum Geureg nomine captivasset, captumque in suis vinculis conservasset tamdiu, quousque sue placuisset voluntati, et omnia bona eiusdem ac aliorum iobagionum eorundem in eadem Kalnuk commorancium penitus aufferendo et de facie dicte possessionis ipsos affugando, lite tamen pendente inter ipsos, in ipsorum preiudicium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sebastianus filius Gyuke de Gulach vel Georgius Parvus de Tyakmonostura, sive Georgius de Zop, aut Johannes *Feyes* de eadem, sin Nicolaus de Alap, seu Stephanus Rufus de *Malunzuk,* aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° lxxx° primo. *(1381 jan. 11.)*

Nos igitur preceptis serenitatis vestre, ut tenemur, obedientes, unacum supradicto Sebastiano filio Gyuke, homine vestro nostrum hominem scilicet Nicolaum sacerdotem, rectorem eccle-

sie nostre de Alsok ad premissa exsequenda transmisimus; qui tandem ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, ut ipsi feria tercia proxima ante festum Purificacionis beate Virginis gloriose *(jan. 29.)* proxime preterita ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, videlicet nobilibus et ignobilibus in comitatu Mosoniensi procedendo, palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et quelibet premissorum sic fuisse et esse scivissent, sicut vestre regali maiestati in personis predictorum magistrorum Georgii et Mychaelis, filiorum Stephani dictum fuisset et conquestum, et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia continet prescriptarum; exceptis tamen hys, quod de quantitate bonorum a prenotato Geuruk et aliis iobagionibus eorundem filiorum Stephani receptorum veritatem scire nequivissent; scivissent tamen, quod idem Geuruk in captivitate seu vinculis annotati Johannis filii Sebeuk ab hac luce decessisset. Datum octavo die dicte diei ipsius inquisicionis, anno quo supra.

Kivül: Domino regi pro magistris Georgio et Michaele, filiis Stephani de Hedruhwara contra Johannem filium Sebeuk de Kemne. Inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, hátlapján a nagy pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 14, régi száma 309.

83.

Visegrád, 1381 június 19. Szécsi Miklós országbiró meghagyja a pannonhalmi konventnek, hogy Hédervári István fiai, György s Mihály elleni hatalmaskodásai miatt Kemei Sebők fiát Jánost, az országos szokás szerint, harmadízben is megidéztesse.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie comes Nicolaus de Zech, iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, comitatumque Posoniensem tenens pro honore amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Andreas filius Pauli pro magistris Georgio et Michaele, filiis Stephani de Hedruhuara cum procuratoriis literis nostris iuxta continenciam literarum capituli Jauriensis evocatoriarum pariter et inquisitoriarum domino nostro regi ad suum regium literatorium preceptum rescripcionalium, tenoremque literarum regalium eidem capitulo di-

rectarum verbaliter in se habencium in octavis diei Cinerum *(márcz. 6.)* proxime preteritis in nostram veniendo presenciam contra Johannem filium Sebeuk de Keme easdem literas dicti capituli nobis presentarat denotantes, quod in personis predictorum magistrorum Georgii et Michaelis regie dictum extitisset maiestati, quod Johannes, filius Sebeuk de Keme circa festum beati Thome apostoli *(decz. 21. körül)* proxime preteritum ad possessionem ipsorum Kalnuk vocatam, omnis iuris tramite eis pertinentem manibus armatis et potenciariis irruendo, quemdam iobagionem ipsorum Geurug nomine captivasset, captumque in suis vinculis conservasset tamdiu, quousque sue placuisset voluntati, et omnio bona eiusdem ac aliorum iobagionum in eadem Kalnuk commorancium penitus aufferendo de facie dicte possessionis affugasset, lite tamen pendente inter ipsos, in preiudicium predictorum magistrorum Georgii et Michaelis valde magnum. Super quo idem dominus noster rex fidelitati dicti capituli firmiter precepisset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo suus regius infra declarandus ab omnibus, quibus deceret, liceret, sciret et inquireret de premissis omnimodam veritatem, scitaque premissorum veritate evocaret prefatum Johannem, filium Sebeuk contra annotatos magistros Georgium et Mychaelem in suam regiam presenciam ad terminum competentem racionem premissorum redditurum premisse litis pendencia non obstante, et post hec ipsius inquisicionis et evocacionis seriem cum termino assignato eidem fideliter rescriberet capitulum supradictum.

Ipsum igitur capitulum preceptis ipsius regie maiestatis obediens, ut tenetur, unacum Stephano Rufo de Molunsuk, homine regio ipsorum hominem Johannem, chori ecclesie eorum clericum ad premissa peragenda pro eorum testimonio transmisisset; qui exinde ad ipsum capitulum reversi eidem concorditer retulissent, ut ipsi feria tercia proxima ante festum Purificacionis Virginis gloriose *(jan. 29.)* de novo preterita ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus in comitatu Mosoniensi procedendo palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et quelibet premissorum singula sic fuisse et esse scivissent,

sicut regie maiestati extitisset conquestum; quantitatem autem bonorum dicti Gerugh et aliorum iobagionum eorundem filiorum Stephani ablatorum scire nequivissent; scivissent tamen, quod idem Gerugh captivitate in eadem spiritum exalasset; scitaque premissorum veritate, eadem die predicte inquisicionis prefatum Johannem filium Sebeuk in faciem prenotate possessionis sue Kemek contra prenotatos magistros Georgium et Mychaelem, filios Stephani ad dictas octavas dieÿ Cÿnerum *(márcz. 6.)* in regiam presenciam evocassent racionem premissorum redditurum, premisse litis pendencia non obstante inter ipsos.

Ad quas quidem octavas annotatus Johannes filius Sebeuk per Andream filium Pauli legitimum procuratorem annotatorum magistrorum Georgii et Mychaelis congruis diebus octavarum earundem coram nobis expectatus nostram in presenciam non venisset, neque misisset, se mediantibus aliis literis nostris iudicialibus exinde confectis mole iudiciali onerari permittendo; postulans prefatus procurator ipsorum annotatorum eisdem in premissis ex parte predicti Johannis filii Sebeuk per nos, in premissis iuris medelam elargiri. Et quia forma iuris eundem Johannem contra ipsos actores vice secundaria evocandum fore dictarat, pro eo vestram amiciciam petieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo regius infra declarandus prefatum Johannem filium Sebeuk super premissis perhemptorie responsurum, [racionemque efficacem redditurum] contra annotatos magistros Georgium et Mychaelem, filios condam magistri Stephani de Hedrehuara ad octavas festi beati Georgy martiris *(máj. 1.)* tunc venturas regium evocarent in presenciam, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescriberetis.

Tandem ipsis octavis instantibus Andreas filius Pauli pro ipsis magistris Georgio et Mychaele, filiis Stephani de Hedrehuara cum procuratoriis literis dicti capituli Jauriensis ad nostram veniendo presenciam literas vestras super ipsa evocacione domino nostro regi rescripcionales nobis presentavit, in quibus prefatum Johannem filium Sebeuk per Se-

bastianum filium Gyuke de Gulach regium et Nicolaum sacerdotem rectorem ecclesie vestre homines feria quinta proxima post festum Passce domini *(ápr. 18.)* de novo preteritum in dicta possessione sua Keme contra predictos magistros Georgium et Mychaelem ad dictas octavas festi beati Georgii martiris *(máj. 1.)* regiam in presenciam evocatum fuisse comperimus manifeste.

Ad quas quidem octavas festi beati Georgii martiris prefatus Johannes filius Sebeuk per annotatum Andream filium Pauli in personis predictorum magistrorum Georgii et Mychaelis coram nobis expectatus nostram in presenciam non venit, neque misit, se mediantibus aliis literis nostris iudicialibus exinde confectis in iudicio agravari permittendo, postulans prefatus procurator ipsorum magistrorum Georgii et Mychaelis eis in premissis per nos iuris equitatem impertiri. Unde quia consuetudo regni eundem Johannem filium Sebeuk contra ipsos actores vice terciaria evocandum fore dictabat, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis (hominem) pro testimonio fide dignum, quo presente Sebastianius filius Gyuke de Gulach, vel Georgius Parvus de Tyakmonostra sin Georgius de Zooph, aut Johannes *Fejes* de eadem, sive Nicolaus de Alap, seu Stephanus Rufus de Molosuk *(igy)*, aliis absentibus homo regius prefatum Johannem super premissis perhemptorie responsurum, racionemque efficacem redditurum ac de iudiciis in toto duodecim marcas facientibus nobis et parti adverse satisfacturum contra annotatos magistros Georgium et Mychaelem, filios condam magistri Stephani de Hedrehuara ad quindenas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste *(júl. 8.)* nunc venturas regiam evocet in presenciam, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem quindenas domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Vysegrad, quadragesimo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC^mo^ lxxxmo primo.

Kivül: Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie pro magistris Georgio et Mychaele, filiis condam magistri Stephani de Hedrehuara contra Johannem filium Sebeuk de Keme ad octavas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste. *(júl. 8.)* Evocatoria.

Eredetije rongált állapotban papiron, zárlatán a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 15.

84.

Visegrád, 1381 augusztus 1. Szécsi Miklós országbiró Kemei Sebők fiát Jánost, ki a közte és Hédervári István fiai, György és Mihály közötti perben harmadszori idézésre sem jelent meg, a 12 márkányi birság kétszeresében marasztalja el.

Nos comes Nicolaus de Zeech, iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, comitatumque Posoniensem tenens pro honore damus pro memoria, quod Andreas filius Pauli pro magistris Georgio et Michaele, filiis condam magistri Stephani de Hedruhuara cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis contra Johannem filium Sebeuk de Kemee a quindenis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste *(júl. 8.)* viginti quatuor diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam literarum nostrarum evocatoriarum et conventus sancti Martini sacri montis Panonie rescripcionalium super factis in eisdem contentis legitime evocatus non venit, neque misit, nec iudicia duodecim marcas faciencia nobis persolvere debens persolvit, ut debebat, unde ipsum pro sua non veniencia in iudiciis consuetis pro non solucione dictorum iudiciorum in dupplo eorundem commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum in Vissegrad, vigesimo quinto die termini prenotati, anno domini millesimo CCC^{mo} lxxxmo primo.

Kívül: Pro magistris Georgio et Michaele, filiis condam magistri Stephani de Hedruhuara contra Johannem filium Sebeuk de Keme. Iudicialis.

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 15/2, régi száma 306.

85.

Pozsony, 1381 augusztus 27. Garai Miklós nádor előtt Hédervári István fiai, György és Mihály Kemenei Sebők fiát Jánost, a mosonymegyei Miklosdorf, Féltorony, Sáson, Nyulas és Bezenye nevű helységek elfoglalásától s használatától letiltják.

Nos Nicolaus de Gara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Posoniensis et

Mosoniensis comitatuum feria secunda proxima ante festum Assumpcionis beate Virginis *(aug. 12.)* in civitate Posoniensi celebrata Andreas castellanus magistrorum Georgii et Michaelis, filiorum Hedricy [1] de Hedruhuara de medio aliorum exurgendo in personis dictorum magistrorum Georgii et Michaelis, dominorum suorum Johannem filium Sebeuk de Kemne facie ad faciem coram nobis repertum ac alios quoslibet tamquam absentes ab indebita occupacione, detencione et usuum, fructuum ac quarumlibet utilitatum percepcione possessionum Myklousdarf, Feltorn, Sason, Nyulas et Bezene vocatarum, seque in dominium earundem intromissione quomodocunque factis vel faciendis prohibuit contradicendo publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum sedecimo die congregacionis nostre predicte in loco antedicto, anno domini M^mo^ CCC^mo^ lxxxmo primo.

Kivül: Pro magistris Georgio et Mychaele, filiis Stephani (Hedricÿ ki van törülve) de Hedruhuara contra Johannem filium Sebeuk de Kemne. Prohibitoria.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 16, régi száma 308.

86.

1382 szeptember 12. A győri káptalan kiküldöttjei előtt Hédervári Miklós fia Miklós Kis-Baráth birtokát és Lipoltfalva felét feleségének Ilonának és leányának Erzsébetnek éltük végeig, holtuk után három fiatalabb leányának Sebkének, Scolasticának és Ilonának férjhez menetelükig hagyományozza, kikötve, hogy azután fiaira Dénes, győri olvasókanonokra, Istvánra, Miklósra és Imrére szálljanak.

[C]apitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus fieri manifestum, quod cum nos ad peticionem Andree litterati de Zamul, famuli et legitimi procuratoris magistri Nicolai, filii Nicolai de Hedruchuara in persona eiusdem domini sui nobis porrectam, quatuor ex nobis, videlicet viros honorabiles, dominos Stephanum prepositum de Papuch,

[1] Így: István helyett.

Johannem cantorem, Stephanum custodem et magistrum Benedictum archydiaconum Jauriensem, socios et concanonicos nostros pro audienda infrascripta ordinacione et fassione ad predictum magistrum Nicolaum, filium Nicolai, quem predictus procurator suus hic in civitate Jauriensi personaliter existere et propter gravem infirmitatem coram nobis accedere minime posse referebat, duxissemus transmit(t)endos, qui postmodum ad nos reversi consona voce nobis retulerunt, ut ipsi secunda feria proxima ante festum sancti Martini confessoris proxime nunc preterita *(nov. 10.)* ad predictum magistrum Nicolaum, filium Nicolai tunc in porcione sua possessionaria Jauriensi penes Danobium habita, in domo videlicet cuiusdam iobagionis sui exsistere compertum accessissent, ibique predictus magister Nicolaus viva voce quasdam duas possessiones suas, unam videlicet Kysbarath vocatam sub comitatu Jauriensi, in qua ecclesia in honore sanctorum Cosme et Damiani martyrum, et secundam Lipolthfolua nominatam in media parte et sub comitatu Posoniensi adiacentes, ubi ecclesia sancti Clementis pape constructe haberentur, quas rebus suis mediantibus emisse et sub hoc titulo dominii tenuisse et possedisse af(f)irmasset, de quibus possessionibus ipse dudum per dominum Lodovicum, dei gracia pridem regem Hungarie beate memorie pro meritoriis fidelibus servici[i]s suis mediantibus regalibus litteris eiusdem cuilibet dandi, vendendi et conferendi, vel legandi graciose plenam potestatem et licenciam optinuisset iuxta propositum sue voluntatis, prout eciam predicte littere regales [1] ibi coram ipsis videlicet et tandem coram nobis produ(c)te et exhibite prefatam prerogativam graciam supradictarum duarum possessionum expresse declaraverant extitisse, cum omnibus utilitatibus earundem, videlicet iuribus montanis, censibus et muneribus iobagionum et aliis quibuscunque pertinentibus, quibus prenominate due possessiones Kysbarath et Lipolthfolua decorarentur, nobili domine Elena vocate, consorti sue karissime pro contemplacione conthoralis dileccionis plenitudine eiusdem usque suam vitam et tandem nobili puelle Elizabet

[1] L. 75. sz. a.

vocate, maiori filie sue dedisse, donasse et contulisse confessus extitisset possidendas et habendas ita tamen, quod post obitum predictarum duarum nobilium dominarum Elena et Elizabet vocatarum prefate possessionis *(igy)* Kysbarath et Lipolthfolua iuris in proprietatem trium filiarum iuniorum eiusdem magistri Nicolai filii Nicolai, videlicet Sebke, Scalastica *(igy)* et Elena vocitatarum tamdiu, donec eedem nobiles puelle maritarentur et postquam auxiliante domino per filios suos infrascriptos viris et legitimis maritis copularentur, mox super filios predicti magistri Nicolai, utpote super manus honorabilis viri domini Dyonisi lectoris et concanonici nostri ac magistrorum Stephani, Nicolai et Emerici pure et simpliciter descendere deberent et derivari, tamquam veri et legitimi heredes easdem possessiones in perpetuum habere atque possidere. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum secundo die predicti festi sancti Martini confessoris, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, dominis Lorando preposito, Dyonisio lectore predicto, Johanne cantore, Stephano custode, ceterisque dominis et canonicis ecclesie nostre existentibus et deo iuditer *(igy)* famulantibus.

Eredetije hártyán a pecséttartó-fonallal, fasc. 44, Nr. 9 jelzet alatt.

87.

1383 június 10. Szécsi Miklós országbiró előtt Pereznyei István és Vozei Jenselinus egyfelől, másfelől Hédervári Héder fiai, Jakab és János fogott birák rendelkezése alapján a nádor előtt folyt pörükben oly feltétellel békülnek ki, hogy a Hédervári testvéreknek a felperesek átengedik Cheyl nevű birtokukat, a melyért azonban perköltség és remélhető jogaik kárpótlásáért négy részletben pontosan 400 fontot fizetnek.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie regie memorie commendamus, quomodo Stephano, filio Stephani filii Conrardi de Pereznie, pro se personaliter et pro Mychaele filio suo sine literis procuratoriis, onus eiusdem, si in infrascriptis persistere nollet, super se assumpmendo ac Jensilino filio Benedicti de

Woze et eodem Stephano, filio Stephani pro Benedicto et Johanne filiis ac Dorothea, Katherina et Anka filiabus predicti Jensilini, ex nobili domina Margaretha, filia Thome, filii predicti Conrardi de eadem Pereznye procreatis, similiter sine literis procuratoriis onus tamen eorundem super se assumpmentibus ab una, item magistris Jacobo et Johanne filiis Hedrici de Hedrehwara similiter personaliter et eodem magistro Jacobo pro nobili puella Clara, filia sua, modo simili sine procuratoria auctoritate onus eiusdem similiter super se assumpmendo parte ab altera, coram nobis constitutis per eosdem propositum extitit et relatum, quomodo ipsi in causa per ipsum Stephanum, filium Stephani contra ipsos filios Hedrici in facto possessionis Cheyl vocate, in comitatu Supruniensi penes lacum Fertew existentis, coram magnifico viro domino Nicolao de Gara, regni Hungarie palatino mota et diucius ventilata per ordinacionem proborum et nobilium virorum pacis parcium zelatorum taliter concordassent ac concordarunt coram nobis, quomodo idem Stephanus filius Stephani, sua et dicti Michaelis, filii sui, in personis, ac annotatus Jensilinus filius Benedicti in personis predictorum filiorum et filiarum suorum annotatam possessionem Cheyl vocatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis annotatis magistris Jacobo et Johanni, filiis Hedrici, eorumque heredibus et successoribus universis reliquissent et commisissent perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, nullum ius ipsis reservando in eadem, sed totum ius et dominium, quod actenus se in eadem habere et obtinere posse sperassent, in eosdem filios Hedrici transferendo. E converso vero iidem magistri Jacobus et Johannes, filii Hedrici quadringentas libras promptorum denariorum, quamlibet libram sex pensis denariorum conputando, pure et simpliciter absque decima et nona partibus, annotatis Stephano, filio Stephani et Michaeli filio suo ac filiis et filiabus predicti Jensilini pro expensis et laboribus per ipsum Stephanum filium Stephani in processu ipsius litis factis et consumptis ac etiam pro iure, si quod iidem Stephanus et filius suus ac filii et filie dicti Jensilini in dicta possessione Cheyl se habere et obtinere posse sperassent in tribus terminis infrascriptis, videlicet: quinquaginta libras in octavis

festi beati regis Stephani *(aug. 27.)* ac medietatem residuarum trecentarum et quinquaginta librarum in octavis festi Omnium Sanctorum *(nov. 8.)*; aliam vero medietatem earundem trecentarum et quinquaginta librarum in octavis diei Cinerum *(márcz. 2.)*, terminis nunc post sese consequenter affuturis semper sine crastinacione coram capitulo ecclesie Jauriensis persolvere assumpsissent et assumpserunt coram nobis, tali obligacione mediante, quod si iidem filii magistri Hedrici primum aut secundum terminos pretermitterent insolutos, tunc semper in dupplo pecunie non solute convincerentur eo facto; si autem tercium et ultimum terminum obmitterent in solvendo, tunc eedem due priores soluciones in dictis prioribus terminis facte amisse et perdite haberentur et quod predicta possessio Cheyl vocata in ius et proprietatem predictorum Stephani filii Stephani et Mychaelis filii sui ac filiorum et filiarum dicti Jensilini perpetuo devolverentur eo facto. Jidemque Stephanus et Mychael, filius suus ac filii et filie dicti Jensilini in dominium eiusdem possessionis absque strepitu alicuius iudicii et absque regio vel alicuius iudicis ac loci testimonialis hominibus liberam introeundi haberent facultatem; insuper omnia instrumenta literalia eorundem filiorum Hedrici in facto dicte possessionis confecta vana, cassa, frivola et viribus caritura contra eosdem Stephanum, Michaelem et filios ac filias dicti Jensilini haberentur. Voluerunt eciam eedem partes, et predicti Stephanus ac Jensilinus se ad id firmiter coram nobis obligaverunt, ut iidem Stephanus et Jensilinus in termino premisse ultime solucionis predictum Michaelem, filium ipsius Stephani in dictum capitulum Jauriense adducere deberent ad perpetuam corroboracionem premisse composicionis faciendam ac onus et gravamen predictorum filiorum et filiarum dicti Jensilini nunc in tenera etate constitutorum in se assumendum; in eodem eciam termino ultime solucionis iidem Stephanus et Jensilinus universas litteras, in facto dicte possessionis Cheyl vocate confectas, pro eorum parte loquentes habitis prius omnibus solucionibus premissis eisdem filiis Hedrici plenarie et in toto restituere tenerentur; si quas vero ex eisdem reservarent, mortue vane, frivole et viribus cariture ac exhibitoribus earum nociture haberentur

tali vinculo interserto, quod si dicti Stephanus ac Jensilinus ad terminum ipsius ultime solucionis venire et dicta literalia instrumenta dictis filiis Hedrici restituere non curarent, tunc omne ius, quod in dicta possessione Cheyl habere sperassent, perderetur, et pro premissis pecunie quantitatibus per ipsos filios Hedrici eis persolutis omnia iura eorum possessionaria nunc apud manus eorum habita aggravarentur et tytulo pignoris ad ipsos filios Hedrici devolverentur eo facto. Ad que omnia premissa predicti Stephanus et Jensilinus ac filii Hedrici personali astancia se sponte obligaverunt coram nobis. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima ante festum beati Barnabe apostoli, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio.

A győri káptalan 1384 márczius 5-ikén kelt okleveléből. (89. sz.)

88.

1383 augusztus 29. A győri káptalan előtt Köcski Tamás fia, Farkas, tiltakozik az ellen, hogy Pereznyei István Sopron vármegyei Chel nevű birtokát Hédervári Hedrik fiainak Jakabnak és Jánosnak eladja, mert őt rokonság czimén elővételi jog illeti meg; azért Pereznyeit az eladástól, a Hédervváriakat a megvételtől tiltja.

Közölte a körmendi levéltárból a Sopronvármegyei Oklevéltár I. k. 327. sz.

89.

1384 márczius 5. A győri káptalan bizonysága arról, hogy Peresznyei Istvánnak és Vozei Jenzelinusnak Hédervári Jakab és Jánossal Széchi Miklós országbiró előtt kötött egyezségének mindkét fél eleget tett.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus fieri manifestum; quomodo nobis octavo die Cinerum *(márcz. 2.)* proximo nunc preterito in loco consueto praedicte ecclesie nostre capitulariter sedentibus, nobiles viri Stephanus, filius Stephani, filii Conrardi et Michael, filius suus de Peresnye ac Jensilinus,

filius Benedicti de Woze pro se et pro Benedicto et Johanne filiis ac Dorothea, Catherina et Anka vocatis filiabus suis, ex nobili domina Margareta, filia Thome, filii predicti Conrardi de predicta Peresnie procreatis, sine literis procuratoriis onus tamen eorumdem super se assumpmendo ab una parte; item magistri Jacobus et Johannes, filii Hedrici de Hedrehwara ex altera, ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quasdam patentes literas magnifici viri comitis Nicolaÿ de Zeech conpositorias et obligatorias inter se confectas hunc tenorem continentes. *(Következik Széchi Miklós országbiró 1383 június 10-ikén kelt oklevele. Lásd 87. sz. a.)*

Quibus quidem literis obligatoriis preexhibitis, tenoribusque earundem perlectis et partibus predictis debito ordine expositis supradicti Stephanus, filius Stephani, Michael, filius eiusdem de Pereznie et Jensilinus, filius Benedicti de Woze allegabant isto modo, quod supradicti magistri Jacobus et Johannes, filii Hedrici, prefatas quadringentas libras denariorum pure et simpliciter absque decima et nona partibus in tribus terminis in predictis literis predicti comitis Nicolai de Zeech contentis debito modo ipsis persolvissent. Super quibus eciam solucionibus rerum prefatos magistros Jacobum et Johannem, filios Hedrici expeditos de se reddidissent et nostri in presencia expeditos reddiderunt et ex eo quemadmodum coram prefato comite Nicolao, iudice curie regie mediantibus predictis suis literis sic et nunc nostri in presencia prefatam possessionem Cheyl apellatam cum suis pertinentibus prefatis magistris Jacobo et Johanni, filiis Hedrici ac posteris et heredibus ipsorum reliquissent et remisissent perpetuo possidere pariter et habere, nichil penitus iuris aut proprietatis dominii amplius sibi vel ipsorum heredibus in eadem reservatis. Instrumentorum namque vel munimentorum super facto pretacte possessionis Cheyl confectorum et reddi assumptorum prefati Stephanus, filius Stephani et Jensilinus, filius Benedicti eisdem magistris Jacobo et Johanni, filiis Hedrici restituerunt nostri in presencia tres literas privilegiales, unam videlicet a domino Karulo olym rege Hungarie bone memorie, secundam a nostra communitate et terciam de capitulo ecclesie Castriferrei loquentes. Plures vero literas super ipsa possessione Cheyl erga se

habere abnegaverunt, si qua enim casualiter circa se reservata forent, vana, frivola et exhibitoribus nocitura deinceps contra presentes haberentur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et maioris sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante dominicam Reminiscere. Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto. Dominis Lorando preposito, Dyonisio lectore, Johanne cantore, Stephano custode, ceterisque dominis et canonicis ecclesie nostre existentibus et deo famulantibus.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 7060 jelzet alatt.

90.

Pozsegavár, 1385 április 18. Erzsébet királyné meghagyja Hédervári János vránai perjelnek és Lukács dubiczai jeruzsálemi Szent-János-rend praeceptorának, hogy a dubiczai Szüz-Máriáról nevezett pálos klastrom szerzeteseit vegye oltalmába.

Elisabet dei gracia regina Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus nostris devotis religiosis viris, venerabilibus Johanni de Hedrehwara, priori de Aurana, necnon Luce preceptori Dubicensi ordinis sancti Johannis Jerosolimitani salutem et graciam. Cum nos religiosos viros fratres heremitarum claustri beate Marie virginis de dicta Dubicha propter eorum paupertatis inopiam unacum eorum claustro ac possessionibus et bonis ad ipsos pertinentibus receperimus in nostram protecccionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis in persona vobis eosdem commisimus protegendos et defendendos. Mandamus igitur vestre fidelitati firmissimo reginali sub edicto, quatenus a modo et deinceps praefatos fratres heremitas, claustrum et possessiones ac bona ipsorum ab omnibus ipsos illicite aggravare et perturbare volentibus auctoritate nostra protegatis et defendatis eos in eorum possessionibus iustis et legitimis pacificos et illesos conservando; aliud intuitu nostre gracie non facturi. Et hoc idem futuris preceptoribus de Dubicha committimus firmiter faciendum. Datum in Posagawar,

feria sexta proxima ante festum beati Georgii martiris, M° CCC° LXXX° quinto.

Relatio magistri Georgii Bebek. A vörös viaszba nyomott liliomos sisakpecsét töredéke fedi a relatiót.

Eredetije papiroson, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 35.275 sz. a.

91.

1385 július 15. A budai előljárók bizonyítják, hogy Werutzlinus budai polgár, mint Petrus de Vienna végrendeletének végrehajtója, eladta a Hédervári Mihály és Zollnecker Miklós szomszédságában levő házat Garai Miklós nádornak 1200 arany forintért.

Nos Wuluingus, filius Nicolai, iudex castri novi montis Pestiensis, magister Petrus scriptor, Johannes dictus Gleczel, Nicolaus Stoyani, Michahel Nodler, Michahel Rősler, Ladislaus de vico, Ulricus Rabensteiner, Stephanus Rubsam, Johannes literatus, Henslinus filius Viti, Briccius filius Nicolai et Johannes filius Thome, tunc iurati ipsius castri memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod Weruczlinus cognominatus super statuam, concivis noster, executor scilicet ultime disposicionis quondam Ulrici dicti de Wyenna coram nobis personaliter comparendo quandam domum ab eodem Ulrico derelictam in castro predicto in vicinitate domorum magistri Michahelis de Hedrehwar et Nicolai dicti Czolneker habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis de consensu omnium proximorum prefati Ulrici, ymmo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit magnifico viro domino Nicolao de Gara, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure ac pacifice possidendam, pro mille et ducentis florenis aureis plene habitis et perceptis ab eodem. Assumpsit nichilominus memoratus Weruczlinus dictum dominum Nicolaum de Gara palatinum ac suos posteros ab omnibus racione predicte domus et universarum utilitatum eiusdem inpetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis, secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam.

In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales duplicis et autentici sigilli nostri appensione consignatas duximus concedendas. Datum in festo Divisionis apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Eredetije hártyán, töredezett kettős függő pecséttel, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 7158 jelzet alatt.

92.

Buda, 1387 deczember 1. Zsigmond király Ireg királyi falut tartozékaival Thamásy Herrik fiainak, Miklósnak és Jánosnak új adomány czimén adományozza.

Relacio magistri Leustachii, magistri curie.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendantes cunctis christicolis, presens carmen cernentibus, quibus incumbit, pandimus in hÿs scriptis, quod fideles nostri, magistri Nicolaus et Johannes, filii Herricÿ de Tamasÿ, familiares nostri dilecti, ad nostre celsitudinis veniendo presenciam suas fidelitates et fidelia servicia per eosdem nostre maiestati et sacro regio dyademati a multis retroactis temporibus sub diversitate locorum et temporum, non parcendo eorum rebus et personis exhibitas et inpensa humiliter exponentes et declarantes ac in memoriam nostre sublimitatis reducentes, quandam villam nostram regalem, Irug nuncupatam, in comitatu Tolnensi existentem a nobis ipsis et eorum heredibus perpetuo dare et conferre postularunt. Nos igitur, qui exinnata nobis regia monificencia cunctorum nostrorum fidelium fidelia servicia animo metiri debemus pietatis, fidelitatibus et fidelibus serviciis, ac laude dignis conplacenciis eorundem magistrorum Nicolai et Johannis recensitis, premissam villam nostram Irug nuncupatam, in dicto comitatu Tholnensi habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, utputa terris, cultis et incultis, aquis, pratis, vineis, molendinis, silvis, nemoribus et aliis quibuslibet utilitatum integritatibus sub suis veris metis et antiquis, quibus hucusque nomine regio rite possessa fuit et gubernata, regni nostri prelatorum

et baronum exinde deliberacione et consilio maturis prehabitis, eisdem magistris Nicolao et Johanni, filiis Herrici nostris fidelibus et per eos eorum heredibus, heredumque cunctis posteritatibus de manibus nostris regiis et ex certa nostra sciencia, nove nostre donacionis titulo et omni eo iure, quo nostre dinoscitur pertinere collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus in hÿs scriptis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam et gubernandam sine tamen preiudicio iuris alieni. Presentes eciam, dum nobis in specie fuerint apportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude, secundo die festi beati Andree apostoli, anno domini millesimo trecentesimo octogesimo septimo.

Eredetije hártyán, aljára nyomott pecséttel, alatta a relacióval. Fasc. 50, Nr. 4. — Megvan Zsigmond király 1399 január 29-iki átiratában is. Lásd 107. sz. a.

93.

1387 deczember 13. A székesfehérvári káptalan Zsigmond király parancsára Tamásy Herrik fiait, Miklóst és Jánost új adomány czimén beiktatja Ireg falu birtokába.

Serenissimo principi domino Sigismundo, dei gracia inclito regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., domino ipsorum metuendo capitulum ecclesie Albensis oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Literas vestre serenitatis, secreto sigillo vestro consignatas, honore condecenti noveritis nos recepisse in hec verba:

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis, capitulo ecclesie Albensis salutem et graciam. Cum nos quandam villam nostram Irug appellatam, in comitatu Tolnensi existentem, cum omnibus suis pertinenciis, aliis literis nostris mediantibus, magistris Nicolao et Johanni, filiis Herrici de Thamasy, requirentibus ipsorum fidelitatibus et fidelibus serviciis, nove nostre titulo donacionis perpetue contulerimus. Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes, filius Elye de Thuma, vel Michael, filius Stephani de Mykola, sin Thomas de Zynthe, aliis absentibus homo noster ad faciem

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

dicte ville et suarum pertinenciarum, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat eosdem Nicolaum et Johannem, filios Herrici in dominium eiusdem, statuatque eandem cum suis pertinenciis eisdem magistris Nicolao et Johanni premisse nove nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra prelibatos magistros, Nicolaum et Johannem in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis, ut fuerit expediens, vel si necesse fuerit, nomina contradictorum et citatorum, si qui extiterint, cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi beati Andree apostoli, anno domini millesimo trecentesimo octogesimo septimo. *(1387 decz. 1.)*

Nos itaque vestre serenitatis preceptis semper obedire cupientes, ut tenemur, unacum predicto Thoma de Zynthe, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum virum, magistrum Andream de Reche, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus vestre maiestatis homo ipso nostro testimonio presente in festo Concepcionis Virginis gloriose *(decz. 8.)* proxime preterito ad faciem predicte ville Irug et suarum pertinenciarum, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, preliba[tos magistros,] Nicolaum et Johannem, filios Herrici in dominium eiusdem introduxisset, eandemque cum suis pertinenciis predictis annotatis magistris Nicolao et Johanni sub premisso vestre nove donacionis titulo, nemine penitus contradictore inibi apparente, perpetuo possidendam statuisset, tribus diebus continuis in facie eiusdem residenciam faciendo, salvis dumtaxat iuribus ecclesie nostre remanentibus in eadem. Datum sexto die diei statucionis antedicte, anno domini supradicto.

Kívül: Domino regi pro magistris Nicolao et Johanne, filiis Henrici de Thamasy statutoria.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével, fasc. 50, Nr. 4 a. jelzet alatt. — Megvan Zsigmond király 1399 január 29-iki átiratában is, lásd 107. sz. a.

94.

Visegrád, 1388 április 28. Zsigmond király 1388 április 28-ikán Koroghy Filpus fiának Istvánnak adja a harsányi várat azon katonai érdemeiért, a melyeket Nagy Lajos, Erzsébet, Mária és az ő hű szolgálatában a hűtlen lázadók leverése által szerzett, legutóbb pedig a Horváthy János és Hédervári Kont István-féle összeesküvés leverésében lévén nagy érdemei; ugyanis a midőn Horváthy Péter fia János, Zuglaki Philpes fia László, Hedrivári Miklós fia István és Werizlow, Keresztes János fia több csatlósukkal és számtalan pogánynyal, eretnek bosnyával és ráczczal a Száva folyón átkeltek és a bazakruzi kerületben tábort ütvén, sok pusztítást és tűzvészt terjesztvén ott s Szerém és Valkó megyékben, akkor Koroghy István más hívekkel, úgymint Bajnod Györgygyel, Alsáni Pállal és Miklóssal és más főemberekkel halálmegvetéssel megtámadván őket, erős csatasorukat megbontván, némely részüket leölték és magát Horváthy Jánost a Száván túl, Bosznia felé futamítván, Philpesfi Lászlót, Hédervári Miklós fiát Istvánt, Venczelt és másokat nagy számmal a harcztéren elfogván, őket a királyi tekintély növekedésére, az ország békéjére és méltó kínzásokra kézbe szolgáltatta.

Közölve a Kaprinay gyüjteményből. Fejér, Codex Diplomaticus X/1. CCXXXVIII. sz.

95.

Pata, 1389 július 27. Mária királynő Ferencz udvarmester jelentésére újból kiadja Zsigmond király 1387 deczember 1-én Budán kelt, Ireg királyi birtok adományozására vonatkozó oklevelét. (Lásd 92. sz.)

Eredetije hártyán, aljára nyomott, papirlappal födött titkos pecséttel, fasc. 50, Nr. 5 jelzés alatt.

96.

1390 május 27. A székesfehérvári keresztesek konventje Ozorai Miklós fia András kérésére átírja ugyanazon konvent 1327 augusztus 1-én kelt oklevelét.

Conventus Cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerusolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod magister Andreas filius Nicolai

de Ozora ad nostram veniendo presenciam exhibuit nobis quasdam alias literas nostras privilegiales tenoris et continencie per omnia infrascripte, petens nos debita cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum inseri et transcribi atque copiari facere dignaremur, pro eodem ad cautelam, quarum tenor per omnia talis est: *A székesfehérvári keresztesek konventjének 1327 augusztus 1-én kelt oklevele (32. sz.)*

Nos itaque iustis ac iuri consonis literis nostris similiter privilegialibus inseri et transcribi atque copiari fecimus pro eodem ad cautelam. Datum feria sexta proxima post festum Penthecostes, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo, religiosis viris et honestis fratribus Bandono preceptore, Francisco lectore et Blasio custode ecclesie nostre predicte, cunctisque fratribus nostris iugiter famulantibus regi sempiterno.

Eredetije hártyán függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 6 jelzet alatt.

97.

1390 október 7. A sági konvent Chehy Miklós fia István kérésére átírja Vilmos pécsi püspök 1362 márczius 30-ikán kelt oklevelét, melyet Syraki Phile fia Chanow és testvére László királyi kötelezőlevél erejénél fogva felmutattak.

Nos Johannes prepositus et conventus monasterii beate Virginis de Sagh memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum iuxta continenciam literarum regalium obligatoriarum patenter confectarum sub pena trium marcarum sine iudicis porcione Chanow, filius Phile de Sÿrak et Ladislaus, frater suus uterinus de eadem Stephano, filio Nicolai de Chehy quedam paria literarum empcionalium factum possessionis Kezew tangentis *(így)* octavo die festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* proxime preterito sub sigillo nostri conventus dare assumpsisset, tandem ipso termino adveniente iidem Chano et Ladislaus premissas literas empcionales privilegialiter confectas iuxta eorundem assumptum coram nobis presentarunt habentes hunc tenorem. *(Vilmos pécsi püspök 1362 márczius 30-ikán kelt oklevele. Lásd 61. sz. a.)*

Nos igitur iustis et legittimis peticionibus prefati Stephani, filii Nicolai favorabiliter inclinati paria seu tenores dictarum literarum per ipsos Chano et Ladislaum modo premisso coram nobis productarum de verbo ad verbum sine augmento et diminucione aliquali presentibus literis nostris privilegialibus inseri et transscribi facientes eidem Stephano duximus concedendas. Datum secundo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo.

Hédervári Lőrincz nádor 1437 május 29-ikén kelt átiratából. Lásd 157. sz. a.

98.

Visegrád, 1391 november 4. Zsigmond király meghagyja a győri káptalannak, hogy Hedreh fia Jánost Hédervári Miklós fia Miklós ellen királyi személye elé idézze.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. ac marchio Brandemburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Noveritis, quod nobis quarto die festi Omnium Sanctorum *(nov. 4.)* unacum regni nostri nobilibus pro faciendo causantibus moderativo iudicio in sede nostra iudiciendo sedentibus Ladislaus, filius Stephani, pro magistro Nicolao, filio Nicolai de Hedrehwara, cum procuratoriis literis vestris ad nostram specialem veniendo presenciam quasdam duas literas, unam vestram evocatoriam ac inquisitoriam ad nostrum literatorium mandatum domino Stephano, regni nostri palatino rescriptam, tenoremque literarum nostrarum vobis directarum verbaliter in se habentem, asserens accionem et proposicionem eiusdem magistri Nicolai in eadem contineri et aliam dicti domini Stephani, regni nostri palatini, iudicialem nobis presentavit. In quarum prima, scilicet nostra evocatoria litera octavo die diei dominice proxime post festum Nativitatis beate Virginis proxime preterito *(szept. 17.)* emanata adinveniebatur, quod prefatus Nicolaus filius Nicolai de dicta Hedrehwara nobis dixisset, quod Johannes, filius Hedreh de eadem, potencialiter circa festum Omnium Sanctorum *(nov. 1. körül)* in anno proxime transacto preteri-

tum septem equos et duos boves domine coniugis Michaelis dicti Theuke iobagionis sui de dicta Hedreh abstulisset, in suum preiudicium valde magnum. Super quo fidelitati vestre literatorie mandassemus, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo noster infra declarandus ab omnibus, quibus incumberet, meram de premissis experiretur veritatem, expertaque premissorum veritate evocaret prefatum Johannem, filium Hedreh, contra annotatum Nicolaum, filium Nicolai, in presenciam dicti domini palatini ad terminum competentem, racionem de premissis redditurum, et post hec seriem omnium premissorum, prout expediens fierit, eidem domino palatino more solito rescriberetis. Vos itaque mandatis nostris in omnibus obedire cupientes, ut tenemini, unacum Johanne de *Mezesallya,* homine nostro, Anthonium chori vestri clericum ad premissa fideliter peragenda transmisissetis pro testimonio fide dignum; tandem iidem ad vos reversi vobis concorditer retulissent, quod ipsi die dominica proxima post predictum festum Nativitatis beate Virginis *(szept. 10.)* in comitatibus Jauriensi et Posoniensi procendendo ab omnibus, quibus incumbisset, nobilibus videlicet et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status et condicionis dictorum comitatuum hominibus palam et occulte diligenter investigando omnia premissa et premissorum singula eatenus facta fuisse scivissent, quemadmodum tenor literarum nostrarum per omnia continet prescriptarum; quapropter eundem Johannem, filium Hedreh, eodem die in porcione sua possessionaria in Zenthpal vocata habita contra annotatum Nicolaum, filium Nicolai de Hedrehwara, ad octavas festi beati archangeli [1] tunc venturas *(okt. 6.)* in presenciam dicti domini palatini evocassent, racionem de premissis redditurum.

Alterius vero ipsius domini Stephani palatini iudicialis litere in Vissegrad, tricesimo quinto die dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli *(nov. 9.)* exorte series inter alia exprimebat, quod prefatus Johannes filius Hedreh, per annotatum procuratorem ipsius Nicolai legitimis diebus ipsarum octavarum coram eodem domino palatino expectatus suam in presenciam

[1] Kimaradt: «Michaelis».

non venisset, nec misisset, se in iudicio convinci permittendo. Quarum literarum exhibicionibus factis prefatus procurator annotati magistri Nicolai allegavit eo modo, ut si iuri conforme fore videretur, extunc ipse prefatum Johannem vice secundaria nostram specialem in presenciam legitime vellet facere evocari. Et quia prefatus Johannes ad premissa vice secundaria evocandus fore videbatur, pro eo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius de Pancha, vel Lucasius de Bary, aut Johannes de Me(ze)sallya, sin Franciscus de Challokuz, seu Nicolaus de Zemere, sive Johannes de Zopy, an Georgius de eadem aliis absentibus homo noster memoratum Johannem filium Hedreh super premissis perhemptorie responsurum, racionemque efficacem redditurum contra annotatum Nicolaum filium Nicolai ad quindenas octavarum festi beati Martini confessoris nunc venturas *(decz. 2.)* nostram specialem evocet in presenciam, et post hec diem et locum ipsius evocacionis cum nomine evocati ad easdem quindenas nostre speciali fideliter rescribatis maiestati. Presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Strigoniensis, aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum in Vissegrad termino prenotato, anno domini M^mo CCC^mo nonagesimo primo.

Kivül: Fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis pro Nicolao filio Nicolai de Hedrehwara contra Johannem filium Hedreh de eadem ad quindenas octavarum festi beati Martini *(decz. 2.)* confessoris nostram specialem in presenciam. Evocatoria.

A szélére vezetve: Homo regius Franciscus de Czallokuz; noster Ladislaus sancte Dorothe. Evocacio facta est feria quarta proxima post festum beati Martini confessoris *(nov. 15.)* ad quindenas nunc venturas in porcione sua possessionaria Jaurini habita.

Eredetije papiron, zárlatán két pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 17.

99.

1393 október 10. A pozsonyi káptalan előtt Hédervári Hedrik fia Jakab beleegyezését adja abba, hogy Cyll nevű birtoknak felét, (melyet németül Rustnak hívnak), a melyet Klára nevű leányának, Bazini Miklós feleségének adott; de most Poharad János pozsonyi polgárnál van 200 arany forintért zálogban, Bazini Miklós kiválthassa.

Közölve a Soproni Oklevéltár I. k. 360. sz.

100.

1394. Hédervári Hedrih fia János mester Syll nevű, Fertő-tó mellett levő részbirtokát 160 teljes sulyú arany forintért zálogba adja Chornai László fiainak Jánosnak és Detrének oly feltétellel, hogy addig maradjon zálogba, míg a Hédervváriak a zálogösszeget le nem teszik.

E birtok később a Nádasdyak birtokába kerül. 1636-ban Héderváry István ki akarja váltani és zálogváltási perbe idézteti az országbiró által gróf Nádasdy Pál özvegyét, Révay Juditot és fiát, Ferenczet. Ez alkalommal hivatkozik az 1394-ben kelt záloglevélre úgy, a mint fent látható.

N. R. A. Fasc. 566, Nr. 31.

101.

1394 április 11. A győri káptalan előtt Hédervári Hedreh fia János személyesen megjelenvén, Chyl birtok felét Chornai Mihály fiainak, Jánosnak, Detriknek és Lászlónak 200 tiszta arany forintért a kiváltás idejéig szavatossági teherrel elzálogosította.

1434-ben készített birósági kivonata *közölve a Sopronvármegyei Oklevéltárban II. k. 130. sz.*

Ezen kivonatban a Chornai nemzedék-rend hibás, lásd 100. sz. a. a kivonatot és 103. sz. a. az oklevelet.

102.

1394 május 22. A győri káptalan a király parancsára Chornai Jánost, Detriket, Györgyöt és Istvánt a Hédervári Jánostól zálogba vett Chyl birtok felébe ellenmondás nélkül beiktatta.

1434-ben készített birói kivonata *közölve a Soproni vármegyei Oklevéltárban II. k. 130. sz.*

103.

1394 szeptember 25. A győri káptalan előtt Hédervári Hedrik fia János mester, sopronmegyei Cyl nevű birtokát Chornai László fiainak, Jánosnak s Detriknek újból elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod magister Johannes filius Hedrichy de Hederwara coram nobis personaliter constitutus, confessus extitit vive voce *(igy)* in hunc modum, quod quamvis ipse alias mediantibus aliis literis nostris exinde confectis totalem porcionem suam possessionariam in possessione Cyl vocata, in comitatu Soproniensi prope lacum Fertew vocatum existente, habitam Johanni et Detrico, filiis Ladislai de Chorna, pro certa sumpma pecunie in eisdem aliis literis nostris limpide contenta inpignoraverit et apud manus eorundem premisso titulo pignoris habeatur, de presenti tamen ipse pro quibusdam suis adversitatibus, ad presens ipsum urgentibus, evitandis totalem porcionem suam possessionariam in dicta possessione Cyl vocata habitam, simul cum universis utilitatibus, fructuositatibus, redditibus, proventibus et pertinenciis ad eandem spectantibus supra et ultra pecunie sumpmam in dictis aliis literis nostris expressam pro centum sexaginta florenis auri puri et iusti ponderis de novo et denuo eisdem Johanni et Detrico, filiis dicti Ladislai de dicta Chorna, rite possidendam pignori obligasset, quomodo rehabitis prius premissis centum sexaginta florenis et integre receptis inpignoravit nostri in presencia tali modo, quod quandocunque ipse prenominatam possessionariam suam porcionem ab eisdem redimere posset, extunc iidem Johannes et Detricus rehabita prius eorum pecunia eidem remittere et resignare tenebitur difficultate sine omni, hoc expresso, quod annotatus magister Johannes collectam eiusdem porcionis sue possessionarie, vulgariter *Stwr* dictam, infra tempus in dictis aliis literis nostris expressum pro se percipiendi liberam habebit facultatem contradiccione eorundem Johannis et Detricy non obstante in hac parte. Datum feria sexta proxima ante festum beati Mychaelis archangeli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ nonagesimo quarto.

A zalai konvent 1400. évi átiratában, fasc. 3. Nr. 20. (109. sz.)

104.

1394 deczember 19. A csázmai káptalan előtt Chykus Péter, a Miklós fia, a saját és testvére, Gáspár nevében Bachka Péter feleségének a Héder fia László leányának, Annának leánynegyede fejében, neki, férjének és utódainak átengedik Kedhel nevű birtokrészüket.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Rei geste seriem opus est literarum patrocinio commendare. Hac igitur consideracione ducti universitati hominum duximus significandum, quod Petrus, filius Nicolai dicti *Chykus* de Zemene comitatus Supproniensis in sua ac Gaspar, fratris sui uterini personis, cuius onus et gravamen, si in infrascriptis successu temporum perstare nollet in se assumpmendo, coram nobis personaliter comparendo dixit et est confessus ministerio vive vocis, quod ipsi pro quarta filiali nobilis domine Anna vocate, filie Ladislai, filii Hedrih, consortis magistri Petri dicti Bachka ex parte ipsorum eidem domine iuxta regni consuetudinem provenire debenti quandam porcionem ipsorum possessionariam in possessione Kedhel, alio nomine Torchech vocata cum universis suis utilitatibus et pertinenciis ad eandem spectantibus sub suis veris metis et antiquis, quibus iidem Petrus et Gaspar, filii dicti Nicolai eandem hucusque tenuissent et possedissent, eidem nobili domine Anna vocate et per consequens prefato magistro Petro dicto Bachka, eorumque heredibus pro eadem quarta filiali dedissent, donassent et contulissent, ymmo dederunt, donarunt et contulerunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter per eosdem nobilem dominam et dominum maritum suum, eorumque heredes possidendam, tenendam pariter ac habendam, nil iuris, nilve proprietatis et dominii ipsius porcionis possessionarie in ipsa possessione Kedhel, alio nomine Torchech vocata pro se ipsis reservando, sed omne ius et dominium in ipsam nobilem dominam ac dominum maritum suum et suos heredes prorsus et per omnia transferendo. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum sabbato pro-

ximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 8000 jelzet alatt.

105.

Visegrád, 1396 február 17. Zsigmond király Fenyőfői Tamást, ki János győri püspök és Hédervári Mihály mester fia János ellenében, Fenyőfő nevű birtokot illető ügyben idézve meg nem jelent, birsággal sujtja.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. ac marchio Brandemburgensis damus pro memoria, quod Michael filius Lewkes pro domino Johanne episcopo ecclesie Jauriensis et Johanne, filio condam magistri Michaelis de Hedrehuara cum procuratoriis literis eiusdem domini episcopi et capituli Jauriensis contra Thomam de Fenywfew ab octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* triginta quinque diebus continuis legitime stetit in terminum nostra speciali in presencia, qui iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradiccionis et statucionis prefate possessionis Fenywfew vocate in comitatu Wesprimiensi existentis perhemptorie responsurus non venit, neque misit; unde ipsum in iudicio commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Strigoniensis, aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum in Wissegrad, tricesimo sexto die termini prenotati, anno domini millesimo CCC^{mo} nonagesimo sexto.

Kivül: Pro domino Johanne episcopo ecclesie Jauriensis et Johanne, filio condam magistri Michaelis de Hedrehwar contra Thomam de Fenyewfew. Iudicialis.

Eredetije papiron, zárlatán kerek pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 18, régi száma 312.

106.

Visegrád, 1396 november 3. Jolsvai Lesták nádor a Bősi Lothard fia János és Warkoni Omode fia István, meg Hédervári Hedrik fia János között fenforgó peres ügyben új határnapot tűz ki.

Nos Leustachius de Ilsua, regni Hungarie palatinus et comes Albensis damus pro memoria, quod discussionem reportate seriei cuiusdam communis inquisiconis, quam inter Johannem filium Lothardi de Bews et Stephanum filium Omodei de Warkon actores ab una et inter magistrum Johannem, filium Hedricy de Hedrehwara in causam attractum parte ab altera iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in quibusdam literis nostris adiudicatoriis et capituli ecclesie Posoniensis rescripcionalibus contentis in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* facere tenebantur, in quo eciam termino idem magister Johannes filius Hedriy terciam partem iudiciorum duodecim marcarum partibus adversis persolvere tenebatur, de regio generali literatorio mandato ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas simul cum dictis iudiciis duximus prorogandam. Datum in Wissegrad, vigesimo nono die termini prenotati, anno domini M^{mo} CCC^{mo} nonagesimo sexto.

Kivül: Pro Johanne filio Lothardi et Stephano filio Omodei de Warkon contra magistrum Johannem filium Hedricy de Hedrehwara ad octavas festi Epiphaniarum domini. *(jan. 13.)* Prorogatoria.

Rávezetve: De regio ad G. Solvit XX.

Eredetije papiron, zárlatán kerek pecsét töredékeivel, fasc. 3, Nr. 19, régi száma 311.

107.

1399 január 29. Zsigmond király Thamásy Herrik fiai János, és Miklós kérésére megerősíti és jeles alakban átírja 1387 deczember 1-én kelt oklevelét és a székesfehérvári káptalan 1387 deczember 13-ikán kelt jelentését a királyi mandátummal együtt.

Relacio magistri Johannis Groph.

(S)igismundus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex

ac marchio Brandenburgensis, sacri Romani imperii archicamararius, necnon Bohemie et Lucenburgensis heres, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in vero salutis largitore. Solet a principe confirmari, quod licite postulatur, quia sicut iuris est ocupata indebite in statum debitum revocare, sic est equitati consonum optenta legitime et perhempnaliter donata regio patrocinio roborari. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Johannes, filius Herrici de Thamasÿ, aule nostre miles, sua ac Nicolai fratris sui uterini in personis nostrum regium adiens conspectum, exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam videlicet nostram patentem nostro secreciori et rotundo sigillo, in conflicto nostro personali una cum Bayzath, imperatore Turcorum, alias in campo maioris castri Nykapolis habito, casualiter deperdito consignatam, super collacione perhempnali cuiusdam possessionis Irug vocate, et aliam honorabilis capituli ecclesie Albensis super legitima statucione eiusdem possessionis nobis exinde rescripcionalem pro eisdem factis rite confectas tenorum subsequencium, supplicans exinde maiestati nostre humiliter et devote nominibus, quibus supra, ut easdem ratas, gratas et acceptas habendo, nostrisque literis privilegialibus verbotenus inseri faciendo pro ipsis et eorum heredibus perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum unius, scilicet nostre patentis tenor per omnia talis est: *Lásd: Zsigmond király 1387. deczember 1-én kelt oklevelét 92. sz. a.*

Alterius siquidem videlicet ipsius capituli ecclesie Albensis littere nobis rescripcionalis, clause emanate tenor sequitur in hec verba: *Lásd a székesfehérvári káptalan 1387. deczember 13-ikán kelt jelentését 93. sz. a.*

Nos igitur humillimis et devotis ipsius magistri Johannis supplicacionibus, nominibus, quibus supra, nostre per eum subiective oblatis maiestati, regia benignitate exauditis et clementer admissis prefatas binas literas, nostram videlicet patentem et annotati capituli ecclesie Albensis clause emanatam non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte viciatas, sed prorsus omni suspicionis vicio destitutas, ymmo mere et sincere veritatis et integritatis plenitudine prepollentes,

presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, eas nichilominus exigentibus et plurimum requirentibus gratissimis et fidelissimis eorundem magistrorum Johannis et Nicolai obsequiis per ipsos celsitudini nostre temporibus et locis incumbentibus cum omni fidelitatis constancia exhibitis de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro mera nostra regia auctoritate, ex certaque sciencia maiestatis nostre simul cum perhempnali dicte possessionis Irug donacione et legitima eiusdem statucione premissis superius in earum tenoribus limpide expressatis pro eisdem magistris Johanne et Nicolao ac eorum heredibus perpetue valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, salvo solummodo iure alieno. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus eisdem literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris et domini, domini Johannis de Kanisa archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, necnon primatis et apostolice sedis legati ac aule nostre maiestatis sumpmi cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, quarto Kalendas mensis Februarii, regni autem nostri anno tredecimo, venerabilibus in Christo patribus et dominis Valentino tituli sancte Sabine, sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali et alme ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, ac eodem domino Johanne ipsius Strigoniensis, Nicolao Bubek Colocensis, Andrea Spalatensis et altero Andrea Ragusiensis archiepiscopis, Luca Varadiensis, Materno Transsilvanensi *(igy)*, Eberhardo Zagrabiensis, Stephano *Cÿko* Agriensis, Johanne Bosnensis, sede Vesprimiensi vacante, Johanne Jauriensis, Petro Vaciensis, fratre Thoma Sirmiensis, Michaele Nitriensis, fratre Gregorio Chanadiensis, Grisogono Traguriensis, Francisco Scardonensis, Ladislao Tinniniensis, Johanne Nonensis, Anthonio Sibinicensis, Nicolao Corbaviensis et Leonardo decretorum doctore Segniensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; necnon magnificis viris Detrico Bubek, regni Hungarie pala-

tino, Stiborio de Styborich vayuoda nostro Transsilvano et comite de Zolnok, comite Frank, filio condam Konie bani, iudice curie nostre, Nicolao de Gara, Dalmacie et Croacie predictorum ac tocius Sclauonie, Francisco Bubek et Johanne de Maroth Machouiensi banis, honore banatus Zeuriniensis vacante, Gregorio Jakch tavarnicorum, Stephano de dicta Kanisa ianitorum, Johanne Groff dapiferorum, Emerico de Perin pincernarum, Johanne, filio magistri Ladislai, filii condam comitis Stephani Bubek agazonum nostrorum magistris, eodem Styborio comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Relacio magistri Johannis Groph.

Eredetije hártyán töredezett függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 7 jelzés alatt. — Megvan Zsigmond király 1406 január 21-iki átiratában is. Lásd 118. sz. a.

108.

1399 május 27. A pozsonyi káptalan Széchényi Frank országbíró parancsára az ó-budai apáczákat a csere útján nekik jutott Diószeg nevű pozsonymegyei birtokba határjárás után ellenmondás nélkül beiktatja.

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus capitulum ecclesie Posoniensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quomodo nos literas magnifici viri comitis Frank de Sechen, iudicis curie serenissimi principis domini nostri Sigismundi dei gracia illustris regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. reambulatorias et statutorias nobis directas omni honore, quo decuit, recepimus in hac verba:

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis comes Frank de Zechen, iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie, amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis magnificus vir dominus Stiborius de Stiborich, waÿwoda Transsylwanus, quod quedam possessio Dÿozegh vocata in comitatu Posoniensi existens per ipsum religiosis dominabus sancti-

monialibus ecclesie beate Virginis de Veteri Bwda concambialiter data metarum suarum reambulacione et revocacione et ereccione plurimum indigeret, super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Joannes filius Beke de *Kÿwrth* vel Sandor de Wÿzkeleth, aut Andreas vel Stephanus de eadem, aliis absentibus, homo regius ad faciem predicte possessionis Dÿozegh vocate vicinis et commetaneis suis universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum iuribus possessionariis separatam et distinctam statuat eandem prefatis religiosis dominabus sanctimonialibus premisso iure ipsis attinentem perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum dominum Stiborium regiam in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et posthec ipsius possessionarie reambulacionis et metarum ereccionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, feria quinta proxima ante festum beati Georgii martyris anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono. *(1399 április 17.)*

Unde nos amicabilibus peticionibus ipsius comitis Frank obtemperantes una cum predicto Sandor de Wÿzkeleth homine regio nostrum hominem, virum discretum dominum Stephanum, dicte ecclesie nostre prebendarium ad ipsas reambulacionem et statucionem faciendum nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis uniformiter retulerunt, quod idem homo regius presente dicto testimonio nostro feria tercia proxima post festum beati Johannis ante portam Latinam *(május 13.)* ad faciem possessionis Dÿozegh vocate in comitatu Posoniensi existentis vicinis et commetaneis eiusdem universis illuc legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque possessionem Dÿozegh legittime reambulando et ab aliorum iuribus possessionariis cum infrascriptarum cursibus et ereccionibus metarum hoc

ordine separasset et distinxisset, quod primo de prefata villa Dÿozegh exeundo et declinando ad partem sinistram versus septentrionem invenisset unam metam aquosam dispositam ad modum fossati *Paptaere* vocatam, cuius medietas pertinet ad villam Dykenes Mached et alia medietas versus meridiem ad villam Dÿozegh, abhinc descendendo versus ecclesiam beate Margarete penes quendam ortum *Pàpzeg* vocatum circa dictam ecclesiam in parte sinistra versus septentrionem erexisset unam metam iuxta unum rubetum spinosum, deinde procedendo versus orientem penes eundem rubetum in quadam via antiqua inter terram dicte ville Dÿkenes Mached et eciam dicte ecclesie beate Margarethe in fine rubeti erexisset unam metam, que dividit terram prefate ville Dÿkenes Mached versus septentrionem et terram dicte ecclesie versus meridiem ulterius versus orientem in quodam prato usque ad quandam vallem parvam et aquosam et ibi erexisset unam metam, que similiter dividit terram ville Dÿkenes Mached et terram dicte ecclesie sancte Margarethe; abhinc eundo versus meridiem usque ad quandam aquam fluentem, *Sard* vocatam, erexisset unam metam et ibi finitur terra predicte ecclesie, et ibi saliendo dictam aquam pervenitur ad terram ville Dÿozegh et iuxta eandem aquam incedendo versus orientem ultra unum fossatum parvum, in eodem prato erexisset unam metam, que dividit terram Dÿkenes Mached a terra ville Dÿozegh. Ulterius in eodem prato procedendo erexisset duas metas; deinde modicum incedendo in eodem prato per directum invenisset tres metas antiquas, quarum una versus septentrionem pertinet ad villam Dÿkenes Mached, alia versus orientem ad villam Bekemached et tercia ad villam Diozegh et ibidem penes easdem erexisset tres novas metas; dehinc procedendo versus meridiem ultra quandam aquam *Pantaknth* vocatam invenisset unam antiquam metam, penes quam erexisset unam novam metam. Abhinc parum procedendo in dicto prato erexisset unam metam, que dividit terram Bwke Mached a terra ville Dÿozegh et ibi finitur terra Dÿkenes Mached. Deinde pervenit ad pratum *Bustelek* vocatum, ubi erexisset unam metam, que dividit dictum pratum Bustelek a terra ville Dÿozegh. Ulterius eundo ad unam vallem, que dividit duo prata, unum videlicet pre-

dictum Bwstelek et alium ville Dÿozegh; abhinc procedendo per directum penes eandem vallem per longum spacium pervenisset ad unam sylvam *Hodÿerdew* vocatam et ibidem opposito eiusdem sylve *(igy)* erexisset unam metam, que dividit dictum pratum Bwstelek a terra ville Dÿozegh, abhinc veniendo versus occidentem pervenisset ad sylvam unam, iuxta aquam Saard invenisset tres metas, quarum unam versus orientem ad terram Bwstelek, alia ad terram ville *Dwdwaghzegh* et tercia ville Dÿozegh pertinere comperisset. Deinde ultra aquam Saard saliendo et incedendo versus villam Dwdwaghzegh invenisset unam metam; item prope eandem villam Dwdwagzegh invenisset unam aliam metam ulterius penes villam Dwdwagzegh saliendo ultra aquam Dwdwag invenisset duas antiquas metas, que dividunt terras villarum Dwdwaghzegh et Dyozegh. Abhinc procedendo versus occidentem iuxta unam arborem quercinam usque ad unam viam antiquam et ibi invenissent duas metas, quarum unam ville Dwdwagzegh et aliam ville Dÿozegh pertinere comperisset. Deinde versus occidentem eundo invenissent duas metas ulterius in campo procedendo ad terram Mile vocatam passando quandam viam *Wÿzkeleth* vocatam, que dividit terram ville Dwdwagh et ibi invenissent tres metas, quarum una versus meridiem ad terram Mile, aliam versus septentrionem ad villam Dÿozegh et terciam versus orientem ad villam Dwdwagzegh pertinuisse conspexisset *(igy)*, deinde parum eundo invenisset unam metam, ulterius procedendo versus occidentem invenisset duas metas, que dividit terram Mile a terra ville Dÿozegh. Abhinc transeundo ad quandam viam usque Wÿzkeleth vocatam in quodam loco spinoso invenissent duas metas, deinde modicum incedendo ultra dictam viam invenisset duas metas, que dividit terram Mile a terra ville Dÿozegh, dehinc progrediendo versus occidentem pervenisset ad quandam vallem aquosam, *Raska* vocatam, cuius vallis medietas ad terram Mile pertineret et altera medietas ad terram ville Dÿozegh et ibi saliendo ultra quandam aquam Danubialem *Palÿazo* dictam usque ad unam arborem populi vulgo *nÿarffa* vocata prope unam aliam aquam Danubialem *Erech* vocatam, et ibi terram ad villam Dÿozegh pertinuisse astrinxisset et ipsa terra inter dictas aquas Danubiales in parte

versus meridiem dividitur a terra Mile et a parte septentrionali dividitur a terra *Zenthmÿhalwr* et durat usque ad aquam Erech, deinde versus orientem ultra dictam aquam Palÿazo progrediendo usque ad quendam locum spinosum *Apkahegÿ* vocatum, qui per longum spacium dividit terram villarum videlicet versus septentrionem Zenthmÿhalwr et versus meridiem Dÿozegh, et ibi pervenisset ad quandam viam, ubi penes unam antiquam erexisset unam novam metam. Abhinc descendendo versus aquam *Kengeles* vocatam, ubi penes unam antiquam metam erexisset unam novam metam et saliendo eandem aquam Kengeles partem dicte aque versus septentrionem ad villam Dÿkenes Mached et versus meridiem ad villam Dÿozegh pertinere relinquissent et sic venissent ad principalem metam Paptaere vocatam et ibidem cursus metales terminantur. Quam quidem possessionem Dÿozegh cum cunctis suis utilitatibus, integritatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem spectantibus sub eisdem metis et cursibus metarum predictis religiosis dominabus sanctimonialibus ecclesie beate Virginis de Veteri Bwda concambialiter datarum *(igy)* perpetuo possidendam statuisset, tribus diebus continuis in facie eiusdem perseverasset nullo contradictore ibi apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et auttentici munimine roboratas. Datum quindecimo die reambulacionis et ereccionis metarum ac statucionis antedictarum, anno domini supradicto.

Radéczi István helytartó és egri püspök 1573-iki hiteles átiratából, fasc. 100, Nr. 12.

109.

1400 szeptember 17. A zalai konvent Koltai János fia János kérésére átírja a győri káptalannak 1394 szeptember 25-iki oklevelét.

Nos conventus monasterii beati Adriani martiris de Zala memorie commendamus, quod Johannes, filius Johannis de Koltha ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam literas honorabilis capituli ecclesie Jauriensis patentes,

petens nos humili cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum transscribi, transscriptumque earundem similiter literis nostris patentibus inseri, nostroque sigillo autentico communiri facere dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Lásd a győri káptalan 1394. szeptember 25. oklevelét 103. szám alatt.)*

Unde nos iustis et legitimis peticionibus eiusdem Johannis, filii Johannis favorabiliter inclinati predictas literas dicti capituli Jauriensis modo premisso nobis exhibitas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum transscribi, transscriptumque earundem presentibus literis nostris similiter patentibus inseri, nostroque sigillo autentico communiri fecimus cautela pro maiori. Datum feria sexta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M^mo^ quadrigentesimo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 20.

110.

Buda, 1403 szeptember 16. Zsigmond király Örs, győrmegyei birtokot, Szent-Márton területén fekvő három szőlőt, s egy győri mészárszékhelyet, melyek hajdan Örsi Istvánéi voltak, Hédervári Miklós fiának, Miklósnak adományozza.

Comissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie Croacie, etc. marchioque Brandemburgensis, sacri Roman imperii generalis vicarius, et regni Bohemie gubernator, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos consideratis et in acie nostre mentis mature premetitis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis fidelis nostri dilecti, nobilis Nicolai, filii Nicolai de Hedrechwar, quibus idem nobis et nostro sacro regio dyademati sub diversis locis et temporibus, signanter hÿs impacatis et disturbiorum temporibus non parcendo persone et rebus complacere studuit, et ad futura nostra obsequia intendit fervencius anhelare, licet eorundem laude dignorum serviciorum suorum exigencia multo maiora remuneracionis premio a nobis mereretur, attamen in aliqualem eorundem recompensam quan-

dam possesionem *Ewrs* vocatam, in comitatu Jauriensi habitam, necnon tres vineas in territorio sancti Martini sacri montis Panonie existentes, ac locum unius macelli in civitate Jauriensi situm, que condam Stephani de dicta Ewrs, hominis scilicet absque heredum solacio defuncti prefuissent, tum ea racione, tum etenim, quia dictus Stephanus, dum vixit, noster notorius existens emulus cum perfidis Johanne, pridem archiepiscopo Strigoniensi et fratribus suis contra nostram sacram coronam adhesit, et ex eo ad manus nostras regias devolutas, cum omnibus ipsarum possessionis, vinearum et macelli pertinenciis, fructibus, utilitatibus, necnon terris arabilibus, cultis et incultis, vineis pascuis, pratis, montibus, vallibus, silvis, nemoribus, arundinetis, fenetis, arundinibus, paludibus, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter cunctis earum utilitatum integritatibus et iuribus universis, cuiusvis nominis vocabulo vocitatis, sub earum veris metis et antiquis limitacionibus, quibus eedem per prefatum Stephanum aut alios priores possessores tente fuissent et possesse ac omni iure, quo racione previa nostre incumbunt collacioni, de dominorum prelatorum, baronumque nostrorum consilio nove nostre donacionis tytulo prefato magistro Nicolao suisque heredibus, successoribus et posteritatibus universis de manibus nostris regiis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, habendas et possidendas; salvo tamen iure alieno nostre dumptaxat fidelium maiestatis harum nostrarum testimonio litterarum, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, dominico die proximo post Exaltacionem sancte crucis, anno domini millesimo quadrigentesimo tercio.

Hártyán nyilt alakban; belől a szöveg közepe alatt a pecsét, mely alatt a «comissio propria domini regis» olvasható. Eredetije fasc. 3, Nr. 22, régi száma 436. — Megvan még Zsigmond király 1406 ápr 17-iki átiratában is. (119. sz.)

Kívül: Super donacio Evrs.

111.

Buda, 1403 szeptember 27. Zsigmond király a pannonhalmi konventnek megparancsolja, hogy Hédervári Miklós fiát Miklóst a győrmegyei Örs birtokba, bizonyos szent-mártoni három szőlőbe s egy győrvárosi mészárszékhelybe iktassa be.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., marchioque Brandemburgensis etc., sacri Romani imperii generalis vicarius et regni Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Panonie salutem et graciam. Cum nos quandam possessionem Ewrs vocatam in comitatu Jauriensi habitam, necnon tres vineas in territorio dicti sancti Martini sacri montis Panonie existentes ac locum unius maccelli in civitate Jauriensi situm, que condam Stephani de dicta Ewrs, hominis scilicet absque heredum solacio defuncti prefuissent, tum ea racione, tum etenim propter notam infidelitatis eiusdem ad manus nostras regias iuxta regni nostri consuetudinem devolutas fideli nostro dilecto magistro Nicolao, filio Nicolai de Hedrehwara pro ipsius fidelibus serviciis et fidelium obsequiorum meritis nove nostre donacionis titulo mediantibus aliis literis nostris duxerimus conferendas. Fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Mychael de Nema, vel Demetrius de Bwn, sive Sandor de Wrken, aut Johannes Magnus de Kaldÿ, aliis absentibus homo noster ad facies predicte possessionis Ewrs, necnon vinearum et maccelli, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum magistrum Nicolaum filium Nicolai in dominium earundem, statuatque easdem eidem premisso nove nostre donacionis titulo perpetuo possid[endas], si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum magistrum N[icolaum] in presenciam regni nostri palatini ad terminum competentem [racionem] contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si necesse fuerit, terminoque assignato eidem

regni nostri palatino more solito rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum beati Mychaelis archangeli, anno domini M^mo^ CCCC^mo^ tercio.

Kívül: Fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Panonie pro magistro Nicolao filio Nicolai de Hedrehwara. Introductoria et statutoria.

Papiron, záró pecsét nyomaival. Eredetije fasc. 3, Nr. 23.

112.

1404 május 16. A győri káptalan jelenti, hogy Zsigmond király rendeletére Hédervári Miklós fiát, Miklóst, Örs nevű győrmegyei birtokba, bizonyos szentmártoni három szőlőbe és egy győrvárosi mészárszékhelybe beiktatta.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Proinde ad universorum tam presencium noticiam harum serie volumus, quam futurorum pervenire, quod literas serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., marchionisque Brandemburgensis etc., sacri Romani imperii vicarii generalis, et regni Bohemie gubernatoris, domini nostri graciosi nos recepimus in hec verba:

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandemburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Quia nos possessionem Stephani de Vrs eandem Vrs, necnon tres vineas in territorio sancti Martini sacri montis Pannonie existentes, ac locum unius maccelli in civitate Jauriensi situm comitatus Jauriensis, hominis scilicet sine heredum solacio defuncti, tum ea racione, tum etenim, quia ipse Stephanus notorius noster exstiterit infidelis, tanquam per [notam] ipsius infidelitatis ad manus nostras regias de iure devolutas fideli nostro egregio viro Nicolao filio Nicolai de Hedrehwara ipsiusque heredibus et posteritatibus universis pro suis fidelibus serviciis per alias nostras literas nove nostre donacionis titulo in perpetuum

dedisse et contulisse perhibemur, volumusque ipsum in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre presentibus firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sandor de Ewrken, aut Demetrius de Bwun, vel Michael de Nema, sin Georgius de eadem, aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum et possessionariarum porcionum vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Nicolaum in dominium earundem, statuat easdem eidemque, contradiccione quorumlibet non obstante, et post hec ipsius statucionis et introduccionis seriem nobis fideliter rescribatis. Datum Posonii, feria sexta proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo quadringentesimo quarto. *(ápr. 18.)*

Unde nos mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Mychaele de Nema homine suo in eisdem literis suis inter alios homines suos conscriptos expresse nominato nostrum hominem, videlicet discretum virum magistrum Sebastianum socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis uniformiter retulerunt, quod prefatus homo regius presente eodem nostro testimonio in festo beatorum Philiphi *(így)* et Jacobi apostolorum *(máj. 1.)* proxime preterito et aliis diebus ad id sufficientibus ad facies predictarum possessionum et possessionariarum porcionum vicinis et commetaneis eorundem universis inibi prius legitime convocatis et presentibus accedendo prefatum Nicolaum, filium Nicolai in dominium earundem introduxisset, statuissetque easdem eidem, contradiccione quorumlibet non obstante, tribus eciam diebus continuis in faciebus earundem moram faciendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eidem duximus concedendas. Datum sedecimo die termini prenotati anno domini supradicto. Honorabilibus et circumspectis dominis Gallo preposito, item reverendissimo in Christo patre et domino domino Valentino cardinale ecclesie Quinqueecclesiensis,

iura lectoratus ecclesie nostre gubernante, Thoma cantore et Demetrio custode, ceterisque dominis canonicis in dicta ecclesia nostra deo iugiter famulantibus et devote.

Hártyán, a pecsét zöld selyem zsinórról függ. Eredetije fasc. 3, Nr. 24. — Megvan még Zsigmond király 1406 ápr. 17-iki átiratában is. (119. sz.)

113.

Buda, 1405 márczius 8. Garai Miklós nádor a váradi káptalannak meghagyja, hogy a Domoszlai Demeternét, Dózsa István leányát és a Dózsa Pál unokáit Széchi Pált és Hédervári Imrét megillető leánynegyed ügyében Kóvári Pál itélőmesterrel a magvaszakadt Dózsa család birtokain tartson birtokbecslést.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Waradiensis Nicolaus de Gara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod cum excellentissimus princeps dominus noster Sigismundus rex Ladislao, filio Johannis, filii Pauli, filii Dose palatini de Debrechen, pridem sine heredibus sexus masculini de medio sublato universa et queque iura possessionaria eiusdem Ladislai in suas regias manus previa racione devoluta pro sua mandasset occupari maiestate et huiusmodi iurium possessionariorum ipsius Ladislai occupacione facta, magister Demetrius de Domozlou pro nobili domina, consorte sua, filia videlicet Stephani, filii Jacobi, filii dicti Dose palatini cum procuratoriis literis capituli ecclesie Agriensis, item Nicolaus de Zeech, filius nobilis domine, filie dicti Pauli, filii Dose ac Emericus de Hedrehwara, filius alterius nobilis domine, consimiliter filie dicti Pauli in presenciam ipsius domini nostri regis accedentes et ipse Demetrius dicte sue consorti ex portionibus annotati Stephani, patris ipsius ubilibet habitis ius suum quartale, dotaliciumque domine matris eiusdem, dicti autem Nicolaus et Emericus de predictis universis iuribus antelati condam Pauli, avi eorum similiter iura quartalicia dictarum dominarum matrum ac dotalicia avarum earum eis provenire debere allegando ipsa per ipsum dominum nostrum regem eis persolvi facere supplicassent. Idemque dominus noster rex audita et percepta huiusmodi querimonia dictorum magistrorum Demetrii, Nicolai et Emerici ipsos pro

habendo super premissis iudicio officio nostri palatinatus exigente nostram aliorumque prelatorum et baronum suorum in presenciam transmisisset decidendam. Tandem nobis in octavis festi Purificacionis beate Virginis *(febr. 9.)* unacum ipsis prelatis et baronibus, ceterisque regni proceribus pro faciendo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus memorati magistri Nicolaus, Emericus et Demetrius presente magistro Jacobo iudicatum specialis presencie ipsius domini nostri regis gerente legitimo eiusdem domini nostri regis procuratore et sindico generali in nostrum, dictorumque prelatorum et baronum conspectum venientes et dictam eorum querimoniam ipsi domino nostro regi modo quo supra porrectam suo modo reiterantes, eis in premissis per nos, dictosque prelatos et barones medelam equitatis petierunt elargiri. Quo audito ipso magistro Jacobo in persona regia premissis allegacionibus dictorum actorum in nullo contrariante, quia absque legitima estimacione dictorum universorum iurium possessionariorum hereditariorum prefatorum condam Stephani et Pauli ubilibet habitorum prescripta solucio pretextu premissorum ipsis magistris Nicolao, Emerico et nobili domine consorti magistri Demetrii eo modo et debito modo fieri non posse, nobis eisdemque prelatis et baronibus nobiscum pro examine huius cause in iudicio sedentibus et super hys diucius tractantibus videbatur, pro eo cum eisdem prelatis et baronibus dicta iura possessionaria quilibet prescriptorum Pauli, filii Douse, necnon Stephani, filii Jacobi, filii eiusdem Dose estimare committentes, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente magister Paulus de Kowar, prothonotarius noster, per dominum nostrum regem specialiter ad id deputatus ad facies prescriptorum universorum iurium pretitulatorum Pauli, filii Dose et Stephani, filii Jacobi, filii eiusdem Dose ubilibet habitorum et qualicunque nominis vocabulo vocitatorum, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, ipsa, visis et rescitis quibuslibet utilitatibus eorum, in condigno eorum valore denariorum ferendo pre oculis, cum aliis probis viris estimet lege regni requirente, et post hec ipsius possessionarie estimacionis seriem

ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, vigesimo octavo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinto.

Eredetije hártyán, hátán rányomott pecsét nyomával az Országos Levéltárban M. O. D. L. 9017 jelzet alatt.

114.

Buda, 1405 márczius 8. Garai Miklós nádor és itélőszéke a Debreczeni Dózsa családnak Lászlóval történt magvaszakadása után a királyra hárult többi birtok közül a Debreczeni Dózsa László anyja és felesége, a Domoszlai Demeter felesége, Dózsa István leánya, Ilka, a Széchy Miklós és Hédervári Imre anyai ágon Dózsa Pál unokái panaszos kérésére két oklevél alapján, a melyekből kiderült, hogy Turnea és Gaboryan-monostor szerzett birtokok és így nem a koronát illetik, az említett Turneát és Gabryant a panaszosoknak itélvén meg, a váradi káptalannak megparancsolja, hogy Kóvári Pál nádori itélőmester jelenlétében az említett birtokok határát járja meg, a panaszosok között ossza fel, új határait jelölje meg, őket törvényesen iktassa be és május 1-ig tegyen jelentést.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Varadiensis Nicolaus de Gara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod cum excellentissimus princeps dominus noster Sigismundus rex, Ladislao, filio Johannis, filii Ladislai, filii Pauli, filii Dose palatini de Debrechen, pridem sine heredibus sexus masculini de medio sublato, universa et quelibet iura possessionaria eiusdem Ladislai ubilibet habita in suas regias manus previa racione devoluta pro sua mandasset occupari maiestate. Tandem huiusmodi iurium possessionariorum ipsius Ladislai occupacione prehabita nobiles domine, relicta et mater eiusdem Ladislai, item magister Demetrius de Domozlo pro nobili domina *Ilka* vocata, consorte sua, filia Stephani, filii Jacobi, filii dicti Dose palatini cum procuratoriis literis capituli ecclesie Agriensis, necnon magister Nicolaus de Zeech, filius nobilis domine, filie annotati Pauli, filii Dose, preterea Emericus de Hedrehwara, filius alterius nobilis domine, consimiliter filie dicti da . . . Pauli in presenciam eiusdem domini nostri regis accedentes et inter alias possessiones memorati Ladislai posses-

siones Gabryan et Turnea vocatas empticias fore propalantes, ipsas sibi, scilicet magistro Nicolao et Emerico ac filiabus dicti Ladislai, necnon dicte domine, consorti magistri Demetrii per ipsum nobilem dominum nostrum regem remitti facere supplicassent. Idemque dominus noster rex audita et percepta huiusmodi querimonia ipsos prohibendo super premissis iudicio officio nostri palatinatus existente nostrorum prelatorum et aliorum baronum suorum in presencias transmisisset decidendum.

Tandem nobis in octavis festi Purificacionis beate Virginis *(febr. 9.)* unacum ipsis prelatis et baronibus ceterisque regni proceribus pro faciendo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus memorate nobiles dominine, relicta et mater prealegati Ladislai unam ex dictis filiabus ipsius Ladislai maioris et maturioris etatis penes se statuentes, preterea prealegati magistri Demetrius, Nicolaus et Emericus presente magistro Jacobo, iudicatum specialis presencie ipsius domini nostri regis gerente, legitimo eiusdem domini nostri regis procuratore et sindico generali, in nostrum dictorumque prelatorum et baronum conspectum venientes et dictam eorum querimoniam ipsi domino nostro regi modo quo supra porrectam, suo modo reiterantes in huiusmodi verborum ipsorum corroboracionem, ut predicte due possessiones Gabryan et Turnea empticie sint, quasdam duas literas, unam capituli Albensis, aliam conventus sancti Stephani prothomartyris de promonthorio Varadiensi nostro eorundemque prelatorum et baronum iudiciario examini curarunt presentare, quarum prima, scilicet prescripti conventus sancti Stephani privilegialis in octavis apostolorum Petri et Pauli, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo *(1282. júl. 6.)* confecta declarabat, quod Ders, filio Paznani de sancto Johanne et Paznano, filio ipsius ac Mychaele pro se, comite Zaloch pa . . . . e suo et Alberto (?) sua generacione dicti Paznani ab una parte, Raphani bano ab altera coram dicto conventu constitutis propositum exstitisset per eosdem Ders et Paznanum in hunc modum: quod ipsi quandam possessionem eorum hereditariam Turnea vocatam, in Nyr existentem, vicinam et commetaneam possessioni ipsius Raphani bani, Debrechen vocate, in qua in honore

beate Virginis ecclesia esset constructa, quam eidem Raphani bano pro viginti sex marcis pignori obligassent usque tercium terminum sub pena duppli, si non redimerent. Tandem ipso termino transacto, . . . redimere non potuissent, ideo ipsi Raphani bano perpetuo vendidissent. Altera autem earundem videlicet dicti capituli Albensis anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo primo, secundo Idus Februarii *(1341 februárius 12.)* privilegialiter confecta alphabetoque intercisa denotabat, quod Nicolaus Gyuad, Gregorius dictus *Chontus,* filii Gywla de Gywad pro se personaliter et idem Gregorius pro Nicolao dicto *Kerekes,* filio Alexandri cum sufficienti procuratorio ac Georgio et Emerico, filiis Lamperti similiter cum sufficienti procuratorio, Kemen, filius Petri, filii Kemen pro se personaliter et pro Nicolao, fratre suo carnali similiter cum sufficienti procuratorio, item Nicolaus filius Stephani, filii Sÿmonis, Johannes, filius Alexandri dictus Achel, Petrus, Johannes, filii Benedicti, filii condam Myko bani, Johannes, Georgius, Theodorius, filii Buzo et Nicolaus, filius Benedicti dicti Chontus pro se et tota generacione ipsorum ab una, item magistri Jacobus et Paulus, filii Dose cum magistro Stephano, filio Gregorii, aule regie iuvene, per dominum Karulum regem ad videndum et audiendum perpetuacionem possessionis Gabryanmonostora specialiter transmisso parte ab altera, coram dicto capitulo constituti per prefatos nobiles in suis et nominibus, quibus supra, confessum exstitisset, ut ipsi quandam possessionem eorum Gabryanmonostora vocatam cum iure patronatus monasterii in honore beati Michaelis archangeli ibidem fundati et ecclesia parochiali ad honorem beate Virginis constructa, item tributo, ceterisque utilitatibus suis sub eisdem metis terminis et distinccionibus, quibus limitata exstitisset, pro trecentis marcis latorum Viennensium, quamlibet marcam cum octo pensis et sedecim latis Viennensibus computando, prefatis magistris Jacobo et Paulo, filiis Dose tamquam ius proprium et hereditarium iure perpetuo et irrevocabiliter plene ab eisdem receptis et habitis sub expeditoria caucione ac aliis articulis, literis in eisdem specificatis vendidissent. Quibus presentatis tam ipsis dominabus, quam eciam dictis magistris Nicolao, Demetrio et Emerico ex dictis posses-

sionibus et iuribus possessionariis antelati Ladislai demptis prescriptis duabus possessionibus plures possessiones similiter empticias esse et hoc non ad presens, sed in termino ulteriori ipsis deputando comprobare posse, sicque eis in premissis iudicium preberi iudicantibus, prefatus magister Jacobus pro iam dicto domino nostro rege exurgens et tenoribus dictarum duarum literarum in factis prescriptarum possessionum Gabryan et Turnea subortarum in nullo contradictore obvians respondit ex adverso, quod prope prescriptam possessionem Gabryan quedam due possessiones *Kerezthur* et *Zenthpeterzege* vocate ab ipsa possessione Gabryan metaliter distincte essent et existerent, quas annotatus Ladislaus de Debrechen usque tempus vite sue ad eandem possessionem Gabryan annectendo possedisset et usus exstitisset, sed quia prescripta duo privilegia empticialia de eisdem duabus possessionibus Zenthpeterzege et Kerezthur vocatis nullam penitus facerent mencionem, ideo eedem veluti ipsius Ladislai hereditarie iuri regio pertinerent.

In quarum contrarium prescripti magistri Nicolaus, Emericus et Demetrius ac nobiles domine obiecerunt ex adverso, quod antefate possessiones Zenthpeterzege et Kerezthur vocate cum dicta possessione Gabryan sub una et eadem, non autem diversa distinccione metali existerent, in factoque ipsius possessionis Gabryan prefatus condam Ladislaus literas metales habuisset, quas si invenire valerent, in termino ulteriori exhibere vellent iure requirente. Premissis itaque omnibus suomodo auditis et sane intellectis, quia iam dicte possessiones Gabryan et Turnea vocate existentibus et vigoribus dictorum duorum privilegiorum empticie fuisse et esse et eidem prescripto Ladislao decedente in prescriptas filias eiusdem Ladislai, necnon annotatos magistros Nicolaum et Emericum partim, partim vero in prelibatam nobilem dominam consortem eiusdem Demetrii de iure devolute fore et ea propter ipsis adiudicari nostroque subscripto statui, pretitulatis autem magistris Nicolao, Emerico et aliis ad exhibicionem dictorum instrumentorum metalium videlicet et aliorum talium, utputa quorum seriebus plures ex predictis possessionibus antelati Ladislai eis legitime pertinentes fore comprobare vale-

rent, ulterior terminus deputari debere nobis et eisdem prelatis ac baronibus nobiscum pro examine huius cause in iudicio sedentibus et super hys diucius tractantibus videbatur. Pro eo cum eisdem prelatis et baronibus prealegatas possessiones Gabryan et Turnea vocatas eisdem filiabus sepetacti Ladislai, nobilique domine consorti magistri Demetrii, necnon pretitulatis magistris Nicolao et Emerico cum hÿs, quibus convenit, in perpetuum adiudicantes per modumque subnotandum inter eos dividere committentes. Vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente magister Paulus de Kowar, prothonotarius noster per dictum dominum nostrum regem ad id specialiter electus octavo die festi Annunciacionis beate Virginis *(ápr. 1.)* nunc venturo et aliis diebus ad id aptis et suffi-cientibus ad facies prescriptarum possessionum Gabryan et Turnea vocatarum vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo easdem habita legittima reambulacione ipsarum absencia alicuius partis non obstante primo cum cunctis suis utilitatibus et specialiter dicto tributo in duas dividat partes rectas et condecentes, quarum quidem duarum parcium unam partem prescripte nobili domine, consorti dicti magistri Demetrii solum relinquendo et demum aliam medietatem ipsarum in tres partes condecentes parciendo, unam earundem trium parcium prealegatis filiabus annotati Ladislai, secundam vero dicto magistro Nicolao, terciam quoque prealegato magistro Emerico, parciumque heredibus quibuslibet cum hys, quibus competit, statuant et committant in sempiternum possidendas et habendas, contradiccione quorumlibet non obstante, sortem si opus fuerint inter partes ponendo et porciones parcium a sese metaliter distinguendo, et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, divisionis et statucionis seriem ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas, in quibus videlicet octavis dicte filie annotati Ladislai, necnon prescripti magistri Nicolaus, Emericus et consors magistri Demetrii predictas eorum literas metales in facto dicte possessionis Gabryan confectas et alias tales, quarum seriebus plures ex dictis possessionibus annotati Ladislai demptis prescriptis eis de iure pertinentes esse comprobare valuerint, sine ulteriori

prorogacione quoquomodo fieri debenda, ut id iidem sponte fieri voluerunt et acceptarunt coram nobis contra ipsum dominum nostrum regem exhibere debent, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude vigesimo octavo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinto.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét nyomaival az Országos Levéltárban M. O. D. L. 9103 jelzet alatt.

115.

1405 április 15. A váradi káptalan Garai Miklós nádor parancsának megfelelően (lásd 113. sz. a.) a magvaszakadt Debreczeni Dózsa család leányági örökösei között felosztja Kóvári Pál nádori itélőmester, a felek ügyvédei és szomszédok jelenlétében Turneát és Gabryant és a határokat — kivéve Debreczen és Turnea között — megjelöli.

Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Nicolai de Gara, regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum nobis directas adiuticatorias pro partibus magistrorum Nicolai de Zeech, Emerici de Hederuara, item nobilium domine Ilka, filie Stephani, filii Jacobi de Debrechen consortis Demetrii de Domozlow, necnon puellarum, filiarum videlicet Ladislai filii Johannis de dicta Debrechen emanatas, nobis loquentes reverencia, qua decuit recepisse et ipsis receptis iuxta ipsarum continentiam cum magistro Paulo de Kowar, prothonotario dicti domini palatini honorabilem et discretum virum, dominum Blasium, socium et concanonicum nostrum ad contenta dictarum literarum suo modo perficienda pro partibus prescriptis nostro pro testimonio transmisisse. Qui quidem magister Paulus et nostrum testimonium exinde ad nos reversi nobis parili voce retulerunt, quod ipsi octavo die festi Annunciacionis beate Virginis proxime preteriti *(ápr. 1.)* et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies possessionum Gabrianmonostor, in cuius facie monasterium beati Mÿchaëlis archangeli ecclesia quoque

parochialis in honorem Virginis gloriose constructe essent, necnon Thornea vocatarum prope dicta Debrechen existentis, in cuius superficie ecclesia modo simili in honorem virginis gloriose fundata haberetur, convocatis vicinis et commetaneis ipsarum, presentibus eciam legitimis procuratoribus parcium earundem, accedentes et ipsas solum in locis sessionalibus primo in duas coequales partes dividentes, unamque ipsarum duarum parcium iam dicte nobili domine Ilka, consorti memorati magistri Demetrii tantummodo relinquentes, demum secundam partem ipsarum duarum parcium in tres coequales partes sequestrassent, quarum quidem trium parcium unam partem memorato magistro Nicolao de Zeech et reliquam pretitulato Emerico de Hederwara, terciam autem et ultimam iam dictis nobilibus puellis filiabus prefati Ladislai de dicta Debrechen, item nobili domine Katherine, carnali sorori ipsius Ladislai, coniugi scilicet Benedicti, filii Stephani dicti Zudar de Olnad per evum heredibus et posteritatibus universis, cum quibus congrueret, statuissent et commisissent sub distinccionibus metalibus inferius dicendis eo iure, quo eis dinoscerentur pertinere in sempiternum ac irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Distinccio vero metalis dictas possessiones partibus pretitulatis deventas distingens et separans talis haberetur, quod primo et principaliter unum ordinem dicte ville Gabrian inter partes divisum a parte campi seu aquilonis existentem quedam via publica ante prescriptum molendinum inter sessiones curiarum Demetrii dicti Thoth et Stephani literati, incolarum eiusdem possessionis habita sequestraret eo modo, quod pars ipsius ordinis ab eadem via, que communi usui parcium deputata fuisset, incipiendo prescripta curia memorati Demetrii dicti Thoth inclusa cum omnibus locis sessionalibus populis videlicet decoratis et eciam edificiis destitutis versus prescriptum monasterium sancti Michaelis, ab occidente usque quandam sessionem desertam, que sicuti inferius patebit, memoratis magistris Nicolao, Emerico, filiabus et sorori sepefati Ladislai devenisset et que prope villam Thotfalu noviter penes dictum monasterium in metis ipsius locatam esset et existeret situatis et habitis, omnino et integraliter memorate

nobili domine Ilka, consorti magistri Demetrii, alia autem pars eiusdem ordinis ab eadem via publica incipiendo usque silvam permissoriam versus orientem habita totaliter prescriptis magistris Nicolao, Emerico, item sorori et filiabus Ladislai se(pe)dicti isto modo, quod una porcio penes ipsam viam iam dicta sessione pretitulati Stephani literati inclusa, in cuius facie post sese quattuor iobbagiones et una curia deserta foret, pretitulato magistro Nicolao et secus ipsam secunda porcio, in cuius superficie duo iobbagiones exstiterent, usque quandam metam terream pretitulatis sorori et filiabus antelati Ladislai, tercia autem porcio ibidem adiacens usque aliam metam terream similiter annotato magistro Nicolao, quarta nempe et ultima porcio secus easdem situata usque finem totaliter prealegato magistro Emerico cessissent. Deinde autem alius ordo eiusdem ville Gabrian ex parte prescripti fluvii Berekyo et meridiei usque dictum monasterium in diversis locis situatus harum metarum cursibus inter partes pretitulatas separatus exstitisset, quod una pars a molendino in dicto fluvio Berekÿo decurrenti incipiendo versus curiam sacerdotis parochialis protendens ex integro prescriptis sorori et filiabus Ladislai predicti, alia vero prope ipsam adiacens usque quandam metam exigua scilicet porcione quedam via versus dictam ecclesiam parochialem pro viatoribus deputata fuisset, pretitulato Emerico, tercia namque versus dictum monasterium usque finem sit et eatenus veluti ad presens inibi iobbagiones residerent prealegato Nicolao, posthec autem proprias sessiones nobilium in quodam angulo a prescripta plaga meridiei habitas ab invicem tribus metis terreis distinguentes, una pars ipsius ex parte orientis prescriptis Nicolao, Emerico, sorori et filiabus Ladislai, reliqua autem a plaga occidentali memorate nobili domine, consorti magistri Demetrii ceterum penes eandem porcionem eiusdem domine loca sessionum iobbagionalium ex parte dicti fluvii adiacencia usque quandam metam terream, ubi videlicet semitam fieri commisissent, consimiliter eidem domine et ab eadem meta usque aliam metam prescripto Emerico, exinde autem usque terciam metam prealegato Nicolao, abinde siquidem usque quartam metam terream semper pre-

alegatas partes occidentales servando prenominatis sorori et filiabus sepetacti Ladislai, item iuxta eandem porcionem plaga ab eadem due domus deserte pretitulato Emerico et ibidem alie due domus deserte prenominato Nicolao fuissent devente, postremo autem dicta villa Thotfalu in metis eiusdem possessionis Gabrian, ut prescribitur, prope dictum monasterium locata partes inter prefatas taliter metata fuissent, quod unus ordo ipsius ville Tothfalu a parte orientis cum quadam parte alterius ordinis eiusdem ville usque quoddam magnum fossatum iam dicte nobili domine, consorti magistri Demetrii et ab eodem fossato incipiendo versus aquillonem quattuor iobbagiones sepe nominato Emerico et ibidem plaga ab eadem similiter quattuor iobbagiones pretaxato Nicolao, deinde autem versus eandem plagam modo simili quattuor iobbagiones iam nominatis filiabus et sorori Ladislai, itaque eedem filie et soror ipsius Ladislai penes dictam eorum portionem in locis desertis ipsemet, ex opposito autem ex parte cuiusdam lacus similiter in locis desertis dicti Nicolaus et Emericus iobbagiones locandi haberent facultatem; nihilominus quidem locus sessionalis desertus iuxta et secus ipsam villam Thothfalu a dicta parte orientis memorate nobili domine et alius locus sessionum similiter desertus ex opposito ipsius ab eadem plaga orientis existens, de quo videlicet prius mencio facta fuisset, prealegatis Nicolao, Emerico, filiabus et sorori Ladislai predicti, tali modo, quod incipiendo a parte meridiei ab una meta usque aliam metam versus aquillonem una porcio prescriptis filiabus et sorori prememorati Ladislai et secunda porcio secus eandem usque aliam metam iam dicto Nicolao, tercia autem penes ipsam semper a dicta plaga aquillonis prenominato Emerico assignate exstitissent et devente et quod ipsius monasterii et ecclesiarum patronatus, necnon tributum, molendinum, terras arabiles et pascua, fenilia, arundineta, prescriptam aquam Berekyo, lacus et ceteras quaslibet utilitates eiusdem possessionis Gabrian communi usui parcium commisissent. Insuper autem prescriptam silvam permissoriam inter partes iam fatas per erecciones quarundam octo metarum in duas partes scindentes, una earundem duarum parcium ex parte occidentis prealegate domine, consorti ma-

gistri Demetrii, secunda autem pars a plaga orientis habita pretitulatis Nicolao, Emerico, item filiabus et sorori Ladislai iam fati cessisset, porciones autem parcium predictarum in dicta possessione Tornea existentes talis metalis distinccio a sese mediaret, quod primo a parte dicte civitatis Debrechen unam metam ponentes ab eadem versus meridiem duo iobbagiones et una curia deserta prenominate nobili domine, consorti magistri Demetrii et secus ipsam porcionem unus iobbagio prefatis filiabus et sorori antefati Ladislai, item ibidem duo iobbagiones iam dicto Emerico, deinde autem in locis desertis usque unam metam terream iterum prescripte domine, consorti magistri Demetrii, exhinc vero usque aliam metam iam nominato Nicolao et penes ipsam usque terciam metam dictis filiabus Ladislai antedicti, item deinde predicto Emerico abhinc autem sex iobbagiones prope dictam ecclesiam beate Marie virginis in ordine ex parte occidentis habito situati, predicte consorti magistri Demetrii et ibidem duo iobbagiones filiabus et sorori Ladislai antelati ac similiter ibidem unus iobbagio annotato Emerico, ceterum ex alia parte in alio ordine tres iobbagiones predicto Nicolao de Zeech et abhinc similiter in locis desertis usque unam metam consorti magistri Demetrii et dehinc usque aliam metam predicto Nicolao, dehinc usque terciam metam filiabus et sorori prenominati Ladislai, abhinc eundo versus civitatem usque quartam metam, que scilicet meta separat ipsam civitatem et dictam villam Tornea, prenominato Emerico devenissent et que sessio a parte ville Zepes pro iobbagionibus locandis dicte consorti ipsius magistri Demetrii, item ab alia parte orientis predictis Nicolao, Emerico ac filiabus et sorori Ladislai antedicti devenissent; patronatum autem dicte ecclesie, curiam sacerdotis parochialis, terras arabiles, campestres, prata, rubetum et reliquas utilitates dicte possessionis communi usui deputassent. Ceterum, quia dominus Paulus plebanus ecclesie parochialis de dicta Debrechen in honorem beati Andree apostoli constructe quandam particulam silve prope dictam possessionem Thornea adiacentis per Stephanum filium Jacobi, Gregorium filium Pauli, Ladislaum filium Johannis, filii Ladislai mediantibus literis eorum sub propriis

sigillis feria quarta proxima ante festum Omnium Sanctorum anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto *(1366 okt. 28.)* emanatis subortis eidem ecclesie perpetuo datam fuisse declarasset, ideo tunc dicti regius et noster homines de eo, ut qualis distinccio metalis inter ipsam civitatem Debrechen et dictam possessionem Thornea fuisset et esse deberet, certitudinaliter experiri nequivissent, ob hoc factum eiusdem silve statu in eodem esse relinquentes, deliberacionem huius ad conspectum dicti domini Nicolai de Gara, ceterorumque prelatorum et baronum deliberacioni duxissent submittendam. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales appensione sigilli nostri autentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinto; honorabilibus et discretis viris, dominis Thoma preposito, Johanne lectore, Jacobo cantore, Dominico custode decretorum doctore, canonicis ecclesie nostre predicte salubriter existentibus et devote.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 9105. jelzet alatt.

116.

1405 június 19. Garai Miklós nádor bizonysága arról, hogy a nádori szék által kitüzött határidőben Széchi Miklós, Hédervári Imre és néhai Dózsa László leányai nem jelentek meg; Domoszlai Demeter pedig megjelent ugyan feleségе nevében, de kijelentette, hogy oly oklevelet, a mely bizonyítaná, hogy Keresztur és Szentpéterszege a Dózsa-féle vett birtokhoz, Gabryanhoz tartozik, nem találtak.

Nos Nicolaus de Gara, regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum, memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum adiudicatoriarum Nicolaus, filius domini Nicolai de Zeech palatini et Emericus, filius Nicolai de Hedrehuara, item nobiles puelle, filie Ladislai de Debrechen ac domina Ilka, consors magistri Demetrii de Domozlo iuxta proprium eorum obligarunt, — ut id plenius in eisdem literis nostris adiudicatoriis [1] continetur,

[1] V. ö. Garai Miklós 1405. márczius 8-án kelt mandatumával. (Lásd 114. sz. a.)

super facto possessionum Zenthpeterzege et Kereszthwr vocatarum, quas videlicet praefatus Ladislaus de Debrechen, ad possessionem Gabrÿan usus exstitisset, — in presentibus octavis festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* literas eorum metales contra dominum nostrum Sigismundum regem sine omni ulteriori prorogacione producere debuissent, coram nobis. Tandem ipsis octavis adherentibus prefatis Nicolao de Zeech, Emerico de Hedrehuara et filiabus Ladislai de Debrechen octavas ad easdem ad exhibendum dictas literas metales non venientibus, nec mittentibus, prefatus magister Demetrius de Domozlo pro ipsa domina consorte sua cum procuratoriis literis capituli ecclesie Agriensis presente magistro Jacobo, legitimo ipsius domini nostri regis procuratore nostri adherens presencia allegavit eo modo, quod ipsa domina consors sua in factis dictarum possessionum Zenthpeterzege et Kerezthwr vocatarum nullas potuisset invenire literas metales et ideo easdem exhibere non valeret. Datum Bude, quinquagesimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 24501. jelzet alatt.

117.

1406. Zsigmond király Ozorai András egyetlen leányát, Borbálát fiúsítván Ozora, Bozias, Debrente, Nilas, Alsó-Majsa, Felső-Majsa birtokokban, ezeket Borbálának s férjének, Ozorai Pipo Gergelynek és ennek a testvérének, Mátyásnak új adományképen adja.

Fordítva a Viczay Ádám által Eszterházy Pál nádornak átadott oklevelekről 1698-ban felvett regestából. Nr. 6. — Fasc. 52, Nr. 41.

118.

1406 január 21. Zsigmond király az oklevél-vizsgálatok alkalmával Thamásy Henrik fia, János kérésére átírja és megerősíti 1399 január 29-ikén kelt oklevelét. (Lásd 107. sz.)

Sigismundus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, marchio Brandenburgensis ac sacri Romani imperii archica-

merarius, necnon Bohemie et Lucenburgensis heres omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Regalis glorie precipue incumbit honoris cunctorum subditorum honesta desideria graciose premetiri, illorum tamen postulata celerius ad exaudicionis graciam admittere inolevit, quos preclari generis insignitate prepollentes in actu fidelitatis continuos varietas obsequiorum repperit et laboris virtuosi assiduitas evidenti testimonio commendavit. Eapropter universorum, tam presencium, quam futurorum noticie harum serie volumus fieri manifestum, quod cum nos prelatorum et baronum ac pociorum regni nostri procerum communicato consilio et sana deliberacione exinde subsecuta, id statuentes decernerimus et ubique in regno nostro fecerimus publice proclamari, ut universe litere serenissimi principis domini Lodovici, regis Hungarie etc., patris et soceri nostri sub ipsius secreto sigillo tantummodo ac excellentissimarum principum dominarum Elizabeth matris et Marie conthoralis reginarum dicti regni Hungarie, nostrarum carissimarum felicium recordacionum, necnon nostre sub earum atque nostris, tam maioribus, quam minoribus sigillis super factis quibuscunque et presertim possessionariis pro quibuscunque personis, dignitate quavis et condicione fungentibus, ecclesiasticis utputa et secularibus date et assignate, protollendo omni dubio, removendoque scandalo et ad evitanda multa atque varia, que propter sigillorum ipsarum dominarum reginarum deperdicionem, nostrorumque, tam maioris, quam minoris, videlicet duplicis ex causis et racionibus legitimis confraccionem in multorum iuribus et presertim possessionariis dampna gravia et periculosa detrimenta hactenus evenire potuerunt, a festo beati Georgii martyris *(ápr. 24.)* iam proxime elapso usque festum eiusdem primitus affuturum sub pena revocacionis, anullacionis et cassacionis huiusmodi literarum, non producendarum, per nos vidende, examinande et si opus fieret, sub presenti nostro maiori sigillo, de novo preparato, confirmande, approbande et ratificande nostre claritatis exhiberi deberent conspectum et presentari. Tandem fidelis noster dilectus vir magnificus Johannes, filius Henrici de Tamasy, wayuoda noster Transsilvanus, nostre celsitudinis

personaliter accedens in presenciam, exhibuit nobis quasdam literas nostras privilegiales predicti maioris nuper, ut prefertur, racionabiliter confracti et permactati sigilli nostri appensione communitas, tenorem et continencias quarumdam duarum literarum, unius videlicet nostre patentis, secreciori et rotondo sigillo nostro, alias in conflictu nostro personali cum Bayzath, Turcorum imperatore in campo castri Maioris-Nicapolis commisso, alienato et deperdito consignate perhempnalem donacionem cuiusdam possessionis nostre Irugh vocate in comitatu Tolnensi existentis, alteriusque capituli ecclesie Albensis statucionem eiusdem possessionis legittimam pro eodem Johanne, wayuoda et condam Nicolao, fratre ipsius rite factas limpide explicancium de verbo ad verbum transsumptive et confirmative in se continentes tenoris subnotandi, suplicans exinde idem Johannes wayuoda claritati nostre precum debita cum instancia, ut easdem ratas, gratas et acceptas habendo nostrisque literis similiter privilegialibus supradicto maiori novo autentico nostro sigillo emanandis verbaliter inscribi et redigi faciendo, pro ipso, eiusque heredibus in ewum valituris innovantes, confirmare dignaremur. Quarum tenor dinoscitur fore talis: *Lásd Zsigmond király 1399 január 29-ikén kelt oklevelét utalásaival együtt. (107. sz. a.).*

Nos igitur humillimis et devotis, modestisque suplicacionibus memorati viri magnifici Johannis wayuode, fidelis nostri dilecti regia favorabilitate pie exauditis et clementer admissis pretactas literas nostras privilegiales non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed prorsus quolibet hesitacionis et ambiguitatis scrupulo destitutas et carentes, imo more et sincere veritatis integritate prefulgentes presentibusque nostris literis, modo simili privilegialibus sine diminucione et augmento aliquali de verbo ad verbum insertas et conscriptas, quo ad omnes earum continencias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, eas nichilominus attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium servicorum laudis preconio attollendorum virtuosis obsequiis, gratisque conplacenciis per ipsum a nostre felicis coronacionis cunctis iam elapis et presenti annis et temporibus successivis universis in nostris variis et regni nostri creberrimis asperis

et prosperis, validis expedicionibus et agendis, presertim autem in proximo elapsis et dante domino sedatis disturbiorum et mocionum regni nostri temporibus, quibus nonnulli prelati, barones et regni nostri nobiles, uti immemorati et ingrati beneficiorum a nostra claritate largiflue perceptorum spiritu superbie inflati, rebellionisque preassumpto consilio nos huius regni nostri gubernaculis contemptuose destituere, aliumque eis in regem eligendo in hoc regnum nostrum introducere satagebant, nostris beneplacitis et vestigiis iugi et indesinenti adhesione non sine persone sue, consanguineorumque et conplicum suorum dispendiis, necnon possessionum ac rerum et bonorum periculis absque temporis intervallo grata semper et omni veneracione ac renunciacione digna, laudisque preconio presignita preclare fidelitatis constancia toto nisu sacro regio dyademati, nostroque culmini exhibitis et inpensis, simulcum antefatis donacione praelibate possessionis Irugh et legitima eiusdem statucione superius in tenore ipsarum literarum nostrarum privilegialium lacius expressatis mera nostra regia auctoritate et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis sciencia, prelatorum eciam et baronum nostrorum consilio prematuro ac uniformi eorundem decreto pro eodem Johanne wayuoda, ipsiusque heredibus, heredumque suorum cunctis superstitibus innovantes perpetuo valituras confirmamus harum nostrarum privilegialium literarum patrocinio mediante, sine solummodo preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici duplicis sigilli nostri novi munimine roboratas. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Eberhardi, eadem dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis, aule nostre sumpmi cancellarii, fidelis nostri dilecti, anno domini millesimo quadringentesimo sexto, duodecimo Kalendas Februarii,[1] regni autem nostri anno decimo octavo, venerabilibus in Christo patribus et dominis Valentino tituli sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali et ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, Johanne Strigoniensi, Colocensi sede vacante, Andrea Spala-

[1] A napi datum más kézzel.

tensi, Jadrensi sede vacante, et altera Andrea Ragusyensi archiepiscopis, Luca Waradiensis, Stephano Transsilvanensis, eodem domino Eberhardo Zagrabiensis, Agriensi sede vacante, Johanne Bosnensis, Wesprimiensi sede vacante, Johanne Jauriensis, Wacyensi sede vacante, fratribus Dosa Chanadiensis et Hynkone Nitriensis electis ac Thoma Segniensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Sirmiensi, Traguriensi, Scardonensi, Tinniniensi, Nonensi, Sibinicensi, Macharensi, Pharensi et Corbaviensi sedibus vacantibus; necnon magnificis viris, Nicolao de Gara, regni nostri Hungarie predicti palatino, predicto Johanne, filio Herrici et Jacobo Lachk, wayuodis nostris Transsilvanis, comite Frank, filio condam Konye bani, iudice curie nostre, Paulo Bisseno et altero Paulo de Peech, Dalmacie et Croacie predictorum ac tocius Sclauonie, Johanne de Maroth Machouiensi banis, honore banatus Zeuriniensis vacante, Nicolao Treutel de Newna, tavarnicorum et comite de Posega, Symone, filio predicti condam Konye bani, ianitorum, Martino Ders dapiferorum, Laurencio de Tar, pincernarum, Petro Cheh agazonum nostrorum magistris et Sylstrang, comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Eredetije hártyán, romlott függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 8 jelzés alatt.

119.

1406 április 17. Zsigmond király, Hédervári Miklós fia Miklós kértére és részére Örs győrmegyei birtok, szentmártoni három szőlő és egy győrvárosi mészárszék adományozására vonatkozó 1403 szeptember 16-ikán kelt oklevelét s a győri káptalannak a beiktatásról szóló, 1404 május 16-iki jelentését átírja és megerősíti.

Sigismundus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, marchio Brandemburgensis, sacri Romani imperii archicamararius, necnon Bohemie et Lucemburgensis heres omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ordo suadet equitatis et ad apicem regalis pertinet dignitatis, ut ea, que rite processerunt, illibata conserventur, et que a suis fidelibus

iuste petuntur, ad exaudicionis graciam admittantur. Proinde ad universorum, tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster dilectus Nicolaus, filius Nicolai de Hedrehwar, in nostre celsitudinis veniens presenciam, exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam videlicet nostram patentem moderno secreto nostro rotundo sigillo consignatam super nova nostra donacione et perhemnali collacione cuiusdam possessionis Ewrs vocate in comitatu Jauriensi habite, necnon trium vinearum in territorio sancti Martini sacri montis Panonie existencium ac loci unius maccelli in civitate Jauriensi siti, que condam Stephani de predicta Ewrs hominis, ut assertum fuisset, absque heredum solacio defuncti prefuisset, tum ob hoc, tum eciam ob notam infidelitatis eiusdem ipso vivente, contra nostram maiestatem commissa, et aliam capituli Jauriensis ecclesie privilegialem super legitima statucione earundem pro annotato Nicolao, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis nostre factis confectas, tenorum subsequencium, supplicans exinde nostre maiestati prece subiectiva, ut easdem ratas, gratas et acceptas habendo, nostrisque litteris privilegialibus verbotenus inseri et conscribi faciendo pro eodem, suisque heredibus et posteritatibus universis innovando, perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius, utputa ipsius nostre patentis littere tenor is est: *Lásd Zsigmond király 1403 szeptember 16-iki adománylevelét (110. sz. a.).*

Alterius vero, videlicet annotati capituli ecclesie Jauriensis privilegialis littere series dinoscitur fore talis: *Következik a győri káptalan 1404 május 16-iki jelentése. (Lásd 112. sz. a.)*

Nos itaque humilimis et devotis ipsius Nicolai supplicacionibus antefatis nostre per eum subiective oblatis maiestati regia benignitate exauditis et clementer admissis, pretaxatas binas litteras, nostram videlicet patentem, et annotati capituli Jauriensis privilegialem non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus suspicionis vicio destitutas, ymmo mere et sincere veritatis integritate prepollentes, presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, articulos et clausulas acceptamus, approbamus et rati-

ficamus, eas nichilominus requirentibus ipsius Nicolai fidelitatibus et fidelium serviciorum laude dignis meritis et sinceris complacenciis nobis per ipsum locis et temporibus incumbentibus, sumpma cum fidelitatis constancia laudabiliter, ferventer et sedule exhibitis et impensis, simulcum donacione et nostra nova perhempnali collacione, necnon legittima statucione possessionaria, premissis superius in tenore earundem geminarum litterarum lucidius et clarius contentis et expressatis, mera autoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa nostre maiestatis sciencia, prelatorum eciam et baronum nostrorum consilio prematuro ac uniformi eorundem decreto pro annotato Nicolao, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis innovantes, perpetuo valituras confirmamus presentis nostri scripti patrocinio mediante, sine dumtaxat preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Eberhardi, eadem dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis, aule nostre sumpmi cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo quadringentesimo sexto, quintodecimo Kalendas Maii, regni autem nostri anno decimo octavo. Venerabilibus in Christo patribus, dominis Valentino tituli sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali et ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, Johanne Strigoniensi, Colocensi et Jadrensi sedibus vacantibus, Andrea Spalatensi, et altero Andrea Ragusiensi archiepiscopis, Varadiensi sede vacante, Stephano Transsilvanensis, eodem domino Eberhardo Zagrabiensis, Agriensi sede vacante, Johanne Boznensis, Wesprimiensi sede vacante, Joanne Jauriensis, Vaciensi sede vacante, fratríbus Dosa Chanadiensis, Hinkone Nitriensis electis et Thoma Senniensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Sirimiensi, Traguriensi, Scardonensi, Tinniniensi, Nonensi, Sibinicensi, Macharensi, Pharensi, et Corbauiensi sedibus vacantibus; necnon spectabilibus et magnificis viris, domino Hermano, comite Cily ac Zagorie, Dalmacieque et Croacie predictorum ac Sclauonie regnorum nostrorum bano, socero nostro carissimo, Nicolao de Gara, regni nostri palatino, Johanne filio Herrici

et Jacobo Lachk wayuodis nostris Transsilvanis, comite Frank filio condam Konye bani iudice curie nostre, Johanne de Maroth bano Machouiensi, honore banatus Zewriensis vacante, Nicolao Treutel de Neuna, thavarnicorum et comite de Posega, Symone filio predicti condam Konye bani ianitorum, Johanne dicto Grof, comite Corbavie, dapiferorum, Johanne filio Gregorii de Alsan pincernarum, Petro Cheh agazonum nostrorum magistris et Sylstrangh comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Eredetije hártyán, lila s veres selyemsodratú függő kettős pecsét töredékével, fasc. 3, Nr. 26.

Kívül: Nicolai filii Nicolai de Hedrehwar Super possessione Ewrs.

120.

Zólyom 1406 augusztus 1. Zsigmond király 1406 augusztus 1-én kelt oklevelében, melyben Liptó vármegyét összes váraival, városaival és tartozékaival Garai Miklós nádor fiainak, Miklósnak és Jánosnak adományozza, felsorolja atyjuk hősi halálától, tehát ifjú koruktól kezdve érdemeiket és hű szolgálataikat, a melyeket a királynők és saját maga iránt teljesítettek mindaddig, a míg folyton ingadozó és hűtlen alattvalói által sokszor megtámadott trónja megszilárdult. Ez érdemek között említi a Horváthy János és testvére Pál püspök elleni győzelmes harczait, Pozsega vár bevételét, a királynők kiszabadítását és János bán elfogatását, a ki Dénes vajda fia István leplezett hűtlensége folytán megszabadult és Boszniába menekült. Ugyancsak Boszniába űzte Garai Miklós a hűtlen György püspököt és Philpes fiát Lászlót. »És midőn azonkívül Gumnech nevű várunkat, a mely a hűtlen János bán és testvére, Pál püspök hatalmában volt azzal a Miklóssal és más híveinkkel elfoglaltuk, ugyanaz a Miklós társaival szemünk láttára nem csekély szolgálatokat tett. Elhatalmasodván ugyanis az említett gonosz embereknek, János bánnak, Philpes fiának Lászlónak és Hédervári Konth Istvánnak és társaiknak veszélyes lázadása, a midőn ők úttalan utakon Boszniából Magyarországba, Valkó vármegyébe betörtek, rablók módjára gyújtva és rabolva, mivel akkor az említett Miklós mellettünk volt, a vitéz Koroghy Philpus fia István, Laczkfi András fia, György és Alsáni Bálint fia Pál a saját és az említett Miklós csapataival a királyi tekintély emelésére őket harcziasan megtámadták és legyőzték. János bán ugyan valami módon megmenekült, de Konth István és Philpes fia László s követőik közül többen leginkább az említett Miklós szolgái serénysége folytán elfogattak« és méltó büntetésre a királynak átadattak.

Kiadva Hazai Okmánytár VII. k. 401. sz.

121.

1407 szeptember 10. A pannonhalmi konvent Zsigmond királynak jelenti, hogy Hédervári Hedrik fiának Jakabnak nejét, Eufrosinát, bizonyos, névszerint felsorolt győrmegyei birtokokba ellentmondás nélkül beiktatta.

[O]mnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie salutem in salutis largitore. Orbis terre sapientes ex literis sumpmunt testes, ut res geste sint presentes, cum tempore non labentes. Proinde ad universorum, tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini nostri, domini Sigismundi, dei gracia Hungarorum regis illustris etc. sumpma cum reverencia recepimus in hec verba:

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., marchioque Brandenburgensis etc., sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Dicitur nobis in persona nobilis domine, consortis magistri Jacobi filii Hedreh de Hedrehwar, quod ipsa in dominium quarundam possessionum videlicet Baath, Saag, Raro, Pakus, Faysz, Selketew, Pomasth, Zewne vocatarum ac porcionum possessionariarum in possessionibus Olthwa et Vetween vocatis in comitatu Jauriensi existentibus habitarum, ipsam pleno iure concernencium legitime vellet introire, si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret in hac parte. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Andreas filius Sebastiani, aut Johannes filius Pauli de Beun, altero absente homo noster ad facies prescriptarum possessionum ac porcionum possessionariarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatam nobilem dominam, consortem annotati Jacobi filii Hedreh in dominium earundem, statuatque easdem eidem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis, iure sibi

incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatam nobilem dominam nostram specialem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostre speciali fideliter rescribatis maiestati. Presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Eberhardi, episcopi ecclesie Varadiensis, aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum Bude, feria quinta proxima post festum Assumpcionis Virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo septimo. *(1407. augusztus 18.)*

Nos itaque preceptis prefati domini nostri regis obtemperantes, ut tenemur, unacum supradicto Andrea filio Sebastiani de Beun, homine regio nostrum hominem, videlicet discretum virum dominum Bartholomeum sacerdotem, rectorem seu plebanum ecclesie nostre parochialis de Sancto Emerico ad premissa mandata regalia exequenda direximus pro testimonio fide dignum, qui tandem ad nos regressi nobis conformiter retulerunt, ut idem homo regius presente ipso nostro testimonio in festo beati Bartholomei apostoli *(aug. 24.)* proxime preterito et aliis sequentibus diebus ad id opportunis et sufficientibus ad facies supradictarum possessionum Baath, Saag, Raro, Pakus, Faysz, Selketew, Pomasth, Zewne vocatarum, ac porcionum possessionariarum in possessionibus Olthwa et Vetween vocatis in comitatu Jauriensi existentibus habitarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introduxisset prefatam nobilem dominam, consortem annotati magistri Jacobi filii Hedricy Efrosina vocatam, relictam condam domini Andree filii Voyuode, filiam scilicet olim magistri Nicolai de Telegd, in dominium earundem, statuissetque easdem eidem cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis iure sibi incumbenti, nullo penitus contradictore apparente, prescriptis regio et nostro hominibus legitimis diebus perseverantibus possessionibus et porcionibus possessionariis in eisdem. In

cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes nostras literas privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum tercio die festi Nativitatis Virginis Marie dei genitricis gloriose, anno domini supradicto.

Eredetije, melyről a zöldes selyemzsinórról függő pecsét elveszett, hártyán írva. Fasc. 3. Nr. 27.

122.

1407 október 28. A győri káptalan előtt Chornai István esztergomi prépost kijelenti, hogy mivel Chornai Mihály fia, László fiának Jánosnak, az ő testvérének leányát Dorottyát néhai Hédervári Miklósnak fia Imre eljegyezte, Chyli birtokrészét, mely zálogjog czímen őt illeti, az új házasoknak adja.

1434. készített bírói kivonata közölve Sopronvármegyei oklevéltár II. k. 130. sz.

123.

1409 április 12. A pozsonyi káptalan előtt Hédervári Hedreh fia Jakab kijelenti, hogy ő Chyl nevű vett birtokot, a mely János nevű testvérének halála után egészen őt illeti meg, vejének Bazini Miklósnak és gyermekeinek Györgynek és Pálnak adja örök időre.

Függő pecsétes eredetijéből vett bő országbírói átiratának kivonata Sopronvármegyei oklevéltár II. k. 130. sz.

124.

1410 július 1. A pozsonyi káptalan kiküldötte és a királyi ember Bazini Miklóst és Hédervári Klárától született fiait, Györgyöt és Pált ellenmondás nélkül beiktatta a Hédervári Jakab által örök jogon adományozott Chyl nevű birtokba.

Bő kivonata Sopronmegyei oklevéltár II. kötet 130. sz.

125.

1415 május 31. A győri káptalan előtt Wereskői Wolffard Ulrik a birtokairól úgy rendelkezik, hogy fiai örököljék Óvár várát tartozékaival, melyet Zsigmond király neki elzálogosított, felesé-

gének, Hédervári Katalinnak lakóhelyül adja a vereskői felső várat s Óvár jövedelméből 200 arany forintot; ha pedig ismét férjhez megy, fiai adják ki hitbérét és jegyajándékát, ő pedig bocsássa vissza Vereskő várát.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Ad universorum, tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregius miles Vlricus dictus Wolffurd de Wereskw coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere per modum testamenti confessus est viva voce in hunc modum, quod quia ipse senio confectus inbecilis esset etatis, ideo volens tempestive et mature de suis bonis a deo sibi collatis et per industriam suam acquisitis disponere et deliberare, ne in posterum inter suos heredes et successores super eisdem bonis controversionis et discessionis materia oriretur. Castrum regale Owar vocatum, seu precium redempcionis ipsius cum tenutis et toto comitatu ac villis, opidis, locis possessionum populosis et non populosis, per serenissimum principem, dominum nostrum, dominum Sigismundum, dei gracia Romanorum ac Hungarie etc. regem mediantibus suis literis pro certa summa pecunie in eisdem declaratis sibi impignoratum seu impignoratas Emerico et Paulo, filiis suis modernis ac aliis filiis in posterum procreandis et non filiabus suis legasset et commisisset, ita videlicet, quod si iidem filii sui absque utriusque sexus heredum solacio, quod absit, ab hac luce decederent, extunc predictum castrum Ouar vocatum cum suis pertinenciis seu precium redempcionis ipsius ad filias suas derivari et devolvi deberet. Item in predicto castro Wereskew domum seu castrum superius, habitacionem scilicet dominarum, ubi capella in honorem sancte Katherine fu(n)data et cisterna aque fossa existerent, nobili domine Katherina vocate, filie condam Nicolai, filii Nicolai de Hedrehwara, moderne consorti sue usque vitam eiusdem pro habitacione ipsius deputasset, sic utputa, quod turrim maiorem, circa ipsam domum habitam, ipsa domina Katherina, consors sua predictis Emerico et Paulo, filiis suis, fideliter in equali iusticia conservare et

conservari facere deberet; iidemque filii sui, Emericus scilicet et Paulus ac alii filii procreandi, tam de proventibus et redditibus predicti castri Ouar, quam eciam aliis hereditatibus ipsorum, annis singulis, singulos ducentos florenos auri puri aut pecunias equivalentes prenominate domine Katherine, matri ipsorum dare et amministrare tenerentur hoc declarato, quod si dicti Emericus et Paulus ac alii filii sui procreandi annis singulis predictos ducentos ducatos aut pecunias equivalentes qualicunque de causa memorate domine Katherine dare et persolvere recusarent, aut non possent, extunc ipsa domina Katherina de possessionibus in idiomate Theutonicali Ottental, Nostorff, Lengenteif, Düerenpach vocatis et pertinenciis earundem predictos ducentos ducatos seu pecunias equivalentes pro se recipere et extorquere valeret, contradiccione eorundem filiorum suorum et aliorum quorumlibet non obstante; ubi vero ipsa domina Katherina alium maritum pro se habere vellet, extunc iuxta regni Hungarie consuetudinem rehabitis et receptis a predictis filiis suis iuribus suis dotaliciis et rebus parafernalibus predictum castrum Wereskw et premissa alia bona pacifice et quiete eisdem filiis suis remittere et resignare deberet et teneretur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas dicto Vlrico et suis heredibus duximus concedendas, quarum par ad registrum communitatis conscribi fecimus. Datum in festo beate Petronelle virginis et martyris, anno domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, honorabilibus viris, dominis Gallo preposito, Georgio lectore, Thoma cantore, Demetrio custode, ceterisque dominis canonicis in dicta ecclesia nostra deo iugiter famulantibus et devote.

A pozsonyi káptalan 1483. márczius 8-án kelt és Misthwlber Zsigmond, Bazini és Szent-Györgyi Gróf János és Zsigmond óvári várnagya kérésére kiadott átiratából, M. O. D. L. 10350. jelzet alatt az Országos Levéltárban.

126.

1416 július 13. A pozsegai káptalan előtt Chornai László mester fia György prépost Chyl nevű, sopronmegyei birtokát unokahugának, Ilkónak adományozza akként, hogy Ilkónak magtalan halála esetén a birtok a prépostra és Ilkónak László nevű fivérére szálljon.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posega memorie commendamus per presentes, quod honorabilis vir dominus Georgius, prepositus dicte ecclesie nostre, filius videlicet magistri Ladislai de Chorna, coram nobis personaliter constitutus confessus extitit in hunc modum, quod ipse quandam porcionem suam possessionariam, in possessione Chyl vocata iuxta fluvium *(igy)* Fertu existentem in comitatu Suproniensi habitam, totam videlicet porcionem suam ipsum titulo empcionis concernentem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eiusdem nobili domine Ilko vocate, filie condam Johannis, filii eiusdem Ladislai de dicta Chorna sorori sue, et per eam magistro Johanni *Thuruk* dicto, filio Michaelis de *Kykkuth* marito eiusdem et eorum utriusque sexus heredibus, heredumque ipsorum posteritatibus dedisset, donasset et contulisset, ymmo dedit, donavit et contulit serie presencium coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, tali condicione mediante, quod si predicte domine Ilko sine heredum solacio utriusque sexus ab hac luce decedere contingeret, quod absit, extunc dicte porciones possessionarie in predictum dominum prepositum ac Ladislaum filium dicti Johannis, fratrem videlicet predicte domine Ilko devolvi debeant omni iure, nil dominii, nilve proprietatis earundem memoratus Johannes possidere possit atque valeat modo aliquali. Datum feria secunda videlicet in festo beate Margarethe virginis et martiris, anno domini millesimo quadringentesimo sextodecimo.

Eredetije hártyán, nyilt alakban, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 3. Nr. 28.

127.

1417 június 13. A győri káptalan előtt Hédervári Imre özvegye, Dorottya és Gwdeni László a saját és pertársai nevében megegyeznek, hogy a királyi jelenlét előtt tárgyalandó perüket elhalasztják.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis damus pro memoria, quod Nicolaus de Sywly pro nobili domina Dorothea vocata, relicta quondam Emerici de Hedrehuar cum procuratoriis litteris nostris ab una, parte vero ex alia Ladislaus de Gwden pro se personaliter et pro domino fratre Anthonio preposito ac conventu de Chorna cum procuratoriis litteris eorundem coram nobis constituti confessi sunt viva voce in hunc (modum), quod ipsi nominibus prescriptis vigore dictarum litterarum procuratoriarum causam, quam prefata domina Dorothea, relicta Emerici de Hedrehuar iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum evocatoriarum super factis in eisdem expressis in octavis festi Penthecostes *(jún. 6.)* proxime preteriti in curia regia in presencia regie maiestatis contra annotatos dominum fratrem Anthonium prepositum et conventum de Chorna et Ladislaum de Gwden officialem eorundem movere habuisset, statu in eodem absque omni gravamine similiter in presenciam dicti domini nostri regis ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* proxime venturas distulissent, et prorogassent, ymmo procuratores parcium predictarum distulerunt et prorogarunt coram nobis. Datum quindecimo die prescripti festi Penthecostes, anno domini millesimo quadringentesimo decimo septimo.

Kívül: Pro domino fratre Anthonio preposito et conventu de Chorna ac Ladislao de Gwden officiali eorundem contra dominam Dorothea vocatam, relictam Emerici filii Nicolai de Hedrehuar ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* in presenciam regie maiestatis prorogatorie.

Ugyanazon kézzel: Non solvit.

Más kézzel: Pro a(ctore) Blasius castellanus cum Jauriensi.

Pro i(n causam attracto) Ladislaus filius Thomas (!) cum Chorna ad G.; due solvunt de parcium.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 10584 jelzet alatt.

128.

1417 október 21. Zsigmond király a Bazini Miklós kérésére szórólszóra átírja a pozsonyi káptalannak Hédervári Jakab adományáról szóló 1409 április 12-én és 1410 július 1-én kelt okleveleit és azokat Bazini Miklós és fiai, György és Pál érdekében minden czikkelyében megerősíti. *(Lásd: 123. és 124. sz. a.)*

Bő bírói kivonata *közölve Sopronvármegyei oklevéltár II. k. 130. sz.*

129.

1418 július 26. A pannonhalmi konvent jelentése Zsigmond királyhoz a Hédervári Mihály fia Györgynek s családjának Medve, Lipótfalva s Dunaszeg nevű birtokán s jobbágyain Csóka Pál s társai által H. Lőrinczné parancsára elkövetett hatalmaskodás megvizsgáltatásáról.

Serenissimo principi domino Sigismundo, dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie etc. regi, domino ipsorum naturali, conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino. Vestra noverit serenitas nos literas vestras inquisitorias sumpma cum obediencia recepisse in hec verba:

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Georgii filii Michaelis de Hedrehwar ac nobilis domine consortis, necnon Francisci, Ladislai et Pauli filiorum eiusdem, quomodo Paulus dictus *Choka* cum Luca familiari suo de Salamonwatha, Johannes et Conradus, filii Jacobi, familiares Laurencii, filii Nicolai de dicta Hedrehwar in porcione possessionaria eiusdem Laurencii in eadem Hedrehwar commorantes, Paulus filius Johannis dictus *Harcha* de Zap unacum Alberto Molendinatore, Paulo Albo, Stephano Nemeth, Dominico, Martino, Jacobo de *Zenthpal,* Johanne Gelyen, Jacobo Iudice, Andrea Magno, Martino, Johanne filiis Emerici, Petro *Olaz,* Gregorio dicto *Kwblus,* Benedicto Py . . . Matheo fratre eiusdem, Georgio filio Dyonisii, Thoma dicto *Farkas,* Petro Alch, Anthonio de Karcha, V[alent]ino filio Georgii

et Michaele fratribus eiusdem, Anthonio Mor . . . et Benedicto filio Pauli, Demetrio, Martino, Sebastiano, Georgio dicto *Wÿ*, Jacobo de Thary, Petro dicto . . . bus, Michaele Magno, Thoma filio eiusdem, Mathia de Zab[ady] iobagionibus suis in eadem Zap, Dominicus de Cheylye, Petrus Parvus, castellanus dicti Laurencii filii Nicolai de predicta Hedrehwar, item Johannes dictus Chethew, M[artinus] de Baychy, Ladislaus, Georgius, Andreas, Albertus, fratres eiusdem Martini, iobagiones dicti Laurencii de Zabady, item Dominicus Farkas, Lucas filius Andree, alter Lucas filius Martini, Jacobus *Verthes* in Wyfalu, item Thomas Dakus, Ladislaus filius Thome, Ladislaus filius Fytaas, Paulus Bewke, Michael dictus Konthus, Lucas de Whatha, Sebastianus de eadem, Michael de Hantha, Jacobus de Gwnew, Anthonius filius Michaelis, Georgius Borden in Wyfalu, item Andreas, Thomas in Ladomer, item Petrus *Ormo*, Michael Hantha, item Jacobus Kechen, Petrus filius Martini, Stephanus similiter Kechen, Georgius *Chigan* in Dunazegh, item Petrus filius Johannis, Blasius frater eiusdem in Zenthpal, item Andreas Fime . . . filius Johannis, Georgius Zaz, Michael et Gregorius filii eiusdem, Jacobus Charlokwz, Briccius de eadem, item Andreas *Syppus*, Johannes Loch, Benedictus Benes, Johannes Sthok, Martinus Swngar, Michael de Bwn, Nicolaus *Werew*, alter Nicolaus filius Laurencii, Johannes Gwndee et Lucas similiter Gwndee in Aswan, item Augustinus *Vas*, Jacobus de Ech, Stephanus Beuthe, Dominicus filius Michaelis, Martinus, Andreas Sypus, Jacobus filius Michaelis, Ladislaus filius eiusdem Michaelis in Ofornad, item Andreas, alter Andreas Chigan, Jacobus filius Dominici, alter Jacobus similiter Chigan in Kemeche, item Michael Pokud, Paulus dictus Wÿ et Michael de Zala in Bogdah, iobagiones prefati Laurencii de dicta Hedrehwar in prescriptis possessionibus eiusdem commorantes, ex missu et speciali mandato nobilis domine, consortis ipsius Laurencii filii Nicolai feria quinta proxima ante festum beati Barnabe apostoli *(jún. 9.)* proxime preteritum ad porcionem possessionariam prefatorum Georgii filii Michaelis ac Francisci et aliorum prescriptorum Medwe vocatam veniendo, fenilia seu prata iobagionum eorundem in eadem Medwe commorancium falcari et fena falcata ad domum prefati Pauli

dicti Choka asportassent et asportari fecissent. Insuper iidem iobagiones feria secunda proxima post dictum festum *(jún. 13.)* decem iobagiones cum quinque curribus et quindecim equis ipsos currus trahentibus dictorum actorum in porcione possessionaria ipsorum Lipolthfalva vocata commorantes in libera via versus propria remeantes reperiendo, diris verberibus plagis sauciando, captivassent, captosque simul cum predictis curribus ad domum seu curiam prenotati Pauli Choka deduxissent, et tamdiu in eorum vinculis conservassent, quousque eorum placuisset voluntati; eo non contenti feria tercia post anotatum festum *(jún. 14.)* ad porcionem possessionariam prefati Georgii de Hedrehwar et aliorum prescriptorum Dwnazegh vocatam venientes ibique magnam quantitatem feni Andree iobagionis eiusdem Georgii et ceterorum pretitulatorum in eadem Dunazegh commorancium potencialiter abinde asportassent et in curiam memorati Laurencii de Hedrehwara collocassent in eorundem preiudicium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Jacobus filius Georgii de Zaph vel Michael filius Johannis, sive Georgius filius eiusdem de eadem, aut Osualdus filius Stephani de *Malomzegh* ceu [Egidius] filius Petri, neve Johannes de Chytmand, vel Georgius filius Cosme de Wath, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo ante festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini millesimo CCCC^{mo} decimo octavo. *(1418 jún. 19.)*

Unde nos mandatis serenitatis vestre in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato homine vestro, videlicet Egidio filio Petri de Chitwand, nostrum hominem magistrum Johannem subnotarium ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quomodo ipsi feria sexta proxima ante festum beati Jacobi apostoli *(júl. 21.)* proxime preterita in comitatu Jauriensi simul procedendo a nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus Jauriensis hominibus, a quibus decuisset et oportunum

fuisset, palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta esse rescivissent, quemadmodum vestre dictum extitit maiestati, et tenor per omnia continet literarum vestrarum prescriptarum. Datum quinto die diei inquisicionis, anno domini supradicto.

Kívül: Domino regi pro Georgio filio Michaelis de Hedrehwar ac nobilis domine consortis et alios intrascriptos contra Laurencium filium Nicolai de dicta Hedrehwar. Inquisicio relacionis *(így)*.

Eredetije papiron, zárlatán kerek pecsét nyomaival, fasc. 3. Nr. 2.

130.

Buda, 1418 november 6. Perényi Péter országbíró Hédervári Imre özvegye Dorottya és a csornai konvent között folyó pert az országnagyok távolléte miatt elhalasztja.

Nos comes Petrus de Peren, iudex curie domini Sigismundi, dei gracia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie etc. regis damus pro memoria, quod causam, quam Anthonius prepositus ac conventus de Chorna contra nobilem dominam Dorothea vocatam, relictam Emerici de Hedrehwara, item quadraginta quatuor iobagiones eorundem in Kysbarathy commorantes eidem statuere commissos iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in quibusdam litteris dicti capituli Jauriensis evocatoriis et inquisitoriis contentis in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* movere habebant coram nobis, propter absenciam baronum regni ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude tricesimo secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo.

Kívül: Pro domino fratre Anthonio preposito et conventui (így) ecclesie de Chorna contra dominam Dorotheam vocatam, relictam Emerici de Hedrehwara ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* prorogatoria.

Más kézzel: Pro a(ctore) Ladislaus litteratus de Pastor cum Chorna, pro i(n causam attracto) Stephanus de Wath cum Jauriensi. — Una solvit.

Eredetije papiroson, zárópecsét nyomával az Országos Levéltárban M. O. D. L. 10.734 jelzet alatt.

131.

1419 április 4. A szegszárdi konvent előtt Tahi Tah Miklós kijelenti, hogy Megges Iregh nevű birtokát a határok megjelölésével eladta Thamássy János özvegyének, Anna asszonynak és fiainak, Lászlónak és Hernehnek és leányának, Katalinnak, szavatosságot is vállalván magára.

Conventus monasterii Saxardiensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Michael, dictus Tah de Tah, in sua ac nobilium domine Elene, relicte condam Michaelis filii Sebastiani de Kalaznÿo ac quedam *(igy)* puelle sine baptismo in tenera etate constitute, de cuius scilicet nomine ignoraretur, filie scilicet sue ac Andree filii Gregorii filii Stephani (?) de Kwnÿ aliorum eciam quorumlibet generacionum et consanguineorum suorum personis, quorum onera et gravamina in se assumpmendo coram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quod ipse quendam *(igy)* possessionem suam Megges Iregh vocatam, [habitacionibusque (?)] hominum destitutam, in comitatu Tolnensi existentem, sub terminis et distinccionibus infra declarandis existentem, primo videlicet penes quandam viam ad Iregh ducentem a parte occidentali iuxta metas possessionis *Kwlchar* sub arbore piri incipiendo, ubi esset una meta terrea, abinde ad partem orientalem tendendo perveniret ad arborem piri, ubi esset una meta terrea, et abhinc ad eandem plagam eundo perveniret ad quoddam fossatum, iuxta quod ex utraque parte existerent mete erecte, indeque plagam ad eandem procedendo atti(n)geret ad quoddam aliud fossatum . . . iapa dictum, ubi super unum monticulum meta existeret; abhinc ultra eundo similiter una meta cumulata esset, et inde transiret ad metas possessionis Zeniche, ubi penes quandam viam ad castrum Nyek ducentem ad dumum piri meta posita haberetur, et ibi terminaretur. Omnem scilicet terram suam modo quo prefertur desolatam a parte septentrionali presciptarum metarum habitam simul cum ecclesia lapidea ac aliis utilitatibus videlicet silvis, pratis, nemoribus, aquis,

aquarum decursibus et generaliter aliis quibusvis utilitatibus, ad eandem spectantibus, universis, quia, ut idem magister Michael dictus Tah asserebat, terram a parte meridionali ipsarum metarum existentem sibi ipsi reservasset magnifice domine Anna vocata relicte ac Ladislao et Herneh filiis, necnon puelle Katharina vocata, filie condam Joannis wayuode de Tamasy, ipsorumque heredibus et successoribus universis pro ducentis florenis presentis nove monete perpetuo et irrevocabiliter vendidisset et assignasset, ymmo vendidit et assignavit in filios filiorum ipsorum, heredum per heredes possidere, tenere semper et habere, coram nobis assumpmens, eosdem contra quoslibet impetitores propriis suis laboribus in dominio eiusdem conservare et expensis expedire, ymmo suos successores universos, superstites eorum nobilium de Tamasy in dominio eiusdem conservare, modo, quo prefertur, obligavit coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post dominicam Judica, anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono, presentibus itaque viris religiosis fratribus Demetrio priore, Joanne custode et Luca cantore ceterisque fratribus in dicto nostro monasterio deo famulantibus iugiter et devote.

Eredetije vízfoltos, helyenkint alig olvasható hártyán függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 9 jelzés alatt.

132.

Székes-Fehérvár, 1419 június 13. Perényi Péter országbíró bizonyságlevele arról, hogy a Hédervári Imre özvegyének Dorottyának a csornai konvent ellen folytatott pöre a felek ügyvédeinek megegyezése alapján elhalasztatott.

Nos comes Petrus de Peren, iudex curie domini Sigismundi, dei gracia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie etc. regis, damus pro memoria, quod causam, quam nobilis domina Dorothea vocata, relicta condam Emerici de Hederuar, pro qua Stephanus de Bath cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis astitit contra dominum

fratrem Anthonium prepositum et conventum ecclesie de Corna, necnon Ladislaum de Geden, officialem eiusdem, pro quibus Benedictus Boda de Gench cum procuratoriis literis dicti conventus de Corna comparuit, item viginti tres iobagiones eorundem in Nogbarathy commorantes eidem statuere commissos iuxta continenciam literarum nostrarum procuratoriarum super factis in quibusdam literis capituli ecclesie Jauriensis evocatoriis et inquisitoriis contentis, in octavis festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* movere habebat coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Alba regali, tricesimo quarto die termini prenotati anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono.

Kívül: Pro domino fratre Anthonio preposito et conventu ecclesie de Chorna ac Ladislao de Gewden officiale eiusdem contra nobilem dominam Dorothea vocatam, relictam Emerici filii Nicolai de Hedrechuara ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* prorogatoria.

Más kézzel: Pro actore Anthonius Borsos cum Jauriensis, pro incatto Ladislaus literatus cum eiusdem ad G. Due.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomaival az Országos Levéltárban M. O. D. L. 10818. jelzet alatt.

133.

1419 deczember 1. A szegszárdi konvent Zsigmond király parancsára néhai Tamásy János fiait Lászlót és Henriket Meggyes-Ireg birtokba, melyet örök áron vettek, beiktatja.

Conventus monasterii Saxardiensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Quoniam momentanea labilitas temporis acta racione degencium sua fluxibilitate surripit, que velud tin[n]ientis sonitus ab humanis sensibus solet evanesci et preteritorum accio futurorum successione retractare, ob hoc precedencium laudabilis sagacitas et beata adinvenit ingeniositas acta mortalium labitura pro rei memoria sempiterna litterarum patrocinio commendare. Proinde ad universorum, tam presentis, quam postere etatis hominum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas

serenissimi principis domini Sigismundi, dei gracia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie etc. regis, domini nostri naturaliter metuendi introduccionales pariter et statucionales summo cum honore recepimus hunc tenorem continentes:

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis, conventui ecclesie Saxardiensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Ladislai et Herneh, filiorum Johannis condam wayuode de Thamasy, quomodo ipsi in dominium cuiusdam possessionis *Megessyregh* vocate, in comitatu Tholnensi existentis, ipsos vigore literarum vestrarum fassionalium, exinde confectarum perempnali empcionis titulo concernentem legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Andreas filius Desew de Endred, aut Andreas dictus Maraz de eadem, ceu Sebastianus de Solyagh, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat eosdem in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem premisso titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eosdem Ladislaum et Herneh nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono. *(1419. október 31.)*

Unde nos mandatis prescripti domini nostri regis semper obtemperare cupientes, ut tenemur, una cum prefato Andrea Desew dicto de Endred, homine suo regio unum ex nobis, videlicet fratrem Demetrium, priorem nostrum ad premissas introduccionem et statucionem faciendas nostro pro testimonio duximus fide dignum transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi et per nos diligenti scrutinio requisiti nobis con-

sona voce retulerunt isto modo, quod ipsi feria sexta proxima ante festum beate Elyzabet vidue de novo preteritum *(1419. november 17.)* ad faciem dicte possessionis Megesyregh, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et ipsis presentibus accedendo introduxissent eosdem in dominium eiusdem, statuissentque eandem eisdem Ladislao et Henrico premisso titulo ipsis incumbenti cum universis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet perpetuo possidendam, in facieque eiusdem legittimis et congruis diebus commorando, nullo penitus contradictore inibi apparente. In quarum introduccionis et statucionis memoriam, perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem Ladislao et Henrico duximus concedendas. Datum quindecimo die diei introduccionis et statucionis prenotatarum, anno domini supradicto, presentibus ibidem religiosis viris Demetrio priore, prefato Joanne custode, ceterisque fratribus in dicto monasterio deo iugiter famulantibus et devote.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50. Nr. 10 jelzet alatt.

134.

1420. április 19. A győri káptalan Zsigmond király azon parancsára, hogy Hédervári Lőrincz javára tartson vizsgálatot a Hédervári Miklós fia Imre özvegye által Kisbarát és Lipótfalvára és más birtokaira vonatkozó oklevelei, lipótfalvi birtokrésze és kisbaráti terményei hatalmas lefoglalása miatt, jelenti, hogy az özvegy a lefoglalt birtokokat visszaadni vonakodván, őt és tanácsadó familiareseit megidézte.

Serenissimo principi domino Sigismundo, dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi, domino ipsorum metuendo capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia devotarum. Vestra noverit serenitas, literas vestras inquisitorias pariter et evocatorias, nobis directas sumpma cum obediencia nos recepisse in hec verba:

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fide-

libus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in persona egregii Laurencii, filii Nicolai de Hederuar, quomodo nonnulle litere et literalia instrumenta factum possessionum suarum Kisbarath et Lypolthfalua vocatarum in comitatibus Jauriensi et Posoniensi existencium scilicet empcionales, confirmacionales, metales et alia, quam plura factum aliarum possessionum concernencia erga nobilem dominam, relictam Emerici filii alterius Nicolai de Hederuar haberentur, que eidem pluries petenti reddere et restituere non curavisset, potencialiter erga se conservando. Preterea eadem domina porcionem suam possessionariam in eadem Lypolthfalua habitam ex consilio Georgii de Pantey, Pauli de Tata et Dominici de Begethe, familiarium suorum similiter potencialiter detineret; insuper ipsa domina quam plura munera et vina de possessione Kisbarath anno in presenti provenire debencia eciam potencialiter per prefatum Dominicum pro se percipi fecisset in preiudicium eiusdem valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus[1] vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Paulus filius Johannis vel Jacobus aut Mychael, sive Georgius de Zoph, sin Dominicus de Cerle, vel Georgius aut Johannes de Kocszow aut Marcus vel Emericus Teremes sive Johannes filius Symonis de Pech vel Nicolaus aut Johannes filius eiusdem et Paulus filius Johannis de Zemere, aliis absentibus homo noster scita veritate premissorum ad prefatam nobilem dominam, relictam Emerici de Hederuar accedendo, amoveat eandem verbo nostre maiestatis, ut ipsa prespecificata literalia instrumenta ipsius Laurencii eidem coram vobis in specie reddere et restituere, dictamque porcionem suam possessionariam in eadem Lypolthfalua habitam eidem Laurencio remittere et resignare debeat et teneatur, qui *(igy)* si fecerit, bene quidem, alioquin evocent ipsam et dictos famulos eiusdem contra ipsum Laurencium nostram in presenciam ad terminum competentem racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, et post hec ipsarum

[1] Tévedésből kétszer írva.

inquisicionis, ammonicionis et evocacionis seriem cum nominibus evocatorum, ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari. Datum Bude, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo tercio, Romanorum vero decimo. *(1420. márczius 7.)*

Nos igitur mandatis vestre serenitatis obedientes, ut tenemur, una cum prefato Jacobo de Zoph, homine vestro nostrum hominem magistrum Stephanum presbiterum, magistrum domus hospitalis ecclesie beate Katherine virginis et martyris prope civitatem Jauriensem habiti ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem ad nos exinde reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in dominica Quasi modo geniti *(ápr. 14.)* proxime preterita in comitatibus Jauriensi et Posoniensi simul procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, palam et occulte dilingenter de premissis inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta fuisse rescivisset, prout vestre maiestati dictum extitisset, factaque huiusmodi inquisicione eodem die ad prefatam nobilem dominam, relictam Emerici de Hederuara accessissent, amonuissent eandem verbo vestre serenitatis, ut ipsa predicta literalia instrumenta annotati Laurencii eidem coram nobis in specie reddere et restituere, prescriptamque porcionem possessionariam eiusdem Laurencii in prefata Lypolthfalua habitam remittere et resignare deberet et teneretur. Et quia ipsa domina, relicta Emerici id facere recusasset, nulla literalia instrumenta ipsius Laurencii erga se habere referendo, ideo eandem dominam, item prefatos Georgium de Pantey, Dominicum et Paulum, familiares eiusdem tunc inibi astantes presente iam dicta domina ipsorum in prefata Hederuara ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* proxime venturas contra annotatum magistrum Laurencium in vestre maiestatis evocassent presenciam racionem de premissis reddituros, litis pendencia inter ipsos habita non obstante. Datum

sexto die inquisicionis et evocacionis premissarum, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo supra dicto.

Kivül: Domino regi pro magistro Laurencio de Hederuara contra nobilem dominam, relictam Emerici de eadem et alios intra scriptos ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* inquisicionis et evocacionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával, fasc. 44. Nr. 10. jelzés alatt.

135.

Buda, 1420. június 30. Perényi Péter országbíró meghagyja a pécsváradi konventnek, hogy néhai Báthmonostori László özvegye és fia János kérésére idézze meg másodizben Hedrehi Hedrik fia Istvánt és néhai Thamásy János fiait, Lászlót és Herriket, mivel ezek, midőn Báthmonostori László özvegye és fia a Hedrehi Hedrik fia István által elzálogosított majsai öt jobbágytelekbe magukat beiktattatni akarták, ellenmondtak s az első idézésre meg nem jelentek.

Kiadva Zichy Okmánytár VI. k. 416. sz.

136.

1420. augusztus 14. A pécsváradi konvent jelenti Zsigmond királynak, hogy Perényi Péter országbíró parancsára *(lásd 135. sz.)* Hedrehi Hedrik fiát, Istvánt és Tamásy János fiait Lászlót és Herriket Alsó-Majsán néhai Báthmonostori László mester özvegye és fia János ellen perbe idézte.

Kiadva Zichy Okmánytár VI. k. 422. sz.

137.

Brünn, 1421 április 1. Zsigmond király Darnócz várát, melyet Durazzói Károlyhoz való csatlakozás miatt Athynai Lőrincz fia Lászlótól, Miklós fia Pétertől és István fia Zsigmondtól elvett, majd Pelsőczi Ferencz bán özvegyének 4000 frtért zálogba adott, s midőn a vár az özvegytől testvéréhez, a hűtlen Ujvári Tamás fia Jánoshoz, majd ennek özvegyéhez és fiaihoz, Lászlóhoz és Tamáshoz jutott, Athynai Zsigmond pedig kegyelmet nyervén, a zálogba adott várat visszaválthatta volna, de nem tette, — Garai Dezső

macsói bánnak és unokatestvérének Jánosnak 7000 frtért eladja oly kikötéssel, ha ő vagy utódai a várat visszavenni akarják, más hasonló értékű várat adnak helyette.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex memorie commendamus, tenore presencium significantes quibus expedit, universis, quod nos quoddam castrum Darnocz appellatum, in regno nostro Sclauonie, in comitatu Crisiensi habitum, quod licet nos alias per notam infidelitatis condam Ladislai, filii Laurencii, necnon Petri, filii Nicolai ac Sigismundi, filii Stephani de Athyna, quam ipsi tempore disturbiorum regni nostri predicti iam volente domino sedatorum, adherendo condam Ladislao de Duracio, cuius idem Ladislaus primipulus seu vexillifer fuisse, prefatus vero Sigismundus ab eodem in militem prefectus extitisse perhibentur, contra nostram maiestatem incurrerunt, ad manus nostras regias iuxta pretacti regni nostri Hungarie consuetudinem devolutum et per nos condam magnifice domine, relicte condam Francisci bani de Pelsewcz pro quatuor milibus florenorum auri puri pignori obligatum et ab ipsa domina ad manus Johannis, filii Thome de Wywar, fratris sui uterini, similiter nostri infidelis et consequenter relicte ac Ladislai et Thome, filiorum Johannis, filii Thome deventum, prefato Sigismundo, facta sibi per nos prius super premissa nota infidelitatis gracia speciali, a manibus predictorum relicte ac Ladislai et Thome, filiorum eiusdem condam Johannis, filii Thome ad redimendum pro eisdem quatuor milibus florenorum annuerimus et committendum duxerimus et ipsum castrum eidem Sigismundo eciam nove nostre donacionis titulo contulerimus. Tamen quia prefatus Sigismundus volens predictum castrum apud manus predictorum domine relicte ac Ladislai et Thome, filiorum dicti condam Johannis, filii Thome, qui consimili labe infidelitatis fuerint offuscati, remanere, ipsum castrum prima ex racione ad manus nostras rite devolutum ab eorum manibus usque adhuc redimere noluit, necque idem apud manus ipsius existit quo ad presens; pro eo nos nolentes de cetero ipsum castrum Darnocz apud manus eorundem domine relicte ac Ladislai et Thome, filiorum condam Johannis, filii Thome,

nostrorum infidelium quomodolibet remanere, simul cum universis possessionibus, opidis et villis, necnon dependenciis, iuribus, et iurisdicionibus universis, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictum castrum Darnocz ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, ab eisdem domina relicta ac Ladislao et Thoma, filiis prefati condam Johannis, filii Thome, nostris infidelibus et eorum manibus prorsus aufferendo et removendo, simul cum dictis suis dependenciis, iuribus, iurisdicionibus, necnon possessionibus, opidis et villis ac aliis utilitatibus et utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo censeantur, sub eisdem veris metis et antiquis limitibus, quibus idem castrum simul cum prescriptis suis dependenciis, possessionibus, opidis et villis, ab olim hactenus rite tentum fuit et possessum, fidelibus nostris dilectis, magnifico Desew, filio Pauli, filii Stephani de Gara, bano nostro Machouiensi et Johanni, filio Ladislai, filii dicti Pauli de eadem Gara, fratri eiusdem Desew patrueli pro septem milibus florenorum auri, per ipsos nostre maiestati pro certis nostris et regni nostri Hungarie predicti expediendis, ad singularem nostre maiestatis requisicionem assignatis vendidimus et in perpetuum apropriavimus, ymmo apropriamus per ipsos Desew et Johannem, eorundemque heredes iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum. Assumpmentes nichilominus nostro et nostrorum successorum regni, utputa Hungarie nominibus, eosdem Desew banum et Johannem, eorundemque successores in pacifico dominio dicti castri Darnocz et suarum pertinenciarum predictarum contra quoslibet impetitores, causidicos, et actores, nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus et expensis, intra et extra iudicium protegere, tueri et conservare, hoc eciam per expressum adiecto, quod si successu temporum nos aut nostri successores predicti ipsum castrum Darnocz cum suis pertinenciis pretactis ab eisdem Desew bano et Johanne aut ipsorum heredibus recipere voluerimus, extunc eisdem Desew bano et Johanni aut ipsorum heredibus aliud castrum nostrum eidem castro Darnocz, in valore, necnon fructuum, proventuum et fructuositatum ac aliarum utilitatum et pertinenciarum eiusdem qualitate et quantitate equivalens prius,

antequam ipsum castrum Darnocz ab eisdem Desew bano et Johanne aut eorum heredibus recipemus seu reciperent, dare et apropriare teneantur et debeant per eosdem Desew banum et Johannem ac eorum successores possidendum, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in civitate nostra Brunna vocata, in partibus Morauie, feria tercia proxima ante festum beati Ambrosii episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo quinto, Romanorum undecimo et Bohemie primo.

I. Ulászló király 1440. október 15-én kelt átiratából. (Lásd 164. sz. a.)

138.

Pozsony, 1421 július 20. Zsigmond király Székesfehérvár városa előljáróinak kérésére, mivel kiváltságait el nem ismerték, megerősíti a város kiváltságait, a melynek értelmében az országban szabadon kereskedhetnek s vámot sehol sem fizetnek. Ezt a peres felek elismervén, többi között Hédervári Mihály fia György és Miklós fia, Lőrincz kijelentették, hogy Öttevényben tőlük vámot nem szednek s szabadon engedik kereskedni.

Kiadva: Fejér: C. D. X/6. k. CXLIII. sz.

139.

1422 március 2. A győri káptalan előtt Hédervári Miklós fiának, Miklósnak özvegye megjelenvén Bősi Ördög János fiát, Lothardot mindazon birságokról, a melyekben vele szemben elmarasztaltatott és különösen 28 márkáról nyugtatja, mivel bősi 24 jobbágy-telkével és pusztájával kielégítette.

Eredetije a marczaltői levéltárban. *Közölve Hazai Okmánytár I. k. 204. sz.*

140.

1422 december 24. A győri káptalan jelenti Garai Miklós nádornak, hogy Zsigmond király parancsából Antal csornai prépost és konventje javára deczember 18-ikán vizsgálatot tartván, úgy találta,

hogy Mindenszentek ünnepe táján Hédervári Lőrincznek, továbbá néhai Hédervári Imre özvegyének és fiainak, Jánosnak és Lászlónak kisbaráti familiaresei, gazdatisztjei és jobbágyai uraik meghagyásából a csornai prépost és konventje nagybaráti jobbágyait földjükről elűzték, szántani és vetni nem hagyták őket s fenyegették, hogy kezeiket levágják; azonkívül Karnyeő István nevű jobbágyot a nagybaráti erdőben megverték, s két ökrét, szekerét, baltáját s egyéb ingóságait elvitték; továbbá ugyanazon a napon a prépost és konventje familiarisát és ügyvédjét, Gethei Kelement, a mint a konvent többi ügyvédjeivel Budáról haza felé ment, Nagy-Baráti mellett fegyveres kézzel megtámadták, úgy hogy csak futással menekült meg, miért is Hédervári Lőrinczet, néhai Imre özvegyét és fiait, s gazdatisztjeiket Újév ünnepének nyolczadára *(1423 január 8-ikán)* a nádor elé idézte, meghagyván, hogy jobbágyaikat is állítsák elő.

Kiadva: Fejér: C. D. X/6. k. CCIX. sz.

141.

1423 július 6. A győri káptalan előtt Antal csornai prépost, a maga és konventje nevében, másrészről Hédervári Miklós fia, Lőrincz, a maga és Hédervári Imre özvegye nevében mindazon birságokra nézve, a melyekre kölcsönös hatalmaskodásaik s ezekből kifejlődött pörlekedések folyamán ítéltettek, egymást nyugtatják.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod religiosus vir dominus frater Anthonius, prepositus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna pro se personaliter et pro suo conventu cum procuratoriis litteris loci eiusdem ab una, parte vero ex alia egregius vir magister Laurencius filius Nicolai de Hedrelhwara similiter pro se personaliter et pro nobili domina relicta condam Emerici de Hedrehwara predicta cum procuratoriis litteris nostris coram nobis personaliter constituti per eosdem confessum extitit viva voce in hunc modum, quod ipsi in eorum et aliorum predictorum nominibus sese mutuo et alternatim ac ipsarum parcium iobagiones et familiares quoslibet super universis iniuriis, dampnis, nocumentis, factis potenciariis, iuramentalium *(igy)* deposicionibus iudicii et iusticie ex parte iobagionum ipsarum parcium impensionibus, necnon iudiciorum gravaminibus, in quibus eedem partes aut ipsarum parcium familiares et iobagiones contra sese hactenus fuissent convicti aut ipsis

invicem mutua vicissitudine qualitercunque intulissent, exceptis solum factis possessionum, reddidissent et commisissent quitos et expeditos ac modis omnibus absolutos, ymmo dicte partes in ipsarum et aliorum predictorum nominibus reddiderunt et commiserunt coram nobis harum literarum nostrarum testimonio et vigore mediante. Datum octavo die festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio.

Az oklevél alján: Non solvit.

Hátlapon: Preposito de Chorna.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 11.385 jelzet alatt.

142.

Buda, 1423 november 5. Zsigmond király Tamásy László és Henrik kérésére megengedi, hogy birtokaikat megszakadásuk esetén rokonuk, Serkei Loránt fia György örökölje.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod fideles nostri dilecti, magnificus Ladislaus, filius Wayvode de Thamasy, magister ianitorum nostre [maiestatis] et egregius Herricus, frater eiusdem carnalis ad nostre claritatis veniendo conspectum nobis humiliter suplicarunt in eo, quia ipsi considerantes vitam presentis seculi esse caducam et transitoriam, pro eo ipsis . . . . are dignaremur, quod si ipsos volente deo celi sine heredibus e seculo decedere contigeret, eorum possessiones et bona in egregium Georgium, filium Lorandi de Serke, proximum scilicet et consanguineum ipsorum Ladislai et Herrici, heredesque et posteritates universos annotati Georgii devolverentur, condescendique et redundare possint pleno iure. Nos siquidem attentis et diligenter consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium serviciorum laude dignis meritis, sincerisque conplacenciis ac virtuosis g[estis] prefatorum Ladislai et Herr[i]ci, per ipsos maiestati nostre sub diversitate locorum et temporum, non parcendo rebus ipsorum et personis fideliter

et constanter exhibitis et inpensis, suplicacionibus eorundem pie advertentes favorabiliter inclinati, de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro et ex deliberacione eorundem ac sciencia nostre maiestatis et animo deliberato, annotatis Ladislao et Herrico, filiis Wayvode hanc specialis nostre gracie prerogativam in perpetuum duraturam duximus faciendam, ymmo facimus per presentes, ut si ipsos volente deo celi, cuius nutu omnia reguntur, e sèculo, ut predicitur, sine heredibus decedere contingeret, tunc universa castra, castella, civitates, opida, possessiones et quecunque iura possessionaria dictorum Ladislai et Herrici quibusvis nominibus vocabulorum vocitata et appelate, inter ambitum huius regni nostri Hungarie et in quibusvis eiusdem comitatibus ubilibet existentes et habita in annotatum Georgium, filium Lorandi et neminem alium et cunctos heredes et superstites eiusdem ac posteritates universos, quibus scilicet iidem Ladislaus et Herricus, filii Wayvode sub presencium confidencia et testimonio easdem et eadem sana mente legarunt, condescendi valeant atque possint, devolvanturque et redundentur in perpetuum per eundem Georgium, filium Lorandi et suos universos heredes possidenda, tenenda, pariter et habenda pleno iure ex presenti nostre maiestatis annuencia et gracia speciali prenotatis, salvis tamen iuribus alienis, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum secretum appensum est, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, in festo beati Emerici ducis, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo septimo, Romanorum quarto decimo, et Bohemie quarto.

Az országos tanács 1445 május 5-ikén kelt okleveléből. (Lásd: 176. sz. a.)

143.

1426 december 7. A pozsonyi káptalan jelenti Zsigmond királynak, hogy midőn Pálóczi Mátyus országbíró 1426 november 19-ikén kelt parancsára Bazini Gróf Miklóst és fiát, Györgyöt Cheel, más néven Rwusth birtok felerészébe beiktatni akarta, Hédervári Imre özvegye, Dorottya ellenmondott, miért is Vízkereszt nyolczadára *(1427 január 13-ikán)* a királyi személyes jelenlét elé megidézte.

Kiadva: Sopronmegyei Oklevéltár II. k. 65. sz.

144.

1429 május 10. A pozsonyi káptalan előtt Pokatelki Fekethe János fiai, Péter és László és társai Hédervári Mihály fia Györgyöt és Imre özvegyét 18 forint és 40 dénár, továbbá 3 kard visszaadásáról nyugtatják.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Petrus et Ladislaus filii Johannis Fekethe de Pokatelky, suis et Pauli, Emerici ac Symonis, fratrum suorum carnalium in personis, quorum onera in subscriptis super se assumpserunt, item Nicolaus filius alterius Johannis dicti Zomor de eadem personaliter ad nostram veniendo presenciam ministerio vive vocis confessi sunt eo modo; quod ipsi egregium Georgium, filium Michaelis et nobilem dominam relictam condam Emerici de Hedrehwara et familiares ac tributarios eorundem de et super restitucione decem et octo florenorum per centum denarios computando ac quadraginta denariorum, necnon trium gladiorum per dictos tributarios eorundem Georgii et nobilis domine in possessione eorum Bodak vocata per eosdem constitutos, nuper videlicet in die Cene Domini *(márcz. 24.)* nunc proxime preterita prope possessionem Medwe receptorum reddidissent et commisissent expeditos, ymmo reddiderunt et commiserunt expeditos, quitos et satisfactos coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria tercia proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCCC^mo^ vigesimo nono.

Eredetije papiroson, hátára nyomott pecsét maradványaival, fasc. 22, Nr. 3. jelzet alatt.

145.

Pozsony, 1429 május 23. Zsigmond király Hédervári Györgynek összes peres ügyeire nézve új határnapot tűz ki.

Relacio Pauli Bisseni bani.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fidelibus nostris magnificis palatino, et iudici curie nostre, vestras-

que in iudicatu vices gerentibus salutem et graciam. Cum nos certis ex causis animum nostrum moventibus universas et quaslibet causas regnicolarum nostrorum in octavis festivitatis beatorum Georgii martiris *(máj. 1.)* et Jacobi apostoli *(aug. 1.)* nunc affuturis coram vobis verti debendis ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc affuturi iusserimus debere prorogari, igitur volumus et eidem fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus universas et quaslibet causas magnifici Georgii de Hedrehwar tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum in prescriptis octavis coram vobis motas vel movendas ad predictas octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas absque omni gravamine et variacione aliquali prorogare debeatis et differre. Secus non facturi. Presentes quoque post earum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Posonii, feria secunda proxima post festum sanctissime Trinitatis, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. xliij°, Romanorum XIX°, Bohemie nono.

Eredetije papiron, nyílt alakban, a szöveg közepe alatt a pecsét nyomaival, melyeken a »Relacio Pauli Bisseni bani« olvasható, fasc. 3, Nr. 29.

146.

Sempte, 1430 május 6. Zsigmond király néhai Marczaly Miklós fiának, Imrének, ennek nejének s testvéreinek Verőcze városát, ebben levő palotáját s lippai részbirtokait, egy régebbi 10.000 forintnyi tartozásáért s újabban 140 fegyveres kiállítása fejében 2800 forintért, összesen tehát 12.800 forintért zálogba adja.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod quemadmodum fidelis noster egregius Emericus filius condam Nicolai de Marczalÿ ac fratres sui infrascripti alias racione impignoracionis civitatis nostre Wereucze vocate ac palacii nostri ibidem habiti, villarumque et pertinenciarum ad easdem spectancium, necnon porcionis nostre possessionarie in possessione Lippa vocata habite, per maiestatem nostram prefatis Emerico filio Wayvode et fratribus suis vigore

aliarum literarum nostrarum exinde confectarum modo et forma in eisdem contentis facte, decem milia florenorum auri nomine veri mutui et sub spe restitucionis maiestati nostre dederunt et realiter assignarunt. Idem quoque Emericus filius Wayvode de speciali mandato et commissione nostre maiestatis centum et quadraginta lanceas cum gentibus exercitualibus ad hoc necessariis et opportunis in proximo ad statuendum nostre maiestatis in propriis suis expensis, que ad summam duorum millium et octingentorum florenorum auri puri se extendit, elevare et cum eisdem centum quadraginta lanceis eorundemque gentibus exercitualibus in hÿs partibus nostris superioribus pro . . . . . cione et conservacione earundem contra perfidissimos Hussitas et Taboritas, qui ipsas partes nostras superiores plereque hostiliter invadere consueverunt, aut alias, ubi mandaverimus ac necessarium fuerit, exercituancium more per tres menses integros servire debet nostre maiestati. Sicque tota ipsa summa inclusis predictis primevis decem millibus florenorum auri facit duodecim milia et octingentos florenos auri. Ita nunc [volentes] memoratum Emericum filium Wayvode et alios infrascriptos tam de prefatorum decem milium primevorum, quam de pretactorum duorum milium et octingentorum florenorum auri summa certos reddere et securos, memoratas *civitatem nostram Wereucze, necnon palacium nostrum ibidem habitum,* ac porcionem nostram possessionariam in Lippa existentem cum villis et pertinenciis, ceterisque utilitatibus ad ipsam civitatem et palacium spectantibus, item cum universis decimis vinorum, bladorum ac aliarum rerum decimalium tam ex ipsa civitate et villis ad eundem predictum quoque palacium pertinentibus, necnon porcionem possessionariam in prefata Lippa habitam, quam de toto comitatu de Wereucze more solito et consueto provenire debentibus sepefato Emerico filio Wayvode, necnon inclite domine Anne, filie condam Theodori, ducis Podolie, consorti, item reverendo in Christo patri domino Ladislao episcopo Chanadiensi, necnon Stephano et Johanni fratribus eiusdem Emerici filii Wayvode carnalibus pro pretitulata totali summa duodecim milium et octingentorum florenorum auri puri, cassatis et anullatis sepetactis prioribus literis nostris

super ipsa primeva impignoracione iam tactarum civitatis, palacii, porcionis possessionarie, villarum quoque et pertinenciarum, necnon decimarum et utilitatum predictarum confectis et emanatis, ex certa nostra sciencia et eciam de consensu et beneplacita voluntate serenissime principis domine Barbare regine, conthoralis nostre carissime, prelatorumque et baronum nostrorum ad id accedente consilio pignori duximus obliganda, ymmo obligamus et impignoramus tali modo, quod quandocunque nos aut nostri successores, reges utputa Hungarie, predictas civitatem, palacium et porcionem possessionariam simulcum villis, pertinentiis, decimis et utilitatibus supradictis ab eisdem Emerico, consorte quoque ac fratribus suis, ipsorumve heredibus pro prenarrata summa florenorum auri redimere voluerimus, sew voluerint, extunc ipsi easdem civitatem, palacium, villas, pertinencias, decimas et alias cunctas utilitates supradictas, rehabitis eorum pecuniis supranominatis, nobis aut ipsis nostris successoribus remittere et resignare tenerentur. Assumpmimus nichilomimus et pollicemur nostro et eorundem successorum nostrorum nominibus ipsos Emericum filium Wayvode, consortemque et fratres suos in domÿnio bonorum omnium supradictorum usque tempus redempcionis eorundem ab omnibus impetitoribus, causidicis quoque et actoribus intra et extra iudicium semper et ibique protegere, tueri et expedire propriis nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus et expensis presencium testimonio mediante. Datum in Sempthe, in festo beati Johannis ante portam Latinam, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo quarto, Romanorum vigesimo et Bohemie decimo.

A budai káptalannak 1487-iki hiteles átiratából, (332. sz.) fasc. 5, Nr. 4.

147.

Parma, 1432 május 6. Zsigmond király Hédervári Imre fiainak, Miklósnak és Jánosnak, valamint anyjoknak, Dorottyának peres ügyeire nézve, — Miklós Lombardiában lévén a király szolgálatában, — halasztást parancsol.

Comissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, fidelibus suis magnificis palatino et iudici curie nostre, vestrasque vices in iudicatu gerentibus, aliisque cunctis regni nostri iudicibus et iusticiariis, ecclesiasticis videlicet et secularibus, quibus presentes ostendentur, salutem et graciam. Quia fidelis noster Nicolaus filius condam Emerici de Hedrehwar, aprodianus nostre maiestatis, unacum nostra serenitate in hÿs partibus Lombardie de nostro speciali mandato in serviciis nostris regalibus est constitutus, ulteriusque per certa tempora in eisdem nostris serviciis debet occupari, et ob hoc ipse prosecucioni causarum suarum commode attendere non potest, ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus universas et quaslibet causas prefati Nicolai, item magnifice domine Dorothee, relicte prefati condam Emerici de Hedrehwar, matris, et Johannis, fratris carnalis prenotati Nicolai propter cause ipsorum unionem, absque presencialitate eiusdem Nicolai causis in eisdem commode respondere non valencium, tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra ipsos in quibuslibet terminis coram vobis motas vel movendas statu in eodem gravamine et variacione absque omni, ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc affuturi prorogare debeatis et differre. Secus facere non ausuri. Presentes quoque perlectas reddite presentanti. Datum Parme, in festo beati Johannis ante portam Latinam, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc., xlvj^{to} Romanorum xxij^{o} et Bohemie duodecimo.

Eredetije papiron, nyilt alakban, a szöveg közepe alatt a pecsét nyomaival, mely alatt a »Commissio propria domini regis« olvasható, fasc. 3, Nr. 30.

148.

Ferrara, 1433 szeptember 18. Zsigmond király a székesfehérvári káptalannak meghagyja, hogy Hédervári Miklós fiát, Lőrincz főlovászmestert a neki adományozott Gönyő várba, s a hozzátartozó névszerint felsorolt birtokokba iktassa be.

Sigismundus dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fidelibus nostris capitulo ecclesie Albe regalis salutem et graciam. Cum nos pro multimodis fidelitatibus, et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri magnifici Laurencii filii condam Nicolai de Hedrehwar, magistri agazonum nostrorum, per ipsum nobis sub diversitate locorum et temporum cum sumpme fidelitatis constancia et sollicitudine indefessa laudabiliter exhibitis et impensis castrum nostrum Gwneiw vocatum in comitatu Jauriensi habitum simulcum villis sew possessionibus similiter Gwneiw, necnon Zenthmyklos in Vesprimiensi, item Vigman, Chicho et Koch cum tributo in eadem Koch exigi solito et consueto, Kethel ac Chazaar in Komaromiensi, necnon Molnoszechew appellatis in Castriferrei comitatibus existentibus ad idem castrum nostrum Gwneiw semper et ab antiquo de iure spectantibus et pertinere debentibus alias a fideli nostro egregio Stephano filio condam Ladislai bani de Losoncz pro castro nostro Hunyad et suis pertinenciis per viam et modum concambialis permutacionis ad nostram maiestatem, nostrasque manus deventum et deventis, cunctis eciam aliis pretacti castri Gwneiw ac villarum sew possessionum predictarum pertinenciis et utilitatibus vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum sub modis et formis in eisdem literis nostris donacionalibus contentis et specificatis memorato Laurencio de Hedrehwar, magistro agazonum nostrorum, suisque heredibus de manibus nostris in perpetuum duxerimus conferendum, velimusque ipsos in dominium eiusdem castri Gwneiw et dictarum suarum pertinenciarum per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio

fide dignum, quo presente Paulus de Ewrken vel Petrus filius eiusdem aut Sandrinus filius Emerici, sin Demetrius de eadem Ewrken sew Thomas, sive Michael, neve Nicolaus filii Andree de Markhaza, cew Andreas filius Johannis de eadem Markhaza, an Johannes vel Laurencius filii Georgii literati de Olcha, aut Ladislaus, sin Georgius dicti Harcha de Veek, neve Georgius *Zewke* de Bankhaza, sew Petrus, sive Dominicus de Bwgeche, neve Emericus Magnus de *Chakan,* ceu Petrus, aut Georgius de Iwanch, aliis absentibus homo noster ad facies antelati castri Gwneiw vocati, necnon villarum sew possessionum predictarum similiter Gwneiw, *Zenthmiklos,* Vigman, Chicho, Koch ac pretacti tributi in eadem Koch, ut premittitur, exigi consueti, Kethel, Chazar et Molnoszechew nuncupatarum, vicinis et commetaneis suis universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prenominatum Laurencium de Hedrehwar, magistrum agazonum nostrorum et suos heredes in dominium eiusdem et ipsarum, statuatque idem et easdem eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Laurencium de Hedrehwar, magistrum agazonum nostrorum palatinalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis ipsorum reddituros efficacem et tandem huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem palatino more solito rescribatis. Datum Ferrarie, feria sexta proxima ante festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. xlmo septimo, Romanorum vigesimo tercio, Bohemie quartodecimo, imperii vero primo.

A székesfehérvári káptalan átiratában, fasc. 3, Nr. 31. (Lásd 150. sz.)

149.

Piscaria, 1433 szeptember 29. Zsigmond király a Hédervári Imre fia, Miklós érdemeire való tekintettel Rusth nevű birtokot, a melynek felét elődeik elzálogosítottak a Bazini grófoknak, és a Fertő tavat a rajta levő halászhelyekkel együtt neki és testvérének Jánosnak adományozza.

Egykorú országbirói bő kivonata *közölve a Sopronvármegyei Oklevéltár II. k. 130. sz.*

150.

1433 november 10. A székesfehérvári káptalan Zsigmond királynak jelenti, hogy Hédervári Miklós fiát, Lőrincz főlovászmestert a neki adományozott Molnoszechő nevű, vasvármegyei birtokba beiktatta.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Sigismundi, dei gracia Romanorum imperatoris semper augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis, domini nostri generosi secreto sigillo suo consignatas sumpmo cum honore recepimus in hec verba: *Lásd Zsigmond király 1433 szeptember 18-iki oklevelét (148. sz. a.).*

Nos itaque preceptis eiusdem regie serenitatis humiliter obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Emerico Magno de Chakan, homine regio nostrum hominem videlicet honorabilem virum magistrum Lazarum, socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beati Galli confessoris *(okt. 16.)* proxime preterito ad faciem predicte possessionis Molnoszechew vocate, in comitatu Castriferrei existentis, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introduxissent prefatum Laurencium filium condam Nicolai de dicta Hedrehwar, magistrum agazonum regalium, suosque heredes in dominium dicte possessionis Molnoszechew appellate in dicto comitatu Castriferrei existentis, statuissentque eandem premisso donacionis titulo pre-

fato Laurencio, suisque heredibus predictis in perpetuum possidendam, tenendam pariter et habendam nullo contradictore inibi apparente, legittimis tamen diebus et horis in facie dicte possessionis Molnoszechew iuxta regni consuetudinem moram faciendo. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum vigesimo sexto die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini supradicto. Presentibus honorabilibus viris, dominis, Benedicto preposito, domino et prelato nostro, Emerico cantore, Dionisio custode, Paulo de Saras, Andrea de Alba, decanis ecclesie nostre existentibus.

Lecta et correcta.

Eredetije hártyán, veres és zöld selyemsodratról függő pecséttel, fasc. 3, Nr. 31.

151.

Basel, 1434 január 1.—május 13. Hédervári György királyi fölovászmester Kanizsai László sopronvármegyei főispánnak levélben tudtára adja, hogy fertői tisztjei az ő katonáját Chytwandi Egyedet halászati jogaiban háborgatják és egy évi termését is lefoglalták. E bajoknak orvoslását kéri.

Közölve Sopronmegyei Oklevéltár II. k. 120. sz.

152.

Buda, 1434 szeptember 17. Pálóczi Máté országbiró előtt a Bazini és Szentgyörgyi Grófok Chyl birtokának fele részébe leendő beiktatásának ellenmondó özv. Hédervári Imréné, Dorottya asszony a határnapokra nem jelenvén meg, a vitás birtokrészt Szentgyörgyi Gróf Miklósnak és Györgynek itéli és megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy őket iktassák be, a Dorottya asszony és fiai ellenmondása érvénytelen lévén.

Egykorú kivonata *közölve a Sopronvármegyei Oklevéltárban II. k. 130. sz.*

153.

Buda, 1434 november 20. Pálóczi Máté országbiró Szil vagy Rust birtok felét illetőleg a Bazini Grófok és Hédervári Miklós fia, Imre özvegye Dorottya és fiai János és Miklós közötti pert az

utóbbiak kérésére megújítja és a feleknek okleveleik bemutatását elrendeli. Ez alkalommal a Hédervváriak 4, a Bazini Grófok ügyvéde 2 oklevelet mutat be, melyek alapján úgy itél, hogy a Dorottya asszonynak zálog útján 200 arany forintért jutott birtokot ugyanannyiért váltsák vissza. Erre az ügyvéd a birtok megbecslését kéri, a melynek végrehajtását és a határ megjárását az országbiró elrendeli a pozsonyi káptalannak.

Közölve Sopronmegyei Oklevéltár II. k. 130. sz.

154.

Győr, 1435 június 24. Győr vármegye kiküldöttje előtt a margitszigeti apáczák tiltakoznak az ellen, hogy Pathus nevű birtokukat Frank Mihály fia György, vagy fiai Pál, László és Zsigmond, Miklós fia Lőrincz, Hédervári Konth Imre özvegye Dorottya, János győri kanonok, Bewsi Omode, a nagypadáni nemesek, vagy bárki más lefoglalja és használja.

Nos Gregorius dictus *Varyw* de Megyer, vicecomes et iudices nobilium comitatus Jauriensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum per Paulum, filium Jacobi officialem ipsarum dominarum de Pathus nobis porrectam Johannem, filium Jacobi de Zap, unum ex nobis, iudicem nobilium ad infrascriptam prohybicionem faciendam de sede nostra iudiciaria duxissemus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversus nobis retulit, quod ipse feria tercia proxima post festum sacratissimi Corporis Christi proxime preteritum *(1435 június 21.)* ad faciem predicte possessionis Pathus vocate dictarum dominarum sanctimonialium accessisset, ubi magnificos Georgium, filium Michaelis Frank, Paulum, Ladislaum et Sigismundum, filios eiusdem, item Laurencium, filium Nicolai, nobilem dominam Dorothea vocatam, relictam condam Emerici dicti Konth de Hederwar ac dominum Johannem, custodem ecclesie Jauriensis et canonicum loci eiusdem, Omodeum de Bews nobilesque de Nagypadan et de Megyer ac alios quoslibet ab usu et occupacione, perpetuacione, metarum ereccione ac qualibet alia alienacione prefate possessionis earundem Pathus et quarumlibet pertinenciarum eiusdem, fructuumque et utilitatum percepcione, seque in dominium eiusdem intromissione qualitercunque factis vel faciendis

prohybuisset contradicendo et contradixisset inhybendo coram ipso. Datum Jaurini, quarto die diei prohÿbicionis premisse, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Eredetije papiron, három gyürüs pecsét nyomával a hátlapon az Országos Levéltárban M. O. D. L. 12.727 jelzet alatt.

155.

Prága, 1437 márczius 7. Zsigmond király a Pálóczi Mátyus halálával megürült nádori méltóságot Hédervári Lőrinczre ruházza.

Comissio propria domini imperatoris.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex memorie commendantes harum tenore significamus quibus incumbit universis, quod quamvis officio, ad quod divina disponente clemencia feliciter sumus evocati, requirente ad quevis extrinseca nostra circumspeccione expedienda nos debita provocet sollicitudo, ad ea tamen, que nostrorum fidelium subiectorum probitatis perspicuitate, morum gravitate et virtuosorum operum elegancia preditorum respiciunt incrementa, tanto fervenciori studio attendere soliti sumus, quanto per ea, quibus operam adhibemus, regno et regnicolis nostris utilitatem non modicam cognoscimus proventuram. Sane de fidei puritate, industriosa virtute, constanti fidelitate, in discernendis causis iudiciisque faciendis probata experiencia agilique et fideli ac solerti exercicio fidelis nostri sincere dilecti magnifici Laurencii de Hedrehwaar magistri agazonum nostrorum, quibus eundem tum native propaginis nobilitate, tum etenim venustorum morum gravitate et laudabilis fame prerogativa exposcente, nedum vulgaris preloquii assercione, verum eciam propria occulata et palpabili nostre maiestatis contemplacione multipharie re vera novimus fore insignitum, ad plenum confidentes debitumque ad ea respectum habentes, et ex preteritis sumpta fiducia a certo tenentes, quod ea, que sue commiserimus expedicioni, fideliter ac secundum deum et eius iusticiam faciet et explebit, ipsum tamquam ad id virum utique probitate conspicuum idoneumque et sufficientem ad honorem et dignitatem palatinatus, pretacti regni nostri Hungarie, nunc

divina disposicione condam fideli nostro magnifico Mathius de Paloucz de medio sublato vacantem, eligentes, erigentesque et promoventes ac in palatinum preficientes, eundem honorem seu officiolatum palatinatus simul cum universis suis iuribus, iurisdiccionibus, prerogativis, libertatibus, honoribus et privilegiis, quibus ceteri ipsius regni nostri Hungarie palatini pro tempore constituti quolibet consuetudine videlicet aut de iure freti sunt et gavisi, eidem Laurencio de Hedrehwaar, accepto prius ab eo super impendenda unicuique sine personarum accepcione, odioque, precio et favore quibuslibet postergatis, debita iusticia et recto iudicio sufficienti, ut moris est, iuramento, ut inter incolas dicti regni nostri Hungarie, ex nunc notabilibus ex causis nostra personali presencia viduati, iudicii et iusticie debitum moderamen ministretur, duximus conferendum, ymmo eligimus, promovemus, preficimus et conferimus presencium per vigorem, mandantes et firmissime precipientes vobis universis dicti regni nostri incolis, nobilibus scilicet et ignobilibus, quatenus prefato Laurencio de Hedrehwaar, veluti vero palatino in omnibus solitis parere et obtemperare, ipsumque vereri et revereri, iudicio eciam et iudicatui suis astare debeatis locis debitis et temporibus opportunis. Secus facere non ausuri. Presentes post lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Prage, feria quinta proxima ante festum beati Gregorii pape, anno domini Mccccxxx septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quinquagesimo, Romanorum xxvÿ, Bohemie xvy, imperii vero quarto.

A pecsét alatt: Commissio propria domini imperatoris.

Eredetije hártyán aljára nyomott pecséttel, fasc. I. Nr. 3. Hasonmása mellékelve.

156.

1437 május 7. A győri káptalan jelenti Hédervári Lőrincz nádornak, hogy midőn Baráty Tamás és fiai érdekében vizsgálatot tartott, úgy találta, hogy a lövöldi perjel Baráty Tamás és fia baráti birtokát lefoglalta és Nyúl nevű birtokához csatolta.

Magnifico viro domino Laurencio de Hedrehwara, regni Hungarie palatino, iudici Comanorum, amico eorum honorando

capitulum ecclesie Jauriensis amicicie et honoris continuam reverenciam. Literas reverendissimi in Christo patris et domini domini Georgii, archiepiscopi ecclesie Strigoniensis ac iudicis causarum in presencia palatinali vertencium per serenissimum dominum Sigismundum dei gracia Romanorum imperatorem ac regni Hungarie etc. regem deputati noveritis nos reverenter recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis Georgius archiepiscopus ecclesie Strigoniensis ac iudex causarum in presencia palatinali vertencium per serenissimum dominum Sigismundum dei gracia Romanorum imperatorem ac regni Hungarie etc. regem deputatus amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Thome de Baratÿ ac Valentini, Ambrosii et Mathie filiorum eiusdem, quomodo religiosus vir dominus frater, prior de Leweld temporibus preteritis quasdam particulas terrarum arabilium et promontoria vinearum intra metas dicte possessionis ecclesie Baratÿ a parte possessionis Nywl vocate ipsius prioris existentes et habita occupari faciendo ad ipsam possessionem suam Nywl applicassent, occupativeque per iobagiones suos in eadem Nywl commorantes uti fecisset et faceret de presenti potencia mediante in preiudicium ipsorum et dampnum valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Paulus de Gwg vel Michael, aut Blasius, sin Gaspar de Nema, sew Mathias de eadem, sive Johannes *Beleges* de Echy, neve Sebastianus, ceu Georgius de Koromzo, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post dominicam Judica, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo. *(1437 márczius 20.)*

Unde nos peticionibus prefati domini archiepiscopi satisfacere volentes, una cum prefato Michaele de Nema, homine palatinali nostrum hominem videlicet dominum Briccium succentorem dicte ecclesie [nostre] ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt,

quod prefatus homo palatinalis presente dicto nostro testimonio feria quinta proxima ante festum Invencionis sancte crucis proxime preteritum *(május 2.)* in comitatu Jauriensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus scilicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivisset, prout predicto domino archiepiscopo dictum extitisset et quemadmodum tenor literarum suarum per omnia contineret prescriptarum. Datum sexto die diei inquisicionis premisse, anno domini supradicto.

Kívül: Domino palatino pro Thoma de Baraty et aliis intrascriptis contra religiosum virum dominum fratrem priorem de Leweld inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával, fasc. 44, Nr. 12.

157.

Gyarmat, 1437 május 29. Hédervári Lőrincz nádor bizonyságlevele arról, hogy Chehy István fia, Miklós, Perseházi István fia, István, Felkezew-i Péter fia, Lukács, továbbá Dorottya asszony férje, Kerthwelesi Benedek, mint néhai Gedech fia Lőrincz nővérének örökösei s felperesek, másrészről Phile fia Chano fia Márton, mint alperes Felkezew birtokon fogott bírák itélete alapján megegyeztek.

Nos Laurencius de Hedrehwara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Neugradiensis et Hontensis comitatuum feria secunda proxima ante festum Asscensionis domini *(máj. 6.)* ex speciali edicto domini nostri, Sigismundi dei gracia Romanorum imperatoris semper augusti ac Hungarie etc. regis prope villam Gyarmath celebrata Nicolaus, filius Stephani de Chehÿ, Stephanus, filius alterius Stephani de Persehaza, Lucas filius Petri de Felkezew personaliter, necnon Benedictus de Kerthweles pro nobili domina Dorothea vocata, consorte sua cum procuratoriis literis comitis Stephani de Bathor, iudicis curie regie de medio aliorum exurgendo contra Martinum, filium Chano de dicta Felkezew quasdam literas conventus de Sagh privilegiales hunc tenorem conti-

nentes: *A sági konvent 1390 október 7-ikén kelt oklevele. (Lásd 97. sz. a.)* nobis presentando proposuerant eo modo, quomodo ipsi, scilicet actores, essent successores sororis antefati olim Laurencii, filii Gedech, emptoris scilicet prescriptarum porcionum possessionariarum in predicta Felkezew habitarum; antefatus quippe Martinus in causam attractus esset filius Chano, filii prefati olim Phile, qui scilicet Phÿle vendicioni dictarum porcionum possessionariarum inter ceteros fratres suos consensum prebuisse dinosceretur, nunc autem annotatus Martinus, filius Chano, filii Phile in maiori parte easdem porciones empticias in eorundem actorum iuris derogamen teneret et possideret et solum in particulari dominio earundem porcionum ipsos reliquisset, cuius detencionis et conservacionis racionem scire vellent ab eodem.

Quo audito prefatus Martinus, filius Chano personaliter in nostram exurgendo presenciam, prescriptamque genelogie *(igy)* propaginem per ipsos actores explicatam non abnegando, sed affirmando, responderat ex adverso, quod ipse in dominio prescriptarum porcionum sub premissarum metarum limitacione venditarum in nullo existeret, sed solum in residuitate dicte totalis possessionis Felkezÿ extra prescriptas metas adiacente, que ipsum iusto hereditarii iuris titulo concerneret, haberetur. Quibus sic habitis, quia absque revisione porcionum possessionariarum parcium prescriptarum inter easdem in premissis congruens iudicium facere non poteramus, ad eamque faciendam regius, noster et capituli Albensis homines destinari debuerant. Pro eo cum nos unacum Johanne de Zekellw regio, et Petro sacerdote capituli Albensis hominibus nostrum hominem, videlicet magistrum Johannem de Sarkwz ad ipsam possessionariam revisionem de dicta nostra congregacione destinassemus et huius seriem per eosdem nobis oretenus referre commisissemus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod cum ipsi feria sexta proxima ante festum sacratissimi Corporis Christi, decimo nono scilicet die dicte nostre congregacionis *(máj. 24.)* ad faciem dicte possessionis Felkezew vocate et sequenter porcionum possessionariarum parcium predictarum in eadem habitarum, vicinis et commetaneis suis universis inibi legittime convocatis et ipsis ac predictis

Nicolao, Stephano et Luca personaliter, necnon prefato Benedicto de Kyrthws, domino et marito ac legittimo procuratore dicte domine Dorothee ac Martino, filio Chano presentibus accedendo, et eandem seu easdem iuxta nostram iudiciariam commissionem secundum cursus prescriptarum metarum undique reambulando id, si prefatus Martinus Chano in aliqua parte dictarum porcionum venditarum sub prescriptis metis adiacencium esset et existeret, vel ne, revidere voluissent. Mox partes predicte ipsos ab execucione premissorum paulisper supersedere postulassent, ipsisque supersedentibus ac nonnullis probis et nobilibus viris pro pace et concordia inter easdem partes laborantibus, tandem prefatus Martinus, filius Chano pro se personaliter ac pro Blasio et Johanne filiis et puella Margaretha, filia suis onera earundem *(igy)* ad infrascripta penitus super se assumpmendo ab una, parte vero ab altera prelibati Nicolaus, filius Stephani de Chehÿ, Stephanus, filius alterius Stephani de Persehaza et Lucas, filius Petri de Felkezew, necnon Andreas, filius eiusdem Luce pro se modo simili personaliter, idem eciam Lucas pro Martino et Paulo filiis ac puella Anna, filia suis similiter onera et quelibet gravamina eorundem ad subnotanda in se recipiendo, necnon prefatus Benedictus de Kÿrthus pro prescripta domina Dorothea consorte sua cum procuratoriis literis comitis Stephani coram ipsis comparendo in premissis se taliter concordasse recitassent, quod ipse Martinus Chano suo et dictorum filiorum ac filie suorum nominibus totalem plateam seu lineam eiusdem possessionis Felkezew, in qua nunc ipse residenciam faceret personalem a parte scilicet possessionis Zelen sitam et adiacentem ac unam integram sessionem iobagionalem in altera eiusdem linea, in qua nunc Martinus Remete iobagio resideret, cum cunctis ipsarum utilitatibus, videlicet terris arabilibus, silvis, pratis, pascuis et aliis quibuslibet pertinenciis earundem eisdem Nicolao, Stephano, Luce, Andree, Martino et Paulo ac puelle Anne, necnon domine Dorothee, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis pro totali eorum iure ipsos in eadem Felkezew concernente perpetuo et in sempiternum, e converso vero ipsi Nicolaus, Stephanus, Lucas et Andreas in eorum, idem eciam Lucas dictorum filiorum ac filie suorum personis

oneribus sub prescriptis, prefatusque Benedictus nomine dicte domine consortis sue auctoritate procuratoria prenarrata prescriptam totalem alteram plateam seu lineam eiusdem possessionis Felkezew a parte possessionis Gyurky vocate preter prescriptam unam sessionem ipsis modo quo supra per antefatum Martinum datam modo simili cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis universis, videlicet terris arabilibus, silvis, pratis, fenilibus et aliis quibuslibet utilitatum integritatibus eidem Martino, filio Chano ac filiis et filie suis predictis, ipsorumque heredibus tamquam merum et sincerum ius eorundem pacifice similiter iure perpetuo et in sempiternum possidendas dedissent, tradidissent et reliquissent. Hisque sic habitis ipsi die in eodem prescriptas parcium porciones per huiusmodi formam concordie sibi invicem datas et donatas volentibus eisdem partibus, statuissent et commisissent eisdem ac ipsorum heredibus iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, tenendas et habendas nullo contradictore existente. Hac igitur prescriptorum regii, capituli Albensis et nostri hominum relacione facta et percepta, nobis eciam seriem premissorum cunctis dictorum amborum comitatuum nobilibus in dictam nostram congregacionem confluentibus, necnon partibus predictis, prout in facie dicte possessionis Felkezew sic et nunc nostri in presencia comparentibus alta voce et publica promulgari facientibus, quia sicuti in facie dicte terre ipsis composicionarie ordinacioni ac possessionarie reambulacioni, revisioni et statucioni nullus contradixit, sic et nunc ad ipsam nostram promulgacionem nemo contradiccione obviabat. Nichilominus partes prenotate prescriptam concordiam modo et ordine prescriptos, regium, nostrum et capituli Albensis homines nobis recitato in premissis in facie dicte possessionis Felkezew inter eos factam extitisse affirmando, eandem ratam atque gratam se inconcussim et irrevocabiliter observare velle recitarunt, pro eo vicecomitum, iudicum nobilium, iuratorumque assessorum comitatuum predictorum quesito et assumpto consilio prematuro prescriptas concordiam et statucionem possessionariam nostri palatinatus officio incumbente ratas atque firmas habentes, pretitulatas parcium porciones per formam prenotate concordie sibi invicem datas et donatas relinquimus et committimus

eisdem ac ipsorum heredibus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas auctoritate nostra iudiciaria mediante salvo iure alieno. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus eisdem partibus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum vigesimo quarto die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Eredetije hártyán, levéltári jegy nélkül a Grassalkovics részben, függő, alább látható pecséttel, melynek körirata következő:

S(igillum) . laur(encii) . de hedrehwar .˙. t(em)p(or)e . Sigismu(n)di . i(m)p(er)ato'(r)is .˙. regni . hu(n)ga(ri)e .˙. palatini



158.

1438 május 5. A fejérvári káptalan jelenti, hogy Albert király parancsára Hédervári Lőrincz nádort s fiait Istvánt és Imrét a fehérmegyei Kendertó nevű birtokba, minden ellenmondás nélkül beiktatta.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Alberti, dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Austrieque et Stirie ducis, necnon marchionis Morauie etc. domini nostri graciosi sigillo suo consignatas, nobisque preceptorie directas sumpmo cum honore recepimus in hec verba:

Albertus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Morauie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis salutem et graciam Cum nos pro fidelibus serviciis fidelis nostri dilecti magnifici Laurencii de Hedrehwara, dicti regni nostri Hungarie palatini quoddam predium nostrum *Kenderthow* appellatum in comitatu Albensi situatum, alias, uti fertur, in concambium certarum aliarum possessionum regalium, puta Chanÿg, Lak et Zenthandras vocatarum in comitatu Soproniensi existencium ad manus regias deventum, in cuius facie ecclesia in honorem sancti Alberti fundata esse perhibetur, cum singulis suis utilitatibus vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum prefato Laurencio palatino ac Stephano et Emerico filiis suis, ipsorumque heredibus universis in perpetuum duxerimus conferendum, velimusque ipsos in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius de Ezen, vel Ladislaus filius Stephani de *Apostal,* aut Michael sive Petrus, seu Sandor de Moor, sin Nicolaus literatus de *Zenthelzebeth,* ceu Benedictus filius Johannis de *Thwrus,* aliis absentibus homo noster ad faciem predicti predii Kenderthow, vicinis et commetaneis eiusdem

universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Laurencium palatinum, Stephanum et Emericum filios eiusdem in dominium eiusdem, statuatque idem eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Laurencium palatinum ac filios eiusdem nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima post dominicam Iudica, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo. *(1438 ápr. 1.)*

Nos itaque preceptis eiusdem regie maiestatis humiliter obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Ladislao de dicta Apostal homine regio nostrum hominem, videlicet honorabilem virum magistrum Lazarum socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi feria quarta proxima post festum Pasce domini *(ápr. 16.)* proxime preteritum, ad faciem prescripti predii Kenderthow vocati in dicto comitatu Albensi situati vicinis et commetaneis eisdem universis, videlicet religioso viro domino fratre Stephano abbate de Kerezthwr, Thoma Posa de Zaak, Johanne de Zenthelzebeth, Nicolao literato ac Johanne *Wadas* dicto de eadem Zenthelzebeth inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introduxissent prefatos Laurencium palatinum, Stephanum et Emericum filios eiusdem palatini in dominium eiusdem, statuissentque idem eisdem premisso regio donacionis titulo perpetuo possidendum, tenendum pariter et habendum nullo contradictore inibi apparente, legittimis tamen diebus et horis in facie dicti predii moram protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum vigesimo die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini supradicto, reverendo

domino Benedicto dicte ecclesie nostre preposito, sedis apostolice prothonotario, domino et prelato nostro, ac honorabilibus viris dominis Emerico cantore, Andrea custode, Petro de Thelchzegh et Andrea dicto de Themeswar decanis ecclesie nostre existentibus.

Eredetije hártyán, a sötétkék selyemsodratról függő pecséttel, fasc. 3, Nr. 32.

159.

1438. A székesfehérvári káptalan levele, melynek erejével Pipo özvegye Borbála Ozora nevű várát Ozora és Dalmad városokkal és Bozzias, Debrente, két Maisa, Marton, Szokoly, Nylas birtokokkal, továbbá a Tolnamegyében levő Gerenas, Szokoly-Endred, Zekel, Szent-Miklós, Visne, Kürt és sidfei, épúgy a Somogymegyében fekvő somodari, temerkényi és a veszprém vármegyei tótfalusi és igari birtokrészekkel együtt Hédervári Lőrincz nádornak és örököseinek adományozza örökre.[1]

Fordítás a Viczay Ádám által Eszterházy Pál nádornak átadott levelekről 1698-ban felvett regestából. Nr. 17. — Fasc. 52. Nr. 41.

160.

1438. A székesfehérvári káptalan előtt Hédervári Lőrincz nádor és fiai, István és Imre Ozorai Pipo özvegyét Borbálát bizonyos büntetés terhe alatt biztosítják arról, hogy Ozora várát és a hozzá tartozó városokat, birtokokat és birtokrészeket, a melyeket nekik adományozott, életében az ő kezén hagyják.

Fordítva a Viczay Ádám által Eszterházy Pál nádornak átadott oklevelekről 1698-ban felvett latin nyelvű regestából. Nr. 18. — Fasc. 52. Nr. 41.

[1] 1445 október 9-én a pozsegai káptalan előtt Pakosi Zemere a Derecskei István, László, Krisztina és gyermekei nevében Hédervári Lőrinczet és fiát, Imrét Ozora, és Ozoravár elfoglalásától tiltja (II. Lajos 1523 szeptember 15-ikén kelt bírói átiratából. M. Tört. Tár. VI. k. 35. l.) és ezt később is megismétlik. (V. ö. 212. sz.)

161.

1439 március 11. A pozsonyi káptalan Erzsébet királyné parancsára Nürnbergi Herthmann fiait, János és Györgyöt s ezek testvéreit a nebojszai részbirtokba, — melyet Zsigmond király Nebojszai Pétertől csere útján szerzett, s Rozgonyi György és István kérésére s ezek érdemeiért Erzsébet királyné nekik adományozott, — beigtatja.

Capitulum ecclesie Posoniensis, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissime principis domine Elisabeth dei gracia regine Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., Austrieque et Stirie ducisse, necnon marchionisse Morauie, domine nostre inclitissime introductorias et statutorias secreto suo sigillo consignatas nobis preceptorie loquentes sumpma cum reverencia pariter et obediencia recepimus in hec verba:

Elisabeth dei gracia regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., Austrieque et Stirie ducissa, necnon marchionissa Morauie, etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Posoniensis salutem et graciam. Cum nos tum ad humillime supplicacionis instanciam fidelium nostrorum Stephani et Georgii de Rozgon, comitum Posoniensium pro parte fidelium nostrorum Johannis et Georgii filiorum Herthmanni de Nerumbergha, familiarium scilicet ipsorum comitum, maiestati nostre humiliter porrecte, tum etenim actenus consideratis eorundem Johannis et Georgii fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis per eos condam serenissimo principi, domino Sigismundo Romanorum imperatori ac Hungarie etc. regi, genitori et demum excellentissimo principi, domino Alberto dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Bohemie dictorumque regnorum regi, domino et conthorali nostris carissimis et nostre maiestati ac sacre huius regni nostri Hungarie corone sub locorum et temporum varietate iuxta possibilitatis eorum exigenciam fideliter exhibitis et impensis, quandam porcionem possessionariam prefati domini regis, conthoralis nostri in possessione Neboyza vocata, in comitatu Posoniensi existenti habitam, que scilicet porcio possessionaria Petri de eadem Neboÿza extitisset, quamque ipse prefato

quondam domino Sigismundo imperatori, genitori nostro simul cum aliis certis possessionibus et porcionibus possessionariis suis pro aliis quibusdam possessionibus et porcionibus possessionariis vi concambialis permutacionis tradidisset, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum prefatis Johanni et Georgio ac per eos Erhardo, Johanni, Paulo, Vilhelmo et Jacobo, fratribus carnalibus eorundem, ipsorumqe heredibus et posteritatibus universis de manibus regiis auctoritate prefati domini nostri regis et conthoralis, per eum in moderna sua absencia, ipso nunc in partibus Bohemie pro reformacione pacis laborante maiestati nostre data et concessa in perpetuum duxerimus conferendam, velimusque ipsos per nostrum et vestrum homines in dominium eiusdem legittime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus, aut Sebastianus de *Apa*, vel Dominicus de Chepeny, aliis absentibus homo regius ad faciem dicte porcionis possessionarie, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Johannem, Georgium, Erhardum, alterum Johannem, Paulum, Wilhelmum et Jacobum in dominium dicte porcionis possessionarie, statuatque eandem eisdem premisse donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra memoratos Johannem, Georgium, Erhardum, alterum Johannem, Paulum, Vilhelmum et Jacobum regiam in presenciam, ad terminum competentem racionem contradiccionis eorundem reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorum eciam et commetaneorum, qui premisse introduccioni et statucioni intererunt, nominibus modoque assignato eidem domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Valentini martyris, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono. *(1439 febr. 16.)*

Nos igitur preceptis et mandatis dicte domine nostre regine in omnibus obedire cupientes, ut ex debito tenemur,

una cum prenominato Ladislao de Apa, homine scilicet regio nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Johannem de Wal(?), socium et concanonicum nostrum nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis uniformiter retulerunt, quomodo ipsi in festo beati Mathie apostoli proxime elapso *(febr. 24.)* ad faciem prenominate possessionis Neboÿza vicinis et commetaneis suis universis inibi legittime convocatis et Nicolao filio Johannis, altero Nicolao filio Stephani, Ladislao filio Nicolai et Emerico filio Jacobi de Also-Neboÿza, item Michaele *Erdes* dicto de Barakon presentibus accessissent, ibique dictus homo regius presente eodem nostro testimonio prefatos Johannem, Georgium, Erhardum, alterum Johannem, Paulum, Vilhelmum et Jacobum de Nÿerumberga in dominium eiusdem porcionis possessionarie Neboÿza introduxisset, statuissetque eandem eisdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet eisdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis premisso regie donacionis titulo perpetuo possidendam, ubi tribus diebus continuis permansissent et nullius penitus contradiccio ipsis obviasset. In cuius rei memoriam presentes nostras concessimus literas privilegiales pendentis auttentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis premissarum, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono supradicto.

Eredetije hártyán, függő pecsétje elveszett, fasc. 95. Nr. 1 alatt.

162.

Buda, 1439 július 21. Hédervári Lőrincz nádor fiainak Istvánnak és Imrének beleegyezésével halála után feleségének, Blagay Margitnak és leányának Katalinnak hagyja Gönyő várát a várossal és Koch, Vigman, Csicso, Császár, Kéthely Szent-Miklós és Szecső nevű birtokait minden jövedelemmel addig, a míg felesége az ő nevét viseli és leánya nem megy férjhez.

Nos Laurencius de Hedrehwara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus incumbit, universis. Cum

nos fragilem et mortalem huiusque mundialis seculi vitam caducam et transitoriam esse sciamus, prospicua igitur nostri ingenii contemplacione inter ceteras bonas operaciones, salubres conversaciones ac gestus virtuosos ea, que nostrarum prolium et sobolium successorumque commodum, honorem et statum pacificum ac salubrem conversacionem concernunt, in animo revolventes et diligenter recensentes, ipsosque ordinata disposicione vita nobis comite relinquere et firmare cupientes, ut sicuti eosdem nobis mundiali vita fruentibus pia conversacione, optata pacis tranquilitate et quiete sincereque ac mutue caritatis dileccione congratulari videmus; sic et multo magis morte nobis secuta eosdem premissis congratulari affectamus: igitur nos premissarum consideracionum inter ceteras nostras salubres testamentarias disposiciones, talem fecimus et facimus testamentariam disposicionem:

Quod si nos nutu divino, cuius voluntate cuncta subiiciuntur et reguntur, ex hoc seculo quoquo tempore decedere contigerit, extunc castrum nostrum Gwnÿw vocatum in comitatu Jauriensi habitum et situatum, quod inter alias per nos ex concessione divina nobis et filiis nostris feliciter acquisitas hereditates minoris quantitatis valoris et estimacionis necnon fructuositatis existere dinoscitur, una cum opido, similiter Gwnÿw appellato ac possessionibus Koch et tributo in eadem exigi solito, necnon Vigman, Chichow, Chazar, Kethhel Zenthmiklos et Zechew vocatis simul cum universis suis et earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet prediis, terris arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, silvis, nemoribus, insulis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis ac proventibus, obvencionibus, iuribus, iurisdicionibus et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad pretactum castrum ac opidum, possessiones et predia de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis et earum veris metis et antiquis limitibus, quibus idem et eedem per nos rite et legittime tentum et possesse extiterunt, ex certa nostra sciencia et animo deliberato, de consensuque et beneplacita voluntate egregiorum

Stephani et Emerici de dicta Hedrehwara, filiorum nostrorum carissimorum magnifice domine Margarethe, filie condam magnifici domini comitis Anthonii de Blaga conthorali ac egregie puelle Katherine filie nostris carissimis ex eadem domina Margaretha propagathe tamdiu, quousque ipsa domina Margaretha conthoralis nostra titulo et nomine nostris frueretur, ipsaque egregia Katherina, filia similiter nostra annuente domino ritu sancte Romane ecclesie maritanda duceretur, dedimus, donavimus et contulimus ac testamentaliter legavimus, ymmo damus, donamus et conferimus ac legamus tenenda, possidenda pariter et habenda, volumus eciam nichilominus et statuimus eo modo, quod eedem domina Margaretha conthoralis et Katherina filia, necnon Stephanus et Emericus filii nostri sicuti et quemadmodum nunc nobis feliciter viventibus sic et eodem modo post nostrum decessum in quibuscunque castris, opidis, possessionibus et iuribus possessionariis, rebusque et bonis nostris sincere caritatis, pacis et dileccionis zelo pariter et invicem commorentur et congratulentur. Ubi vero ipsi humani generis inimico, dÿabolo inimicante, qui optate pacis beneficio congaudentibus invidie, livoris et odii obstaculis obviare inter eosque zizaniam discordie seminare non desinit, pariter et invicem commorari et congratulari non valerent, extunc prefati egregii Stephanus et Emericus, filii nostri, easdem magnificam dominam Margaretham conthoralem et Katherinam filiam nostras usque prefixum tempus condicionibus sub premissis in pacifico dominio dictorum castri, opidi, tributi et possessionum, necnon prediorum cunctarumque supradictarum utilitatum et pertinenciarum eiusdem et earundem servare; preterea, quia perpetuitas prescriptorum castri, opidi, tributi et possessionum ac prediorum utilitatumque earundem ipsos filios nostros dumtaxat concernere dinoscitur, volumus ita et statuimus, quod iidem filii nostri universas lites et causas et alias quascunque, rectificaciones racione dictorum castri, opidi, tributi et possessionum ac prediorum metarumque et pertinenciarum eiusdem et earundem, aut alicuius earum temporum in processu per quoscunque motas et movendas propriis eorum laboribus et expensis supportare et expedire ac defendere, prefatasque dominam Margaretham

conthoralem et Katherinam filiam nostras dilectas in eisdem indempniter conservare deberent et tenerentur hoc non pretermisso, quod si et quando antefata domina Margaretha post nostrum felicem obitum rursus et iterum fedus matrimonii voluntatem contrahendi habuerit, extunc prenominati egregii Stephanus et Emericus, filii nostri, super iuribus dotaliciis et rebus parafernalibus eidem domine Margarethe iuxta predicti regni Hungarie laudabilem consuetudinem de universis nostris castris et iuribus possessionariis rebusque et bonis quibusvis provenire debentibus eidem plenam condignam et omnimodam impendere deberent et tenerentur satisfactionem.[1] Prefatam eciam egregiam Katherinam, filiam nostram dilectam, dum ipsa annuente dei clemencia ad tempus pervenerit maritacionis, tunc memorati egregii, Stephanus et Emericus, filii nostri, tantis et talibus sponsalibus et sollempnitatibus, quantis et qualibus uti natam persone in tali dignitate posite decet, decentissime maritandam traducere deberent et tenerentur harum nostrarum literarum, quibus nostrum speciale et prefatorum egregiorum Stephani et Emerici filiorum nostrorum sigilla appensa sunt vigore et testimonio mediantibus. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Subscripcionis autem ipsius Stephani de Hedrehwara verbalis series hec est: *Et nos Stephanus de Hedrehwara premissa consensimus et per hec proprie manus nostre scripta benivole fatemur.*

Subscripcionis autem antelati Emerici hanc verbalem habet continenciam: *Et nos Emericus de Hedrehwara premissa consensimus et per hec proprie manus nostre scripta benivole fatemur.*

A fasc. 8, Nr. 2. jelzésű 1447 szeptember 14-ikén kelt nádori átiratból. (Lásd 193. sz. alatt.)

[1] A t betű határozottan kiírva.

163.

Buda, 1440 július 27. I. Ulászló király a György, rácz despotától hűtlenség miatt elvett Debreczen s Böszörmény városokat Hédervári Lőrincz nádornak és nejének Margitnak, a benn írt föltételek mellett adományozza.

Commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lithwanieque princeps suppremus et heres Russcie memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus incumbit, universis, quod quamquam regie celsitudinis liberalitas provida cunctorum fidelium suorum subiectorum merita retribucione votiva prosequi teneatur, illis tamen multo specialius debet esse liberalior, quos ad grata obsequia non minus consilio, quam viribus exercenda utiles et fructuosos claris precedentibus indiciis experitur. Hac itaque ducti consideracione nos attentis et in armario nostri cordis digne premetitis recolendis fidelitatibus et preclare fidelitatis obsequiis, gratuitis meritis, virtuosis gestis et sinceris complacenciis fidelis nostri grate sincereque dilecti magnifici Laurencii de Hedrehwara, predicti regni nostri Hungarie palatini, quibus ipse defuncto, sicut domino placuit, condam serenissimo domino Alberto rege Hungarie et nobis superna cooperante clemencia sibi in hoc regno Hungarie et eius regimine succedentibus celsitudini nostre a tempore felicium eleccionis et coronacionis nostrarum in omnibus, que nobis veluti novitate regiminis fungentibus placibilia et regno nostro utilia fuere, non parcendo rebus suis et persone, ymmo se et sua cuncta bona pro nostri honoris exaltacione et ad providendum saluti ipsius regni nostri Hungarie, quod ab infestissimis inimicis, infidelibus videlicet Turcis, crucis Christi persecutoribus, necnon aliis quibusdam nephandissimis Bohemis et Australibus, domine Elizabeth regine adherentibus et ipsum regnum nostrum immaniter devastantibus variis fluctuat tempestatibus, fortune casibus et imminentibus periculis, sic ut iam predicta bona sua hereditaria, tam scilicet castra, quam domus et possessiones ipsius penitus et in toto per insultus eorundem nephandissimorum Bohemorum et Australium obtencionem et conserva-

cionem nostri dominii, regiminis videlicet dicti regni nostri Hungarie impugnancium ignis voragine in cinerem redacta, et convolute haberentur, submittendo et se viriliter opponendo adeo gratum se reddere studuit et acceptum, quod, nedum regali remuneracione quantumlibet magnifice impendenda se dignum efficit, verum eciam nostre maiestatis mutuate dilec-cionis benivolenciam pro se attrahere promeruit, propterque nos volentes votis suis ad presens aliquantisper respondere, quedam oppida Debreczen in Byhoriensi ac Bezermen vocata, in de Zabowch comitatibus habita, que illustris Georgii despoti Rasscie prefuisse, sed per notam infidelitatis sue, quam ipse tum ex eo, quia idem despotus vastacionum huius regni nostri per sevos Turcos, inter quos et duo filii eius existunt, factarum conscius et consenciens fuisse suspicatur, tum pro eo, quod nobis pridem hoc regnum legittime eleccionis iure ingredientibus idem despotus partem dicte domine Elizabeth regine huiusmodi nostrum in idem regnum ingressum et conse-quenter coronacionem nostre maiestatis in regem ipsius regni nostri Hungarie iam divina favente clemencia feliciter peractam impedire volentis, nostrumque et ipsius regni nostri ac regni-colarum eiusdem statum tranquillum crudeliter turbantis fovendo se a nostri facie in signum aperte rebellionis absen-tans ad alienas terras contulit, tum eciam eo, quod castellani hominesque et officiales sui in nonnullis castris et fortaliciis opidisque et possessionibus suis per ipsum constituti et dimissi de eisdem incessanter egrediendo in nonnullorum nostrorum fidelium possessionibus et bonis plurimas vastaciones nocumen-torumque et irrecuperabilium dampnorum genera dictis fideli-bus nostris in contemptum nostri regii culminis inferre et irrogare non formidarunt contra nostram maiestatem et totum predictum regnum nostrum Hungarie regnicolasque nostros predictos incurrisse; et propterea huiusmodi castris, fortaliciis opidisque et possessionibus ac ceteris bonis suis quibusvis in dicto hoc regno nostro habitis privari debere, nec ad conser-vanda eadem et ipsas dignus fore perhibetur, ad nos et nostras manus iuxta antiquam et approbatam regni nostri Hungarie predicti legem consuetudinariam devoluta et redacta existere dinoscuntur, simulcum universis et singulis possessionibus,

villis et prediis qualitercunque et quibuscunque nominibus seu nominum vocabulis appellatis, porcionibusque et iuribus possessionariis in quibuscunque possessionibus, villis et prediis habitis, necnon terris tam populosis, quam vacuis et desertis, ac tributis quibuslibet in eisdem opidis, possessionibus et villis, seu prediis exigi consuetis, terris eciam arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, virgultis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, ac proventibus, obvencionibus, iuribus, iurisdiccionibus et ecclesiarum patronatibus, generaliterque quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad predicta opida Debreczen et Bezermen de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus, quibus eadem et ipse hucusque per prefatum despotum rite tenta fuerunt et possesse, ex certa nostra sciencia et animo deliberato, prelatorum eciam et baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro prefato Laurencio palatino et per eum magnifice domine Margarethe consorti sue per eos usque vite eorum temporalis exterminium possidenda, tenenda pariter et habenda omni eo iure, quo eadem et eedem, tam previa, quam aliis quibuscunque causis et racionibus nostre rite incumbunt collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus, salvo iure alieno; ita videlicet, ut dum disposicione divina ipsos Laurencium palatinum et dominam Margaretham consortem suam ab hac luce decedere contigerit, extunc post mortem eorundem Laurencii palatini et domine consortis sue predicta opida Debreczen et Bezermen cum possessionibus, villis et tributis ac aliis cunctis pertinenciis et utilitatibus eorundem et ipsarum premissis in et ad generosas puellas Katherinam, filiam eiusdem Laurencii palatini ex predicta domina Margaretha procreatam, ac alteram Katherinam, germanam carnalem eiusdem domine Margarethe devolvantur et devolvi debeant eo modo, quod nos aut nostri successores, reges scilicet Hungarie, vel quipiam alii, quibus forsitan eadem et easdem perpetue donaremus, ipsa opida cum possessionibus, seu villis et tributis ac aliis utilitatibus

predictis ab eisdem puellis utraque Katherina, vel earum heredibus et de manibus eorundem interim auferre non valeamus, nec valeant, donec eisdem quatuor milia florenorum auri puri veri et iusti ponderis paratis in florenis auri persolvemus, aut persolvent pleno cum effectu. Volumus eciam et una cum dictis prelatis et baronibus nostris decrevimus, quod si et dum pretactus Georgius despotus Rascie errorem suum recognoscens ad debitam obedienciam et fidelitatem nobis ac sacre corone et regno nostris observandum conversus capiti et bonis suis a nostra maiestate graciam optinere valuerit, nosque predicta opida Debreczen et Bezermen simulcum pertinenciis et utilitatibus eorundem pretaxatis eidem despoto reddere, recuperare et restaurare voluerimus, extunc eadem opida cum eorundem pertinenciis et utilitatibus ac tributis prenotatis a prefatis Laurencio palatino et domina Margaretha consorte sua interim auferre non possimus, donec alia opida et tributa predictis[1] opidis et tributis pertinenciisque eorumdem in quantitate, qualitate, utilitate et fructuositate equivalencia eisdem Laurencio palatino et domine consorti sue modo prenarrato possidenda, tenenda et habenda danda duxerimus et donanda. Et ad hoc nos obligamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, secundo die festi beate Anne, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Eredetije hártyán, a szöveg közepe alatt a pecsét nyomaival, mely alatt a »Comissio propria domini regis«-t olvashatni, fasc. 3, Nr. 33.

164.

Buda, 1440 október 15. I. Ulászló néhai Garai János leányai, Erzsébet, Koroghi János országbíró felesége és a jegyese Katalin nevében megjelenő Hédervári Pál kérésére a királyi könyvekből kikeresvén, átírja Zsigmond király 1421 április 1-én kelt oklevelét.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lythwanieque princeps supremus et heres Russie memorie commendamus, tenore presencium significan-

[1] Tévedésből kétszer írva.

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

tes, quibus expedit, universis, quod fidelis noster egregius Paulus, filius condam magnifici Georgii de Hedrehwara, magistri agazonum olim gloriosi principis domini Sigismundi, Romanorum imperatoris ac prefati regni Hungarie etc. regis, felicis memorie predecessoris nostri, nostre celsitudinis veniens in presenciam, nobis pro parte et in personis nobilium puelle Katherine sibi desponsate et domine Elizabet, consortis magnifici Johannis de Korogh, iudicis curie nostre, filiarum videlicet condam egregii Johannis, filii Ladislai, filii Pauli, filii Stephani de Gara exposuit querulose, quod licet prefatus condam Johannes, genitor ipsarum puelle et domine, simulcum condam magnifico Desew, filio predicti Pauli, filii annotati Stephani de ipsa Gara, bani Machouiensis, fratre scilicet suo patrueli, castrum Darnowcz nuncupatum, in regno nostro Sclauonie, in comitatu Crisiensi existens ad manusque prefati condam domini Sigismundi imperatoris et regis racionabilibus de causis deventum ab eodem condam domino Sigismundo pro certis pecuniarum sumpmis cum cunctis ipsius castri utilitatibus et pertinenciis iure perennali emerint et dum vixissent, ambo pariter tenuerint et possederint. Tamen ipsis ambobus, Desew scilicet bano et Johanne defunctis, ipsique Desew bano filio masculino, prefato vero Johanni pretactis duabus filiabus superstitibus remanentibus nobilis domina relicta et prefatus filius prelibati Desew bani idem castrum simulcum dictis suis pertinenciis, ipsos condam Desew banum et Johannem a prenominato condam domino Sigismundo imperatore et rege non pro pecunia emisse, sed mediantibus eorum fidelibus serviciis acquisivisse et optinuisse, ex eoque idem castrum cum dictis pertinenciis solummodo masculini et non feminini sexus proles ipsorum concernere allegantes, easdem filias ipsius Johannis de dominio dicti castri et pertinenciarum suarum predictarum eicere et excludere conarentur in eorundem preiudicium et iuris derogamen valde ingens. Litere eciam ipsius condam domini Sigismundi imperatoris et regis superinde pro ipsorum Desew bani et Johannis parte confecte, quarum copia, ut creditur, in libris et registris eiusdem domini imperatoris et regis, de et super donacionibus possessionariis, tempore sui factis, emanatis et confectis, in domoque sua tavarnicali, nunc

pre manibus nostris habita, more solito forent conscripta, aput manus ipsarum domine relicte et filii dicti Desew bani haberentur, supplicans exinde idem Paulus nominibus, quibus supra, nostro culmini prece subiectiva, quatenus huiusmodi libros et registra revideri et predictam copiam iam fatarum literarum prelibati condam domini Sigismundi imperatoris et regis vendicionalium in eisdem requiri et reinveniri, requisitamque et reinventam nostris literis inseri et conscribi faciendo, eisdem filiabus preasserti condam Johannis de Gara dare dignaremur iuris earum ad cautelam. Cumque nos eosdem libros et registra perquiri et revideri fecissemus, inter alia in eisdem libris et registris contenta talis modi literarum dicti condam domini Sigismundi imperatoris et regis copiam reperimus hanc verbalem seriem continentem: *Zsigmond király oklevele 1421. április 1. (Lásd 137. sz. a.)*

Unde nos premissis suplicacionibus ipsius Pauli nobis per ipsum racione previa porrectis favorabiliter inclinati, prescriptam copiam antedictarum literarum antelati condam domini Sigismundi regis presentibus nostris literis patentibus verbaliter inseri et conscribi faciendo, eisdem filiabus annotati condam Johannis de Gara pro earum iurium uberiori defensione duximus concedendas. Datum Bude, sabbato proximo ante festum beati Galli confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Hédervári Lőrincz nádor 1445 május 19-ikén kelt átiratából. (178. sz.) — Található még a pozsegai káptalan 1442 február 14-ikén kelt átiratában, melyet a káptalan Garai János leányainak, Erzsébetnek, Koroghi Jánosnénak és Katalinnak, Hédervári Pálnénak nevében megjelenő Benedek, boszniai kanonok és szombathelyi plébános kérésére ír át. Hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 34302 jelzet alatt.

165.

Buda, 1441 január 1. I. Ulászló király, az alább felsorolt hűtelenek birtokait, Hédervári Lőrincz nádornak adományozza.

Comissio propria domini regis.

Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lythwanieque princeps supremus et heres

Ruscie etc. omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum conspecturis salutem in eo, qui celestia et terrena debito moderamine regit et gubernat. Divina iusticia e celo prospiciens dignitatem regiam populis prefecit ad laudem et promocionem bonorum, punicionemque perversorum. Caruisset namque libenter humana condicio iugo dominii et libertate a natura sibi concessa uti voluisset, nisi quod impunita licencia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat. Sicque necessitate opportuit naturam iusticie subiacere, ut bonis merces redderentur condigne, et transgressorum insolencia ac infidelitas debita pena plecteretur, prout etenim meriti reputaretur fidelitas, si infidelitas remaneret impunita. Proinde ad cunctorum noticiam volumus pervenire, quod cum nos pridem in huius regni nostri Hungarie regimen per prelatos, barones et nobiles universos concordi voluntate invitati et electi in idem regnum ingrederemur, suggerente antiqui hostis calliditate dolosa, cuius proprium est pacatum mortalium statum immixte adversitatis et discordie lolio perturbare, quidam viri nepharie dolositatis non obstante eorum fide, qua nos elegerant, in partem adversam nobisque contrariam se recipientes, ingressum nostrum ac tranquillam regni pacem plurimis structis obicibus introductisque alienigenis et cum eisdem cedibus fidelium, predis bonorum eorum, ecclesiarum et cimiteriorum confraccionibus et aliis diversis malificiis crudeliter commissis impedire moliti sunt, et facti evidencia aggregatis gentibus in temerarie infidelitatis reprobum sensum prolapsi, in adversa acie sepe-sepius cum nostris fidelibus mutui conflictus certaminibus, in quibus tamen deo propicio semper confusi, fugati, victi et aliquocies plures ex eis capti et prostrati extitere, conbellarunt. Quorum perversa opinione et contagiosi sceleris exemplo Johannes de Palasth, Daniel de Swsa, Petrus de Palohta, Georgius filius Paska de Palasth, Ladislaus filius Symonis de eadem Palasth, alter Ladislaus filius Philippi de Thwr, Laurencius de Doroghaza, Georgius de Bodahaza, Petrus de Horwathy, Georgius de Zalmatherch, Lucas Gonda dictus de Kezew, Bartholomeus Cheh de Kysthwr, Blasius filius Amode, Amode frater eiusdem, Johannes de Kerthweles, Georgius de Dresk, Nicolaus Parvus, Petrus de Daras, Ladis-

laus de Pyr, alter Ladislaus de Sypyk, Johannes de Maroth, Philippus de Rokoncza, Johannes de Theryen, Georgius de Kezew, Petrus de Oztrochok, alter Petrus de Arky, Johannes de Nyr, Andreas de Fornas, Michael de Wayka, Nicolaus de Banrew, Philippus de Chepefalwa, Marcus de Pyr et Laurencius de eadem Pyr, familiares Georgii filii Gywla de Kaza et Ladislai de Gyarmath similiter rebbellium nostrorum, infecti, in grandem Hungarice nacionis infamiam inter ceteros eorum flagiciosos actus et nepharia opera contra nos et regnum hoc improbe et perfide commissa, tamquam hostiles adversarii inimico more nos, naturalem eorum dominum et regem, superbia eorum qualitatem status ipsorum excedente inaudito presumpcionis genere per proprias eorum literas veriti non sunt diffidare. Quorum tam temerarium facinus et execrabile nephas, quibus similia hactenus inter naciones Hungaricas audita non extiterunt, impune pertransire volentes, sicut nec decet, de prelatorum, baronum, procerum et nobilium huius regni bene digesto consilio et decreto prematuro prefatos Johannem de Palasth, Danielem de Swsa, Petrum de Palahta, Georgium filium Pascha de Palasth, Ladislaum filium Symonis de eadem Palasth, alterum Ladislaum filium Philippi de Thwr, Laurencium de Doroghaza, Georgium de Bodahaza, Petrum de Horwaty, Georgium de Zalmatherch, Lucam Gonda dictum de Kezew, Bartholomeum Cheh de Kysthwr, Blasium filium Amode, Amode fratrem eiusdem, Johannem de Kerthweles, Georgium de Dresk, Nicolaum Parvum, Petrum de Daras, Ladislaum de Pyr, alterum Ladislaum de Sipyk, Johannem de Maroth, Philippum de Rokoncza, Johannem de Theryen, Georgium de Kezew, Petrum de Oztrochok, alterum Petrum de Arky, Johannem de Nyr, Andream de Fornos, Michaelem de Wayka, Nicolaum de Banrew, Philippum de Chepefalwa, Marcum de Pyr et Laurencium de eadem Pyr, lese maiestatis crimine fedatos, tamquam sathane satellites, dolose iniquitatis exemplaria scelerati facinoris inauditos inventores et execrabilis delicti fomites, ne ceteros pestifero contagio inficiant, de medio fidelium eradicari decernentes et infidelitatis nota fedatos pronunciantes, omnibus eorum possessionibus et rebus ubilibet intra ambitum huius regni Hungarie, existentibus perpetuo

privamus et irrevocabili exilio dampnatos fore affirmamus, predictasque universas eorum possessiones et porciones possessionarias ubilibet in hoc regno habitas, et qualitercunque vocitentur, quolibet iure ipsos concernentes simul cum cunctis earum pertinenciis et utilitatibus fideli nostro magnifico Laurencio de Hedrehwara regni nostri predicti palatino, qui a principio nostre eleccionis semper nobis adherendo universis pene bonis suis pro nobis rebellium prede expositis et se ac suis filiis et fratribus fortune casibus submissis, inter ceteros singularius nobis hucusque obsecutus extitit, suisque heredibus universis dedimus, donavimus et contulinus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et habendas, salvo iure alieno; annuentes et concedentes eidem palatino, ut dum voluerit, huiusmodi possessiones et porciones possessionarias simul vel divisim suis hominibus et familiaribus, aut aliis, quibus voluerit, per proprias literas suas, quas presentibus ratas haberi et regii consensus vice potiri decernimus, perpetuo dandi et conferendi, aut aliter, si maluerit, de eisdem disponendi liberam habeat facultatem harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude in festo Circumcisionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

W. rex manu propria.

Eredetije hártyán, a szöveg alatt a pecsét, mely alól a »Comissio propria domini regis« látszik, fasc. 3, Nr. 34.

166.

Buda, 1441 június 16. Hédervári Lőrincz nádor levele István fiához, melyben meghagyja neki, hogy Báthmonostori Töttös Lászlót és birtokait minden jogtalan támadóval szemben védelmezze meg, jobbágyainak pedig, a kik e zavaros időkben félelmükben a pécsi püspökség birtokaira menekültek, most azonban visszatérni akarnak, legyen segítségükre.

Kiadva Zichy-Okmánytár IX. k. 28. sz.

167.

Buda, 1441 szeptember 9. I. Ulászló király a Csapi Ákos és István, mint felperesek, másrészről Hédervári Lőrincz nádor és fiai, István és Imre, Tamásy László, továbbá Szekcsői Herczeg Ráfael, Pál és Philpes, mint alperesek között a hűtlen Tamásy Henrik Tamásy vára, s ugyanazon nevű mezőváros, Ireg, Gonozd, Meggyes-Ireg, Felső-Ireg, Alsó-Tengelicz, Kospa, Szencse, Kőkút, Tengelicz, Mény és Inoka (Tolna m.), továbbá Remete, Kánya és Ősi (Somogy m.) birtokaiba való beigtatásnál történt ellenmondásból keletkezett pert az országbíró távolléte miatt az országnagyok határozatából elhalasztja.

Kiadva Zichy-Okmánytár IX. k. 32. sz.

168.

Buda, 1442 szeptember 30. Hédervári Lőrincz nádor és fia Imre macsói bán közös megegyezéssel feleségének, illetve anyjának, Blagay Margitnak azon birtokon kívül, melyeket a nádor halála esetére számára biztosítottak, azon feltétel alatt, ha a nádor fiutód nélkül hal meg és az özvegy férjhez nem megy, élethossziglan még hozzáadják Raró, Bath, Selkető és Fayz nevű birtokokat is, fentartva Imrének és utódainak örökösödési jogát.

Nos Laurencius de Hedrehwar, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac Emericus de eadem Hedrehwar, filius suus, banus Machouiensis, memorie commendamus per presentes, quod nos pro singulari et sinceri cordis amore, quam ad generosam dominam Margaretham, filiam condam Anthonii de Blaga, consortem meam, scilicet palatini et matrem meam, scilicet Emerici bani, puro pectore gerimus et habemus, illi disposicioni ipsius domine, quam eidem alias pro decencia status sui, si videlicet temporis successu eam me palatino, pro ut deo placuerit, orbari et sine prolibus masculinis relinqui contingeret, de certis possessionibus et bonis nostris, vigore aliarum literarum nostrarum fecimus, eciam possessiones nostras Raro cum predio Baath et Selkethew vocatas cum predio Faÿz in comitatu Jauriensi habitas superaddimus pari voto easdemque possessiones et predia sibi usque tempora vite sue premisso casu, quo scilicet eam me palatino decedente prolibus masculinis orbatam relinqui contingeret,

conferimus cum singulis earum pertinenciis et utilitatibus presencium per vigorem; ita tamen, quod tandem decedente ipsa, dicte possessiones rursum ad manus meas, videlicet Emerici bani, vel heredum meorum libere redeant pleno iure. Casu vero, quo ipsa domina successu temporis me defuncto sic a me — videlicet palatino — relicta alteri marito nuberet, ex tunc eadem eciam vivens eo facto statim huiusmodi possessiones et predia simulcum aliis, que sibi disposite sunt, michi, Emerico bano predicto, vel meis heredibus remittere debeat libere et sine onere aliquali harum literarum nostrarum, quibus utriusque nostrorum sigilla appensa sunt, vigore et testimonio mediantibus. Datum Bude, secundo die festi beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije hártyán, két ép, hártyaszalagon függő pecséttel, fasc. VIII, Nr. 1. A pecsétek köriratuk következő:

× lav(r)enc(ius) de × hedrehvar × regni × hung(a)r(ie) × palati(nus)

S ✤ EMERICVS ✤ DE × HED(E)RVAR ✤

rajza alább látható. Megvan Pálóczi László nádor 1447 szeptember 14-iki átiratában is. (193. sz.).



169.

1443 január 25. A budai káptalan előtt Hédervári Lőrincz nádor és fia, Imre macsói bán, másfelől Tamásÿ János vajda fia Henrik oly egyezségre lépnek, hogy ha bármelyik fél magtalanul halna el, összes birtokai osztatlanul a másik félre szálljanak.

Capitulum ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Cum mundi labilis condicio sit caduca, et geste rei memoria propter brevem vitam hominum caligine oblivionis offuscata nequeat in evum perdurare, provida mens et solicitudo adinvenit, ut que in tempore geruntur, ne simul labantur cum eodem, literarum testimonio solent solidari. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificis Laurencio de Hedrehwara, regni Hungarie palatino et iudice Comanorum, necnon Emerico filio eiusdem ab una, parte siquidem ab alia Henrico filio condam Johannis wayvode de Thamasÿ, pridem magistro ianitorum regalium, coram nobis personaliter constitutis per eosdem sponte et parili voce confessum extitit in hunc modum, quomodo parentes eorum a primevo tempore scilicet Geÿse ducis, patris utputa sancti Stephani regis, ab uno avo et prothavo duxissent originem et fuissent propagati, semperque amore et fraternali dilectione mutuo se confovissent [1] ipsique nunc matura deliberacione inter se prehabita eandem fraternalem dilectionem, qua predecessores eorum coniuncti fuissent et gavisi, ampliare et denuo [2] eadem congaudere satagerent, in signumque huius perpetue fraternalis dilectionis in universis ipsorum castris, opidis, possessionibus et porcionibus possessionariis ac earum pertinenciis, in quibusvis locis ac comitatibus intra ambitum regni et alias ubivis habitis, quovis nominis vocabulo vocitentur, signanter nominatim infra declarandis, hanc fraternalem coadunacionem ac coniunccionem et disposicionem perpetuo et irrevocabiliter duraturas iniissent et fecissent, immo inierunt et fecerunt coram nobis tali modo: quod si divino nutu, cui

[1] V. ö. Fejér C. D. T. VII. v. I. nr. LVIII.

[2] *Hunyadi János átiratában:* de novo.

nullus in humana natura positus contraire valet, quempiam ipsorum ex hoc seculo absque heredum solacio utriusque sexus decedere contigerit, extunc castra, castella, opida, possessiones et porciones possessionarie, ac tributa, ubivis, ut prefertur in infradeclarandis, exigi solitis, cum omnibus utilitatibus, pertinenciis et proventibus in partem aliam superviventem perpetuo iure condescendi et devolvi ac redundari deberent et tenerentur; hoc adiecto, quod si qua parcium in humanis agente et existente, aut tempore finali vite sue de infrascriptis castris, castellis, opidis, possessionibus, porcionibus possessionariis vel tributis cuipiam, signanter ecclesiis aut uxori vel familiaribus dare, donare, aut testamentaliter legare niteretur, extunc absque scitu et voluntate, necnon consensu alterius partis nequaquam facere et disponere valeret, neque possit, salvis tamen iuribus consortum ipsarum parcium in infra nominandis castris, castellis, opidis, possessionibus, porcionibus possessionariis, necnon tributis habitis et de iure provenire debentibus eisdem remanentibus. Nomina siquidem castrorum, castellorum, opidorum, possesssionum, porcionum possessionariarum ipsorum Laurencii palatini et Emerici filii eiusdem taliter nominantur: Primo castellum Gwnyew[1] et opidum similiter Gwnyw,[1] ac possessiones Thap et Ewrs in Jawriensi, Wÿgman, Chÿchow,[2] Koch, Kethel, Chazar, Kenderthow in Komaroniensi, Arak in Mosoniensi, Zechewd in Castriferrei, Zenthmÿklos nominate, et porciones possessionarie in possessionibus Aborgatha, Dobronÿa et Zenthmÿklos vocatis in Wesprimiensi comitatibus existentes habite; item castrum et opidum Ozora ac possessiones Zokol, Bozÿas, *Nÿlas*, Marthon, Debrenthe, Dalmad, utraque Maÿsa, Gerenas, Thald vocate, ac porciones possessionarie in possessionibus Zenthmÿklos, Kwrd,[3] Sÿthfew et Zekel appellatis, habite in Tholnensi; item possessiones Igar et Thothfalw in dicto Vesprimiensi, Somodar et Themerken[4] cum pertinenciis in Sÿmigiensi; item castrum *Wereskw* vocatum cum omnibus suis opidis, possessionibus,

[1] Genyew.
[2] Chÿcho.
[3] Kwrth.
[4] Thomerken.

villis, prediis et tributis in Posoniensi, possessio Thethen in Pestiensi; item castrum et opidum Hedrehwara ac porciones possessionarie in possessionibus Olthwa, Gÿwlwez, Selew, Darnow, Remethe, Bodak, Zolnok, Lÿpolthfalwa, Gomboldus in dicto Posoniensi, Assowan, Raro, Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dunazeg, Ladamer, Hedreh, Zamor, Wÿfalw, Radwan, Medwe, Kendermedwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Ettewen, Gÿewr, Kÿsbarathÿ nominatis in predicto Jauriensi existentibus habite, ac possessiones Sag [1] in eodem Jauriensi, et Gardon in Albensi, et Strem cum pertinenciis in prenominato Castriferrei comitatibus existentes. Prefati vero magnifici Henrici sic appellantur: castrum et opidum Thamasÿ et tributum in eodem exigi consuetum, ac possessiones Wÿfalw, utraque Thengelÿcz, Zemche, Kozpa, Megies-Ireg, Gonozd, Ireg, Kÿscheh, Naghcheh, *Sarfalwa*, Men, Ewsy, Thengeld, Olazkanÿa, *Magÿarkanÿa, Hewkwth*, Jnaka, Bak, Janak et Chechk in Tholnensi; Remethe in Sÿmigiensi; Isguÿb [2] in Vesprimiensi; item castrum Wÿwaar, ac porciones possessionarie in possessionibus Omak cum tributo in eadem habito, *Nebanch*, Mÿzaar, Keczel cum tributo in eadem exigi solito, *Rÿngewsaar*,[3] *Zarkarberkÿ*,[4] Dewshÿda cum tributo in eodem habito, *Egres*, Azalo, Zana, Iwanfalwa, Zenthpal, Peleske, Magÿarfalw, *Bekasthow, Gwrlÿcze*, Zeredahel,[5] Waras, Rupul [6] cum tributo in eadem habito, Malÿhna, Rupulfew,[7] Baar, *Marczado*, *Warwÿze, Zÿlwas*, Zend [8] et Dada in Simigiensi; item opidum Hedrehel cum tributo in eodem exigi consueto ac possessiones Wÿsnÿe, Kapolnaswÿsnÿe, Daaswÿsnÿe, Henche, cum tributo in eadem habito, *Gÿenges*,[9] Kenez, Kadarkwth, cum tributo in eadem habito, Gegeh [10] et *Zenthkÿral* in Simigiensi ac

[1] Saag.
[2] Isgrÿb.
[3] Rengewsar.
[4] Zarkaberky.
[5] Zerdahel.
[6] Rwpol.
[7] Rwpolfew.
[8] Zenth.
[9] Gyengyes.
[10] Gege.

Maÿsa in Baranÿa; item castrum Debregezth et opidum similiter Debregezth cum tributo ibidem exigi solito ac possessiones *Mendzenthfalwa*, Kozmad, Thahta,[1] Zarwasd, Wÿfalw, Zaak, Banbalÿaia, Bÿrolth et predium Waÿad in Tholnensi; item castrum Podwers ac possessiones Zenthisthwan, Zelnathacz, Laholcz, Desewlcz, Kowaczolcz, Zelna et Kwpancz in Posega; item castrum et opidum Posegawaar cum tributo in eodem habito, Ztremenÿk, Dreskolcz, Zelcze, Haÿmocz Lÿpÿe, Lÿpancz, et Pribinÿe in dicto Posega; item opidum Nemethÿ cum tributo in eodem habito ac pertinenciis, et possessiones Tharnok, Werbanÿa, et Brÿgh cum earum pertinenciis in Walko; item possessio Zablathya,[2] et castellum Beletÿncz cum vado et tributo ibidem habito, necnon cum earum pertinenciis in eodem Walko; item ius patronatus abbacie ecclesie de Rudina in Posega; item universe possessiones in districtu *Zarrazermelleke* vocato in Orodiensi; item possessio *Hodwasarhel* cum suis pertinenciis in Chanadiensi et possessio Abran cum suis pertinenciis in Bihoriensi comitatibus existentes et habite. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro autentico communitas ad fassionem predictarum parcium duximus concedendas. Datum in festo Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

I. Ulászló királynak Buda 1443 márczius 12-ikén kelt megerősítő átiratából, f. IV. Nr. 1. (Lásd 170. sz. a.) — Megvan még Hunyadi János kormányzó 1446 júl. 1-iki átiratában is. (183. sz.)

170.

Buda, 1443 márczius 12. I. Ulászló király a Hédervári Lőrincz nádor és fia, Imre, macsói bán, másfelől Tamásÿ János vajda fia, Henrik között a budai káptalan előtt 1443 január 25-ikén kötött egyezséget a káptalan oklevelének átírásával megerősíti, s egyuttal az egyezség tárgyát képező birtokokra nézve mindennemű királyi jogigényeiről lemond.

Commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lÿthwanieque princeps supremus et heres

[1] Thal.

[2] Zablatya.

Ruscie significamus harum tenore, quibus incumbit, universis, quod celsitudinis nostre adiens in conspectum fidelis noster sincere dilectus magnificus vir Laurencius de Hedrehwara, dicti regni nostri Hungarie palatinus et sua, ac similiter magnifici Emerici de eadem, bani nostri Machouiensis, filii scilicet sui, personis exhibuit nobis et presentavit quasdam literas honorabilis capituli ecclesie Budensis super fraternali coadunacione, et coniunccione inter ipsos Laurencium palatinum ac Emericum banum ab una, necnon fidelem nostrum magnificum Henricum filium Waÿuode de Thamasÿ ab alia partibus in universis eorum castris, opidis, possessionibus et porcionibus possessionariis ac earundem pertinenciis in quibuscunque locis ac comitatibus intra ambitum huius regni nostri Hungarie ac alias ubivis habitis et quovis nominis vocabulo vocitatis, matura inter se ipsos deliberacione prehabita, sed et ob zelum fraternum in perpetuum factis, privilegialiter confectas tenoris subsequentis, supplicans idem Laurencius palatinus suo et dicti filii sui, nominibus celsitudini nostre humiliter, ut eisdem fraternali coadunacioni et disposicioni inter eos quo supra factis, sed et omnibus infra in tenore predictarum literarum capituli Budensis declarandis nostrum regium consensum prebere dignaremur pariter et assensum. Quarum quidem literarum predictarum tenor is est: *Lásd a budai káptalan 1443 január 25-iki oklevelét 169. sz. alatt.*

Unde nos supplicacioni dicti Laurencii palatini nobis modo quo supra porrecte benigne inclinati, prescriptas literas annotati capituli ecclesie Budensis non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed mere et sincere veritatis integritate prepollentes presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos approbamus, acceptamus et ratificamus, ac eidem fraternali coadunacioni et coniunccioni, sed et aliis omnibus et singulis premissis superius in tenoribus dictarum literarum privilegialium capituli Budensis limpidius expressatis et denotatis nostrum regium benivolum consensum prebuimus, imo prebemus pariter et assensum. Nihilominus eciam consideratis multimodis fidelitatibus, gratuitis complacenciis, et sinceris famulatibus predic-

torum Laurencii palatini ac Emerici bani, per eos a principio nostri introitus pro regimine et adepcione dominii huius regni, celico opitulamine feliciter iam in regnum hoc habiti diversimode ad nostri libitum et cordis nostri quietem honorisque et nominis nostrorum adauctum laudabilem, veluti viros eximios et provida sagacitate imbutos perfecta constancia et puro zelo exhibitis et impensis, totum et omne ius nostrum regium, quod in dictis castris, opidis, possessionibus ac porcionibus possessionariis, necnon earundem pertinenciis, sed et ad easdem pertinere debentibus ipsius Henrici filii Wayuode qualitercunque haberemus et nostram ex quibuscunque causis, modis et racionibus concerneret maiestatem, simulcum universis earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ubivis habitis et in quibuscunque comitatibus regni nostri existentibus qualitercunque vocitatis, sub earum veris metis et antiquis limitibus ex certa nostra sciencia et animo deliberato, prelatorum eciam et baronum nostrorum consilio memoratis Laurencio palatino et Emerico filio eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda et habenda, salvis iuribus alienis, harum literarum nostrarum, quibus sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur, appensum est, patrocinio et vigore mediante. Datum Bude, in festo beati Gregorii pape, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio supradicto.

Hártyára írott eredetije fasc. IV, Nr. 1. A pecsét zöld, fehér és rózsaszínű selyemsodraton függ.

Fejér Cod. Dipl. T. VII vol. 1-nek 103—104-ik lapján közöl a Czeh gyüjteményből egy I. Ulászló király által ugyanezen napon keltezett oklevélrészletet, melynek szövege eltér ettől, a mennyiben a király nem írja át a Hédervériak és Thamássy Henrik egyezséglevelét, hanem az egyezséget mint a király személye előtt történt dolgot, királyi oklevelébe foglalja. A Géza vezér idejebeli közös őstől való származás elbeszélése után következő részeket egészen elhagyja.

171.

1443 szeptember 29. A pozsegai káptalan előtt Benedek szombati helyi plébános Koroghy Jánosné és Hédervári Pálné személyében tiltakozik az ellen, hogy Garai Pál fiának Dezső bánnak fia, János lefoglaltatta a darnóczi és szentmiklósi birtokrészeiket.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posega memorie commendamus per presentes, quod honorabilis magister Benedictus, canonicus ecclesie Boznensis et plebanus de Zombathel im personis nobilium dominarum Elyzabeth, magnifici Johannis de Korogh et Katherine, egregii Pauli de Hedrehuar consortum, filiarum videlicet condam egregii Johannis filii Ladislai filii Pauli, filii Stephani de Gara ad nostram personaliter veniendo presenciam per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo egregius Johannes, filius condam magnifici Desew bani, filii dicti Pauli de eadem Gara temporibus preteritis totales porciones castri Darnoucz vocati, pertinenciarumque eiusdem ac porciones possessionarias in possessione Zenthmyklos vocata et suis pertinenciis habitas, prefatas dominas Elyzabeth et Katherinam castro et possessione in predictis pertinenciarumque eorundem concernentes, in quorum pacifico dominio eedem domine eciam mortuo annotato condam Johanne genitore ipsarum diucius perstitissent pro se minus iuste et indebite occupasset et occupari fecisset, occupatasque conservaret et eisdem uteretur de presenti potencia mediante, ipsas dominas de dominio eorundem prorsus excludendo in earundem preiudicium et iuris derogamen ac dampnum valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione idem magister Benedictus in personis prefatarum dominarum Elyzabeth et Katherine memoratum Johannem filium dicti condam Desew bani et alios quoslibet ab huiusmodi potenciali et iniusta occupacione, detencione et qualibet usurpacione, sibique appropriacione, perpetuacione et statui faccione predictarum universarum porcionum castri ac possessionariarum memoratarum dominarum ipsas in prescriptis castro Darnowch et possessione Zenthmyklos pertinentiisque ac villis, opidis et possessionibus ad idem et eandem spectantibus concernencium et concerni debencium fructuum usuum-

que et quarumlibet utilitatum earundem percepcione et percipi faccione seque in dominium ipsarum intromissione quoquomodo factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis serie presencium mediante. Datum in festo beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével az Országos Levéltárban M. O. D. L. 13748 jelzet alatt.

172.

Buda, 1444 deczember 22. Hédervári Lőrincz nádor levele, Perényi Jánoshoz, melyben értesíti, hogy Pálóczi Simonnal kötendő egyezség létrehozásában segítségére leend. Tudatja továbbá, hogy Giskra János és mások azt állítják, hogy Talafusz az ő barátja, pedig ez Tokajból sok kárt okozott.

Kiadva Zichy Okmánytár IX. k. 89. sz.

173.

1445 január 31. A budai káptalan I. Ulászló 1444 deczember 21-ikén kelt parancsára Hédervári Lőrincz nádort és fiát, Imre macsói bánt bevezette mindazon birtokokba, a melyek a néhai Tamásy Vajdafia Henrikkel kötött szerződés révén, ennek holta után reájok szálltak.

Capitulum ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis, domini nostri, domini Wladislai, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. regis introductorias et statutorias, nobis directas, reverenter recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lithwanieque princeps supremus et heres Ruscie, fidelibus nostris capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Dicunt nobis fideles nostri, magnifici Laurencius de Hedrehwara, dicti regni nostri Hungarie palatinus et Eme-

ricus, filius eiusdem, banus Machouiensis, quomodo ipsi in dominium castrorum Thamasÿ et Debregezth in Tholnensi, Vÿwar in Simigiensi, Posegauar et Podwrsa vocatorum in Posega comitatibus existencium et habitorum, necnon oppidi similiter Thamasy et tributi in eodem exigi soliti ac possessionum Vyfalu, utriusque Thengelych, Zenche, Kozpa, Meggyeswrugh, Gonozd, Irwgh, Kyscheh, Nagcheh, Sarfalwa, Meen, Ewsÿ, Thengeld, Olazkanÿa, Magÿarkanÿa, Hewkwth, Inaka, Bak, Janak et Chechk in Tholnensi, necnon Remethe apellatarum in Simigiensi comitatibus adiacencium, ad dictum castrum Thamasy, item possessionum Omak et tributi ibidem habiti, necnon Nebanch, Myzar, Kechel ac tributi in eadem exigi soliti, Ryngewsar, Zarkaberkÿ, Dewshyda, cum tributo in eadem habito, Egres, Azalo, Zana, Iwanfalua, Zenthpal, Peleske, Magyarfalw, Bekastho, Gwrlice, Zerdahel, Waras, Rwpul, cum tributo ibidem habito, Malihna, Rupulfe, Kaposfew, Bar, Maiczado, Varwÿze, Zylwas, Zend et Dada vocatarum, in eodem comitatu Simigiensi existencium ad pretactum castrum Vÿwar, item oppidi Debregezth cum tributo ibidem habito ac possessionum Balÿa, Mendzenthfalwa, Kozmad, Tahtah, Zarwasd, Vyfalw, Zaak, Banbalÿaÿa, Kysfalwd, Eghazasfalu, Birolth et predii Vayad vocatarum, in prescripto comitatu Tholnensi situatarum, ad prenominatum castrum Debregezth pertinencium, preterea opidi Hedrehhel, cum tributo ibidem habito, necnon possessionum Wÿsnÿe, Kapolnaswÿsnÿe, Daaswÿsnÿe, Henche et tributi in eadem habiti, Gengyes, Kenees, Kadarkwth cum tributo in eadem habito, necnon Gege et Zenthkÿral vocatarum, in sepedicto comitatu Simigiensi habitarum, ad idem opidum Hedrehhel pertinencium, ac possessionum Maÿsa in Baranÿa et Isnÿk in Vesprimiensi comitatibus adiacencium, item opidi Posegawar cum tribu[to ibidem habito, necnon] possessionum Ztremenyk, Dreskolcz, Zelcze, Haymocz, Lÿpÿe, Lypanch et Prybynÿe vocatarum, in predicto comitatu de Posega existencium, ad dictum castrum Posegawar, ceterum possessionum Podwrsa et tributi in eadem exigi soliti, necnon [Zenth-Istwan, Zelnathacz] Laholcz, Desewlcz, Kowacholcz, Zelna, Kwprina et Kwpancz nominatarum, in eodem comitatu de Posegawar [existencium, ad dictum castrum Pod-

worsa] spectancium, opidique Nemethÿ cum tributo, necnon castelli Beletincz, similiter cum tributo et vado ibidem habitis ac possessionum Kamarocz, Tharnok, Verbanÿa et Brygh, necnon Zablatÿa nuncupatarum, in comitatu de Valko adiacencium, [aliarum]que universarum possessionum porcionumque et iurium possessionariorum, ad prenominata castra, castellum et oppida, que magnifici condam Henrici filii Vayuode de dicta Thamasÿ prefuissent, pertinencium, ipsos scilicet Laurencium palatinum et Emericum banum, filium eiusdem racione contractus seu fraternalis confederacionis inter ipsos ab una et dictum condam Henricum, filium Vayuode ab altera partibus facte et celebrate pleno iure concernencium legittime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente magister Benedictus de Peczel, curie nostre notarius, homo noster de ipsa curia nostra ad id specialiter transmissus, ad facies castrorum, castelli, oppidorumque et possessionum prenarratorum, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Laurencium palatinum et Emericum banum, filium eiusdem in dominium eorundem et pertinenciarum ipsorum, statuatque eadem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis memoratis Laurencio palatino et Emerico bano iure ipsis incumbenti perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Laurencium palatinum et Emericum banum nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros et post hec huiusmodi possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, ac vicinorum et commetaneorum, qui eidem statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Thome apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. *(1444 deczember 21.)*

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedientes, ut tenemur, unacum prefato magistro Benedicto de Peczel, homine ipsius domini nostri regis, de curia

sua regia specialiter transmisso unum ex nobis, videlicet discretum virum magistrum Jacobum, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis consona voce retulerunt tali modo, quod ipsi primo in festo beati Thome episcopi et martiris proxime preterito *(decz. 29.)* ad facies prescriptorum castri Thamasÿ et opidi similiter Thamasy, tandem vero feria quinta inmediate sequenti, videlicet in festo beati Silvestri pape *(decz. 31.)* ad faciem prescripti castri Vywar, demum vero sabbato proximo post festum Circumcisionis domini *(1445 jan. 2.)* modo simili proxime preteritum ad faciem antefati opidi Hedrehhel, postea autem feria secunda inmediate succedenti *(jan. 4.)* ad faciem prenarrati castri Debregezth, demumque feria quarta inmediate subsequenti, videlicet in festo Epiphaniarum domini *(jan. 6.)* ad faciem antefate possessionis Maÿsa, preterea die dominico *(jan. 10.)* inmediate succedenti ad faciem prenominati castri Podworsa, denique feria tercia *(jan. 12.)* inmediate sequenti ad facies pretactorum castri Posegawar et opidi similiter Posegawar vocatorum, postremo siquidem sabbato proximo ante festum beati Anthonii confessoris *(jan. 16.)* modo simili proxime preteritum ad facies prelibatorum opidi Nemethÿ et castelli Beletincz appellatorum vicinis et commetaneis earum ùniversis inibi legittime convocatis, presentibusque Dominico et Thoma de Zenche, Blasio ac Johanne de Dorog, Michaele de Kospa Andrea ac Emerico dictis Tyburcz de Hene, Gregorio ac Michaele de Farnad, Paulo ac Michaele de Pernez, Emerico, Mathia, Paulo et Johanne, dictis Vgron de Thorwe, necnon Briccio, Nicolao et Stephano litterato de Bak prescriptorum castri et oppidi Thamasÿ vocatorum, item egregiis Ders de *Zerdahel*, Georgio filio Emerici filii Johannis et Paulo filio Danch de eadem, Emerico de Fyred, Benedicto filio Briccii, Ladislao filio Ipoliti et Nicolao de Illyewelgh, Johanne de Zyman ac nobili domina relicta Ladislai de Wÿttÿa, prelibati castri Vÿwar, preterea Georgio Kalman ac nobili domina relicta et Johanne filio condam Johannis similiter Kalman dicti de Inakod, Nicolao et Johanne filiis Anthimi de Zenthmarthon,

nobilibusque dominabus Jacobi de Gerezgal et Ladislai filii Johannis de Vÿsnÿe relictis et Barnaba dicto Bako de Laad prenominati opidi Hedrehhel, item Michaele de Ezeel, Andrea Bodo, Nicolao et Andrea de Zabar, Emerico et Michaele filiis Stephani dicti Maÿos de Daro, Dominico et Benedicto de Solÿag ac Gregorio *Malacz* et Georgio de Kerchmen anotati castri Debregezth, necnon Ladislao Thethews de Bathmonostra prelibate possessionis Maÿsa, necnon Johanne filio Pauli de Procha, utrisque Paulo de Strezenocz, Johanne filio Vgrini et Jacobo de Jakowÿgh alias de Hrusocz, Luca de Pawlocz, iudice nobilium comitatus de Posega, Bencze et Nicolao Georgio et Stephano de Lÿpinÿe, Nicolao et Georgio de Zelnathacz, iam fati castri Podworsa, item Georgio filio Petri, Nicolao filio alterius Petri, Barnaba filio Raden, Blasio filio Stephani, Nicolao filio Nicolai, Johanne litterato filio Nicolai filii Petri filii Geleth de Stupnok, Wokachen de Laaz et Jacobo filio eiusdem, Johanne filio Dominici de Kalnok, egregio Demetrio Tarnok, castellano castri Vÿwar, Gregorio de Strabathnok, Georgio Daczÿan de Pribinÿe, Georgio et Nicolao de Brezthocz, antefati castri Posegawar ac magnificis Mathkone de Thallowcz, comite Cetine, regnorumque Dalmacie et Croacie ac tocius Sclauonie bano et Ladislao de Maroth alias bano Machouiensi, necnon honorabilibus domino Andrea custode ac magistris Gregorio de Erdewd, altero Gregorio et Clemente canonicis ecclesie Bachiensis prenarratorum opidi Nemethÿ et castelli Beletincz vicinis et commetaneis accedendo prefatos magnificos Laurencium palatinum et Emericum banum, filium eiusdem in dominium eorundem et ipsarum introduxissent, easdemque et ipsam cum pretactis suis pertinenciis et utilitatibus, quibuslibet eisdem nullo contradictore apparente perpetuo possidenda statuissent diebus legittimis in faciebus eorundem permanendo. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas, alphabetoque intercisas ad fassionem predictorum domini regis et nostri hominum duximus concedendas. Datum per manus honorabilis viri domini Valentini lectoris et canonici ecclesie nostre predicte sedecimo die ultime diei introduccionis et statucionis prenotatarum, anno domin

millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, presentibus honorabilibus viris dominis Mathia cantore, Paulo custode, magistris Eberhardo, Dionisio de Buda, Kiliano, Paulo, Jacobo, Emerico ceterisque canonicis fratribus nostris in dei ecclesia predicta regi iugiter famulantibus sempiterno.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 14 jelzés alatt. — A hártya elején ABC betük kettévágva láthatók. Megvan még a budai káptalan 1496 május 15-ikén kelt hiteles átiratában. (Lásd 349. sz. a.)

174.

Székesfehérvár, 1445 február 8. Dénes esztergomi érsek, Mátyás veszprémi püspök, Hédervári Lőrincz nádor, Ujlaki Miklós és Hunyadi János erdélyi vajdák Báthmonostori Töttös Lászlót az ország bajainak orvoslása végett tartandó gyűlésre április 4-ikére Pestre hívják.

Kiadva Zichy Okmánytár IX. k. 91. sz. — Azonos tartalmú levélben hívják meg a zalamegyei fő- és köznemeseket. *Lásd Zalai Okmánytár II. k. 260. sz.*

175.

1445 márczius 12. Az egri káptalan előtt György, várkonyi plébános Nempti-i Loránt fia György, felesége, Anna asszony és gyermekei, János, Tamás, György és Katalin nevében tiltakozik az ellen, hogy osztályos atyafia, Tamásy Henrik, Hédervári Lőrincz nádor és Ujlaki Miklós erdélyi vajda Nempti, Tárnok, Zablathya, Breg, Komaron és Sekelfalva (Valkó vármegye), továbbá Molnosabran (Közép-Szolnok m.) birtokait I. Ulászló királytól adományképp felkérték, az adományozást elfogadták és ezen birtokokat használják is.

Kiadva Hazai Okmánytár VII. k. 414. sz.

176.

Pest, 1445 május 5. Az országos tanács meghagyja a budai káptalannak, hogy Hédervári Lőrincz és fia, Imre, továbbá Tamásy Henrik között kötött szerződés értelmében *(169. sz.)* Hédervári Lőrinczet és fiát, Imrét iktassa be Posegavár, Beletincz, a két Kecsőd, továbbá néhai Thah birtokrészei és Dalmad és Somodar, Serkei Loránt fia Györgyöt pedig Zsigmond király 1423 november 5-ikén

kelt oklevele alapján *(142. sz.)* Thamásy, Ujvár, Podversa és Hedrehel birtokok élvezetébe, mivel Tamássy Henrik csak Zsigmond király oklevele után szerzett birtokait köthette le a Hédervváriaknak, míg a korábbiak Serkei Loránt fia Györgyöt illetik.

Prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Budensis amiciciam paratam et continui honoris incrementum. Noveritis, quod nobis in hanc presentem convencionem generalem pro reformando statu regni et uniuscuiusque libertate hys disturbiorum temporibus aliquatenus turbata restauranda in hanc civitatem Pesthyensem coadunatis et congregatis, magnificus dominus Laurencius de Hedrehwara, dicti regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum personaliter in nostram veniendo presenciam, presente magnifico Nicolao de Wylak, inter cetera wayvoda Transsilvano, et bano Machouiensi, contra eundem proposuit eo modo, quomodo licet universa iura possessionaria, videlicet castra, castella, opida, ville, possessiones, porcionesque possessionarie magnifici condam Herrici, filii Wayvode de Thamasy in ipsum ac magnificum Emericum, similiter banum Machouiensem, filium suum devolute et redacta haberentur, tamen ipse dominus Nicolaus, wayvoda Transsilvanus hys proximis diebus, temporibus videlicet gwerrarum castra Thamasy in Tholnensi et Wywar vocata ac opidum Hedrehel in Simigiensi comitatibus habitas cum aliis opidis, villis, possessionibus, porcionibusque possessionariis ac prediis, tributisque sew theoloneÿs, ad eadem castra et opida spectantibus et pertinere debentibus, preterea quasdam alias duas possessiones suas, Dalmad et Somodar vocatas cum earum pertinenciis, ad castrum suum Ozora vocatum spectantibus et pertinere debentibus vi et potencialiter pro se occupasset, occupatisque uteretur de presenti in sui iuris preiudicium et derogamen multum ingens et ibidem in huius documentum, ut prescripta iura possessionaria antefati condam Herrici, filii Wayvode ipsum et prefatum Emericum banum, filium suum de iure concernere debeant, duas literas nostro examini curavit demonstrare, quarum prima serenissimi domini nostri Wladislai regis privilegialis, sigillo eiusdem, quo ut rex Hungarie utitur, vallata, Bude in festo beati Gregorii pape, anno domini millesimo qua-

dringentesimo quadragesimo tercio edita, *(1443 márczius 12.)* habens in se verbotenus et confirmative series et continenciam quarundam literarum vestrarum consimiliter privilegialium, in festo Conversionis beati Pauli apostoli, in eodem anno et preterito confectarum *(1443 január 25.)* declarabat, quod magnificis Laurencio de Hedrehwara, regni Hungarie palatino et iudice Comanorum, necnon Emerico, filio eiusdem ab una, parte siquidem ab alia Herrico, filio condam Johannis Wayvoda *(igy)* de Thamasy, pridem magistro ianitorum regalium coram vobis personaliter constitutis, per eosdem sponte et parili voce confessum extitisset in hunc modum, quomodo parentes eorum a primevo tempore scilicet Geyse ducis, patris utputa sancti Stephani regis ab uno avo et prothavo duxissent originem et fuissent propagati, semperque amore et fraternali dileccione mutuo se confovissent, ipsique nunc matura deliberacione inter se prehabita, eandem fraternalem dilecciones, qua predecessores eorum coniuncti fuissent et gavisi, ampliare et de novo eadem congaudere satagerent, in signumque huiusmodi perpetue fraternalis dilecciones in universis ipsorum castris, opidis, possessionibus et porcionibus possessionariis ac earum pertinenciis, in quibuscunque locis ac comitatibus inter ambitum regni et alias ubivis habitis, quovis nominis vocabulo vocitatis, literis in eisdem eciam nominaliter expressis, hanc fraternalem coadunacionem ac coniunccionem et disposicionem perpetuo et irrevocabiliter duraturas iniissent et fecissent, quod si divino nutu, cui nullus in humana natura positus contraire valeret, quempiam ipsorum ex hoc seculo absque heredum solacio utriusque sexus decedere contingerit, extunc castra, castella, opida, possessiones et porciones possessionarie ac tributa, ubivis habite et exigi solita cum omnibus earundem utilitatibus, pertinenciis et proventibus in partem aliam superviventem perpetuo iure condescendi, devolvi ac redundari deberent, hoc adiecto, quod si qua parcium in humanis agente et existente aut tempore finali vite sue de eisdem castris, castellis, opidis, possessionibus, porcionibus possessionariis vel tributis cuipiam, signanter ecclesiis aut uxori vel familiaribus dare, donare, aut testamentaliter legare niteretur, extunc absque scitu et voluntate, necnon consensu alterius partis nequa-

quam facere et disponere valeret, neque possit, salvis tamen iuribus consortum earundem parcium in eisdem castris, castellis, opidis, possessionibus, porcionibus possessionariis, necnon tributis habitis et de iure provenire debentibus eisdem remanentibus. Prefatus itaque dominus noster rex ad supplicacionem iustam pretacti Laurencii palatini prescriptas literas vestras, quo ad omnes suas clausulas et articulos ratificans et approbans eidem fraternali coadunacioni et coniunccioni [suum] regium benivolum consensum prebuisset et assensum, nichilominus eciam consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis et sinceris complacenciis eorundem Laurencii palatini et Emerici bani per eos maiestati sue exhibitis et inpensis, totum et omne ius suum regium, quod in dictis castris, opidis, possessionibus et porcionibus possessionariis, necnon eorundem pertinenciis qualitercunque habuisset et suam quibuscunque causis et racionibus contigisset maiestatem, simulcum universis earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ubivis et in quibuscunque comitatibus regni sui existentibus, qualitercunque vocitatis sub eorum veris metis et antiquis limitibus ex certa sue maiestatis sciencia et animo deliberato, prelatorum eciam et baronum suorum consilio memoratis Laurencio palatino et Emerico bano, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, donasset et contulisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas salvo iure alieno.

Secunda vero earum, modo simili vestra statutoria, sedecimo die diei sabbati proximi ante festum beati Anthonii confessoris proxime preteritum *(1445 január 31.)* privilegialiter edita, alphabetho intercisa declarabat, quod regius et vester homines, literis in eisdem nominati et ad regium literatorium mandatum transmissi, primo in festo beati Thome episcopi et martyris proxime preterito *(deczember 29.)* ad facies prescriptorum castri Thamasy et opidi similiter Thamasy, tandem vero feria quinta inmediate sequenti, videlicet in festo beati Siluestri pape *(deczember 31.)* ad faciem prescripti castri Wywar, demum vero sabbato proximo post festum Circumcisionis domini modo simili proxime preteritum *(január 2.)* ad faciem antefati opidi Hedrehel, postea autem feria secunda

inmediate succedenti *(január 4.)* ad faciem castri Debregezth, demum vero feria quarta inmediate subsequenti, videlicet in festo Epiphaniarum domini *(január 6.)* ad faciem possessionis Maÿsa, demum vero die dominico inmediate succedenti *(január 10.)* ad faciem castri Podwersa, demumque feria tercia subsequenti *(január 12.)* ad facies castri Posegawar et opidi similiter Posegawar vocatorum, postremo siquidem et ultimo, in dicto sabbato proximo ante festum beati Anthonii confessoris similiter proxime preteritum *(január 16.)* ad facies opidi Nemethy et castelli Belethyncz appelatorum, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, prefatos dominum Laurencium palatinum et Emericum banum, filium eiusdem in dominium earundem et ipsarum introduxissent, easdemque et ipsam cum pretactis suis pertinenciis et utilitatibus quibuslibet eisdem nullo contradictore apparente perpetuo possidenda statuissent, diebus legittimis in faciebus eorundem permanendo.

Quibus presentatis idem dominus Laurencius palatinus premissa castra ac opida et possessiones ad easdem pertinentes iuxta vim et formam presentis novi nostri generalis decreti super novis possessionum occupacionibus editi et stabiliti remitti et resignari postulavit per Nicolaum wayvodam antedictum coram nobis.

Quo audito prefatus Nicolaus wayvoda personaliter in nostram exurgendo presenciam, respondit ex adverso, quomodo ipse prescripta castra Thamasy et Wywar apellata ac opida et possessiones pretactas inmediate post obitum et defectum seminis antefati condam Herrici, filii Wayvode de Thamasy nomine regio occupasset, eademque et easdem regie maiestati conservaret, pretactas eciam duas possessiones Dalmad et Somodor vocatas cum earum pertinenciis pro eo occupasset, quia eedem ipsum titulo iuris hereditarii concernerent et super hoc ipse literas haberet efficaces.

Quibus sic habitis et perceptis, cum nos inter ipsas partes pro reformanda inter eas pace diucius laborassemus, multosque tractatus habuissemus et demum eisdem partibus petentibus iudicium et iusticiam, unicuique ipsarum parcium aministrare voluissemus, mox egregius Georgius, filius Lorandi

de Serke personaliter in nostram exurgendo presenciam et se presenti cause intromittendo retulit et alegavit eo modo, quomodo pretacta castra, opida, possessionesque ac porciones et cuncta iura possessionaria antefati condam Herrici, filii Wayvode propter defectum seminis eiusdem in ipsum iure successorio devoluta et redacte extitissent et in huius declaracionem quasdam literas serenissimi et incliti principis condam domini Sigismundi, Romanorum ac Hungarie etc. regis privilegiales, secreto suo sigillo vallatas, ad propriam suam commissionem emanatas obtulit nostro examini habentes hunc tenorem: *(Zsigmond király 1423 november 5-ikén kelt oklevele. Lásd 142. sz. a.).*

Quarum quidem literarum exhibicionibus factis partes predicte per nos eis in premissis iudicium et iusticiam postularunt impertiri, videlicet prefatus Nicolaus wayvoda prescripta castra opidaque, possessiones ac porciones possessionarias, ipso Herrico, filio Wayvode sine heredibus decedente, nomine regio se occupasse, dictas eciam possessiones Somodor et Dalmad sibi titulo iuris hereditarii pertineri fore et propterea similiter occupasse modo prehabito allegaverit, quamvis eciam pretactus Herricus, filius Wayvode ex una, ac prefati domini Laurencius palatinus et Emericus banus, filius eiusdem ex altera partibus prescriptam fraternalem confederacionem inter se modo prenarrato inÿerint, fecerintque et disposuerint, huicque regia maiestas consensum prebuerit ac totum et omne ius suum regium, si quod castris, castellis, opidis et possessionibus in predictis habuisset, eisdem domino Laurencio palatino et Emerico bano, filio eiusdem contulerit, tamen quia in prescripto anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio antefatus condam dominus Sigismundus imperator et rex ad instantem suplicacionem prelibatorum Ladislai et Herrici, filiorum Wayvode hanc specialis gracie prerogativam, ut scilicet universa castra, castella, civitates, opida, possessiones et queque iura possessionaria ipsorum Ladislai et Hernici, *(igy)* quibusvis nominibus vocabulorum vocitata et appellate inter ambitum huius regni Hungarie in quibuscunque comitatibus ubilibet existentes et habita, in annotatum Georgium, filium Lorandi et neminem alium ac cunctos heredes, super-

stites et posteritates eiusdem in perpetuum possidenda devolverentur et derivarentur, fecisse ex premissis reperiebatur, propter quod prefatus Herricus, filius Wayvode contra formam huiusmodi gracie in iuribus possessionariis, quo ante emanacionem earundem literarum graciosarum habuisset, sed solum in illis iuribus possessionariis, que post earundem emanacionem aquisivisset et habuisset, prescriptam fraternalem confederacionem cum dictis dominis Laurencio palatino et Emerico bano, filio eiusdem facere potuisse et ob hoc castrum Posegawar in comitatu de Posega adiacens cum suis pertinenciis ac castellum Belethyncz in comitatu de Walko existens modo simili cum suis pertinenciis, sed et possessiones, utraque Kechewd et possessiones ac porciones possessionarie condam Thah in comitatu Tholnensi adiacentes, quas scilicet et que prefatus Herricus post emanacionem prescriptarum literarum annotati condam domini Sigismundi imperatoris et regis graciosarum, in pretacto anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio emanatarum *(1423)* aquisivisse et possedisse per partes asserebantur, sed et alie queque possessiones et iura possessionaria antefati condam Herrici post earundem literarum graciosarum emanacionem aquisite et inventa, sew quocunque iuris titulo habite et possessa, vigore prescripte fraternalis confederacionis prelibatis dominis Laurencio palatino et Emerico bano, filio eiusdem in perpetuum adiudicari et statui ac eciam prescripte possessiones, Dalmad in Tolnensi et Somodor in Simigiensi comitatibus, ut dicitur, adiacentes cum earum pertinenciis a manibus ipsius domini palatini per prefatum dominum Nicolaum wayvodam occupate, ordine iuris ac eciam ex vi dicti generalis nostri decreti similiter pretactis dominis Laurencio palatino et Emerico bano, filio eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus in perpetuum adiudicari, eisdemque statui debere; pretacta autem castra Thamasy et Wywar ac opidum Hedrehel, cetereque possessiones et iura possessionaria prelibati Herrici, quas et que idem ante emanacionem prescriptarum literarum graciosarum antefati condam domini imperatoris aquisivisset et habuisset, sed et alie quevis possessiones et [iu]ra possessionaria eiusdem Herrici ante emanacionem earundem literarum

graciosarum dicti domini imperatoris aquisite et inventa, habiteque et possessa, annotato Georgio, filio Lorandi et suis heredibus consimiliter in perpetuum adiudicari et statui debere nobis tenebatur, pro eo prescriptum castrum Posogawar et castellum Belethÿncz cum eorum pertinenciis ac possessiones utrasque Kechewd, necnon possessiones et porciones possessionarias dicti condam Thah ac eciam possessiones Dalmad et Somodor cum earum pertinenciis annotatis domino palatino et Emerico bano, filio eiusdem in perpetuum adiudicantes eisdemque restatuere, prelibata siquidem castra Thamasy et Wywar, castellumque Podwersa ac opidum Hedrehel cum eorum pertinenciis prelibato Georgio, filio Lorandi consimiliter in perpetuum adiudicantes et modo subscripto statuere decernentes, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimoniis fide dignos, quibus presentibus magistri Benedictus de Peczel, vel Petrus de Alba, sive Thomas de Demsed, neve Nicolaus de Cheke, cew Demetrius de Bwd pro parte dicti domini Laurencii palatini et Emerici bani, filii eiusdem, item magistri Johannes de Mohora aut Ladislaus de Damonÿa, sin Leonardus de Demeterÿ, sew Nicolaus de Wÿs pro parte antefati Georgii, filii Lorandi, aliis absentibus homines nostri de curia regia per nos ad id specialiter transmissi, ipsi utputa noster et vester homines pro parte prelibatorum domini Laurencii palatini et Emerici bani deputati ad facies dictorum castri Posegawar et castelli Belethÿncz ac possessionum utriusque Kechewd, necnon Dalmad et Somodar ac possessionum et porcionum possessionariarum dicti condam Thach, preterea prelibati noster et vester homines pro parte annotati Georgii, filii Lorandi deputati ad facies dictorum castrorum Thamasy et Wywar ac castelli Podwersa, necnon opidi Hedrehel, vicinis et commetaneis ipsorum et eorundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, ipsum castrum Posegawar et castellum Belethÿncz cum eorum pertinenciis ac possessiones utrasque Kechewd, necnon Dalmad et Somodar, possessionesque et porciones possessionarias dicti condam Thah cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis, prelibatis dominis Laurencio palatino et Emerico bano, filio eiusdem,

ipsorumque heredibus iure perpetuo possidenda, pretacta quoque castra Thamasy, Wywar et Podwersa ac opidum Hedrehel cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis prelibato Georgio, filio Lorandi consimiliter iure perpetuo et in sempiternum possidenda et habenda statuat et committat contradiccione ipsarum parcium sibi invicem et aliorum quorumlibet non obstante. Ceterum quia prefatus dominus Laurencius palatinus prelibatum Herricum, filium Wayvode quam plures possessiones et porciones possessionarias post emanacionem prescriptarum literarum graciosarum antelati domini imperatoris et regis aquisivisse et invenisse, sed earum nomina se pro nunc ignorare referebatur, pro eo iudicando commisimus eo modo, ut prelibatus dominus Laurencius palatinus universas literas, quibus mediantibus quascunque ex possessionibus et porcionibus possessionariis pretitulati condam Herrici, filii Wayvode post emanacionem preexhibitarum literarum graciosarum dicti condam domini imperatoris et regis aquisitas et inventas fuisse declarare posset, in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturo *(jún. 24.)* Bude coram nobis et magnifico comite Georgio de Rozgon, iudice curie regie aut nostri et eiusdem comitis Georgii in personis coram reverendo in Christo patre, domino Petro, episcopo ecclesie Wacÿensis, cancellario scilicet et conservatore sigilli nostre communitatis ac egregio magistro Clemente Thapan de Harazth, prothonotario prefati comitis Georgii exhibeant et producant et quascunque iidem ex possessionibus sew iuribus possessionariis sepefati Herrici post emanacionem dictarum literarum graciosarum antelati condam domini imperatoris aquisitas et inventas fore, ex huiusmodi literis et literalibus instrumentis cognoverint et comperierint, easdem antelatis domino palatino et Emerico bano, filio eiusdem, contradiccione prefati Georgii, filii Lorandi et aliorum quorumlibet non obstante, vigore literarum nostrarum per ipsum dominum episcopum superinde conficiendarum restatuere et restatui facere committimus et volumus et decernimus, eciam et committimus, ut prefatus dominus Nicolaus waÿvoda, si aliquid iuris et proprietatis ad dictas possessiones Dalmad et Somodar habet, sew se habere pretendit, easdem possessiones iuxta

regni consuetudinem requirere possit et valeat, requirendique iuris ordine habeat facultatem. Premissarum siquidem possessionariarum statucionum series, ut fuerit expediens, ad octavas festi Jacobi apostoli nunc venturas legittime perdurando nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Pesth predicta, in vigilia Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije szakadozott papíron, hátára nyomott pecséttel és bírói záró pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 11430. jelzet alatt.

177.

1445 május 12. A budai káptalan előtt Serkei Lorántfi György a maga és érdektársai nevében tiltakozik Pozsega várának és Beretenczne k Hédervári Lőrincz nádor vagy bárki más által való birtokbavétele ellen.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus, quod egregius Georgius filius Lorandi de Serke in sua ac Johannis, Thome et Gregorii filiorum suorum, item magnifici Emerici filii wayvode de Pelsewlcz et Job filii eiusdem personis nostram veniendo in presenciam, magnificum Laurencium de Hedrehwara, regni Hungarie palatinum et alios quoslibet ab occupacione castri Posogawara vocati in comitatu de Posoga ac castelli Beretencz in comitatu de Walko adiacencium cum pertinenciis ipsorum castri et castelli, que alias Henrici filii Wayvode de Thamasy prefuissent, in quibusvis comitatibus haberentur et quovis nominis vocabulo vocitarentur, ipsumque palatinum et alios quoslibet in dominium ipsorum et pertinenciarum eorundem castri et castelli quovis quesito colore intromissione et sub ipsis statui faccione, usuum, fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem percepcione vel percipifaccione suo et predictorum nominibus prohibuit et prohibendo contradixit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria quarta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével az Országos Levéltárban M. O. D. L. 33794. jelzet alatt.

178.

Pest, 1445 május 19. Hédervári Lőrincz nádor Koroghi Philpws fia János kérésére átírja I. Ulászló 1440 október 15-ikén *(164. sz.)* kelt oklevelét, melyet Hédervári Pál testvérének, László pannonhalmi apátnak megőrzés végett átadott.

Nos Laurencius de Hedrehuara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nobis feria quinta proxima ante festum beati Georgii martyris *(apr. 22.)* proxime preteritum, in civitate Pestiensi, in congregacione scilicet prelatorum, baronum et regnicolarum pro disponendo tranquilo statu dicti regni in eandem civitatem Pestiensem promulgata constitutis, magnificus Johannes, filius Philpws de Korogh, personaliter iuxta continenciam literarum nostrarum citatoriarum, ipsam citacionem in dicta civitate Pestiensi coram nobis facie ad faciem factam fuisse denotancium, in figura nostri iudicii comparendo contra religiosum dominum, fratrem Ladislaum de dicta Hedrehuara, abbatem ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie proposuerat eo modo, quomodo egregius Paulus de dicta Hedrehuara, frater utputa carnalis ipsius domini Ladislai abbatis, qui alias nobilem dominam, filiam Johannis de Gara iunioris habuisset in consortem, certas literas serenissimi principis, domini nostri, domini Wladislai, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. regis super facto castri Darnocz, in regno Sclavonie, in comitatu scilicet Crisiensi existentis, nobilem dominam Elizabet vocatam, consortem ipsius scilicet Johannis, filiam similiter dicti Johannis de Gara concernentis, hÿs disturbiorum temporibus, causa tucioris conservacionis eidem domino Ladislao abbati, fratri suo tradidisset et nunc eedem erga manus ipsius domini abbatis haberentur, quarum paribus ipse pro rectificacione et reapropriacione dicti castri Darnocz plurimum indigeret, quas per eundem dominum abbatem exhiberi et paria earundem in transcripto nostrarum literarum habere vellet. Quo audito prefatus dominus Ladislaus abbas modo simili personaliter in nostram exurgendo presenciam, respondit ex adverso, quod hoc verum

foret, ut dicte litere erga manus suas modo premisso haberentur, et easdem in brevi termino ulteriori per nos sibi dando, pro dandis eidem Johanni ipsarum paribus coram nobis exhibere vellet. Quibus sic habitis, iudicando commisimus eo modo, ut annotatus dominus Ladislaus abbas dictas literas regias tercio die festi Penthecostes *(máj. 18.)* tunc proxime venturo coram nobis exhibere et producere deberet et teneretur. Tandem ipso termino instante prefatus dominus Ladislaus abbas personaliter in nostram veniendo presenciam, quasdam literas dicti domini nostri, domini Wladislai regis patentes, secreto suo sigillo consignatas nobis presentavit, habentes hunc tenorem: *(I. Ulászló király 1440 október 15-ikén kelt oklevele. Lásd 164. sz. a.).*

Quibus presentatis, quia eedem litere factum dicti castri Darnocz tangere dinosscebantur, idcirco nos paria seu tenores earundem sine diminucione et augmento aliquali presentibus literis nostris privilegialibus verbotenus inseri et transscribi faciendo eidem Johanni de Korogh duximus concedendas. Datum in civitate Pestiensi predicta, secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban M. O. D. L. 34303 jelzet alatt.

179.

1445 augusztus 17. A budai káptalan jelenti az országtanácsnak, hogy midőn Serkei Lorántfi Györgynek Újvár, Thamásy, Podversia és Hederhel birtokba történendő beiktatása végett felszólította Hédervári Lőrincz nádort és fiát, Imrét, hogy Podversiát bocsássák ki kezükből, ezt megtagadták; szintúgy Újlaki Miklós, felszólíttatván Újvár, Thamásy és Hederhel kiadása végett, az ország fontos ügyeivel való elfoglaltsága miatt megtagadta.

Reverendis ac magnificis prelatis, baronibus nobilibusque et proceribus regni Hungarie universis capitulum ecclesie Budensis oraciones in domino debitas. Noveritis, quod cum nos receptis literis vestris adiudicatoriis, modum et formam vestre iudiciarie deliberacionis in se exprimentibus, iuxta earundem continenciam unacum Petro de Posoga, homine vestro de curia regia ad contenta earundem literarum vestra-

rum adiudicatoriarum peragenda pro parte Georgii filii Lorandi de Serke, specialiter transmisso nostrum hominem, videlicet magistrum Kylianum, socium et concanonicum nostrum nostro pro testimonio fide dignum duxerimus destinandum; tandem iidem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quomodo ipsi primo, videlicet feria quinta proxima ante festum Ad vincula beati Petri apostoli proxime preteritum *(1445 júl. 29.)* ad faciendam statucionem castrorum Wywar, Thamasy et castelli Podwersia ac opidi Hederhel vocatorum et eorundem pertinenciarum in Symigiensi, de Tholna et de Posoga comitatibus existencium ipsum Georgium iure concernencium ad magnificos Laurencium palatinum et Emericum banum, filium eiusdem in castro Budensi personaliter repertos accedendo requisivissent et petivissent eos verbis vestris, ut ipsi prefatum castellum Podwersia cum pertinenciis manibus prefati Georgii filii Lorandi resignare et eidem statuere permitterent. Quibus auditis prefati palatinus et Emericus respondissent, quod ipsi ipsum castellum cum pertinenciis ipsi Georgio remittere ac eidem per predictos vestrum et nostrum homines statuere non permisissent, eosdemque minas imponendo illac accedere non presumpsissent. Tandem feria secunda inmediate sequenti *(1445 aug. 2.)* ad magnificum Nicolaum de Wylak wayvodam in civitate Albensi personaliter repertum accedentes eundem similiter requisivissent, verboque vestro eidem dixissent, ut ipse prefata castra Wywar et Thamasy ac opidum Hedrehel cum pertinenciis prefato Georgio, filio Lorandi remittere et eidem statuere permittere deberet, prout in continenciis literarum vestrarum adiudicatoriarum contineretur. Quibus quidem auditis respondisset, quod ipse dicta castra et opidum cum pertinenciis ad presens ipsi Georgio remittere et resignare ac eidem statuere, eo quia nunc in aliis arduis regni agendis, que commune bonum concernerent, esset et haberetur occupatus, scilicet dum et quando tempus opportunum adveniret, tunc ipse per se unacum dicto Georgio, filio Lorandi super dictis castris et opido ac pertinenciis eorundem bono modo concordaret, ipsosque vestrum et nostrum homines ad ipsam statucionem faciendam transire et accedere minis impositis non permisisset; ymmo

ipsi vester et noster homines illac videlicet ad ipsam statucionem faciendam ire non presumpsissent, seriem superinde premissorum, ut expeditum extitisset, nostris in literis ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas *(1445 aug. 1.)* legittimeque perdurandas vobis per prefatum Georgium filium Lorandi duximus reportandam. Datum sedecimo die diei execucionis prenotatarum *(igy)*, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 13870. jelzet alatt.

180.

1445 deczember 1. A pannonhalmi konvent előtt György milkói püspök és bakonybéli apát és u. a. convent nevében Takáchy Pál tiltakozik az ellen, hogy Hédervári László egri püspök, Hédervári Pál, Meggyesalyi Móricz fiai, vagy bárki más elfoglalja, vagy használja a bakonybéli convent Árpás nevű birtokának bizonyos jobbágytelkeit.

Ugyanezen birtokra nézve a tiltakozást megujítja Dénes esztergomi érsek, mint a bakonybéli apátság helytartója 1464 július 1.

Közölve Hazai Okmánytár IV. k. 247. sz. és 294. sz.

181.

1445 deczember 10. A szegzárdi konvent az országtanács parancsára Thamásy László özvegyét Ilonát, Ireg Tolna vármegyei birtokába, mely őt mindenféle jogczímen megilleti, Tomey Imre és Balázs pap által a szomszédok és határosok jelenlétében ellenmondás nélkül beiktatta.

Conventus monasterii Saxardiensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum itaque noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras prelatorum, baronum, nobilium, et procerorum *(igy)* regni Hungarie universorum introductorias, pariter et statutorias, nobis amicabiliter directas, honore quo decuit, recepimus in hec verba:

Prelati, barones, nobiles, et proceres regni Hungarie universi conventui ecclesie Saxardiensis salutem et honorem. Dicitur nobis in persona magnifice domine Elene, relicte condam magnifici Ladislai, filii Waywode de Thamasy, quomodo ipsa in dominium cuiusdam possessionis Ireg vocate, in comitatu Tholnensi existentis, et habite, ipsam omnis iuris titulo concernentis, legitime vellet introire; super quo vestram devocionem presentibus requirimus eidem mandantes, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente Andreas, filius Tiburcii de Koromzo aut Emericus, sin Thomas, filius Vincencii de Thomey, sew Michael de Agy, sive alter Michael de Kospa, neve Emericus, filius Thiburcii de Henew, an Nicolaus de Aderyen, aliis absentibus homo noster ad facies prescripte possessionis Ireg, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatam dominam Elenam in dominium eiusdem, statuatque eandem simulcum cunctis suis utilitatibus eidem premisso iure ei incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra memoratam exponentem nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros et posthec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus ac termino assignato nobis more solito rescribatis. Datum Wacye, tercio die festi Omnium Sanctorum, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto. *(1445 nov. 3.)*

Nos itaque premissis amicabilibus peticionibus acquiescentes, unacum prefato Emerico de Thomey, homine ipsorum, religiosum virum fratrem Blasium sacerdotem, unum videlicet ex nobis ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retullerunt isto modo, quod ipsi in festo beate Katherine virginis proxime preterito *(nov. 25.)* ad facies prescripte possessionis Ireg vicinis et commetaneis eiusdem universis, videlicet Dominico et Michaele, filio Anthonii de Zokolendred, Stephano Kewer de eadem, Thoma Rudas

de Zokol in sua ac in persona magnifici domini Laurencii de Hedrewar, regni Hungarie palatini, Emerico et Andrea Thiburci de Hene, Symone et Nicolao de Atryan et aliis quam pluribus nobilibus inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introduxissent prefatam dominam Elenam, relictam condam magnifici Ladislai filii Waywode de Thamasy in dominium eiusdem, statuissentque eandem possessionem Ireg simulcum cunctis suis utilitatibus eidem premisso iure ei incumbenti perpetuo possidendam, legittimis diebus in faciebus eiusdem permanendo, nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes litteras privilegiales, pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas, duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini supradicto, presentibus ibidem religiosis viris Gregorio priore et custode, Johanne cantore, ceterisque fratribus in dicto monasterio deo iugiter famulantibus et devote.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50. Nro 13. jelzés alatt.

182.

1445 deczember 29. Az egri káptalan előtt Serkei Lorántfi György és fiai nevében Pásztói István, egri olvasókanonok tiltakozik Thamásy, Újvár, Hedredhel, Podversia és Mansa birtokoknak Hédervári Lőrincz nádor, fia Imre, és Újlaki Miklós erdélyi vajda által történt lefoglalása ellen.

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod honorabilis vir dominus Stephanus de Pastoh, lector et concanonicus noster nostram in presenciam veniendo, in personis egregii Georgii, filii Lorandi de Serke ac Johannis, Thome et Gregorii filiorum eiusdem per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo magnificus Laurencius de Hedrehuara, palatinus regni Hungarie et Emricus banus, filius eiusdem Laurencii palatini, necnon magnificus Nicolaus de Wÿlak, waÿwoda Transsilvanensis nonnulla castra eorundem Georgii, filii Lorandi ac Johannis, Thome et Gregorii filiorum suorum, puta

castrum Thamasÿ cum ipsius pertinenciis in Tolnensi et castrum Wÿuar nuncupatum similiter cum pertinenciis ac opidum Hedredhel consimiliter cum pertinenciis in Sÿmigyensi, necnon castrum Poduersa in Posaga comitatibus existencia et habitum, insuper possessionem Mansa appellatam in comitatu de Baranÿa habitam omni sine lege pro se ipsis occupassent, occupataque et occupatas tenerent et conservarent, iurique ipsorum appropriare conarentur et vellent, ipsos eciam Georgium, filium Lorandi ac Johannem, Thomam et Gregorium filios ipsius de dominio eorundem et ipsarum penitus eiecissent et exclusissent potencia mediante in preiudicium antefatorum Georgii, filii Lorandi ac Johannis, Thome et Gregorii valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione memoratos Laurencium palatinum, Emericum banum et Nicolaum de Wÿlak ab occupacione, detencione et conservacione prescriptorum castrorum, pertinenciarumque eorundem, necnon opidi et possessionis antedictorum, sibique ipsis perpetuacione et appropriacione ac se quovis quesito colore in dominium eorundem et ipsarum intromissione, fructuumque et quarumlibet utilitatum eorundem et ipsarum percepcione quomodolibet factis vel fiendis, nominibus quibus supra publice prohibuit et manifeste coram nobis harum nostrarum testimonio literarum. Datum in festo beati Thome martyris, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 13887. jelzet alatt.

183.

Pest, 1446 július 1. Hunyadi János kormányzó a budai káptalannak 1443 január 25-ikén kelt s a Hédervári Lőrincz nádor és fia, Imre, macsói bán, másfelől Tamásÿ János vajda fia Henrik közötti egyezségre vonatkozó oklevelét átírja, s az egyezséget Hód és Vásárhely birtokok kivételével, melyek a kormányzó tulajdonát képezik, valamint I. Ulászló királynak 1443 márczius 12-iki megerősítő oklevelét is jóváhagyja és megerősíti.

Nos Johannes de Hwnÿad pro illustrissimo domino Ladislao, nato condam domini Alberti regis, electo rege regni Hungarie gubernator et waÿuoda Transsilvanus memorie

commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod magnifici domini Laurencius de Hedrehwara, dicti regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac Emericus, filius eiusdem, pridem banus Machouiensis personaliter nostram adeuntes presenciam quasdam literas honorabilis capituli ecclesie Budensis privilegiales fassionales, quarum vigoribus iidem domini Laurencius palatinus et Emericus banus ex una, ac magnificus condam Henricus filius Waÿuode de Thamasÿ ex altera partibus hanc fraternalem coadunacionem coniunccionemque et disposicionem perpetuo duraturam, ut si quempiam ipsorum ex hoc seculo sine heredibus utriusque sexus decedere contingeret, extunc castra, castella, civitates, opida, possessiones porcionesque et iura possessionaria ac tributa talis partis heredibus deficientis ubivis habite et existencia ac infra in tenore dictarum literarum nominaliter expresse in partem aliam superviventem iure perpetuo condescendi et derivari deberet modo et ordine literis in eisdem contento inter se iniisse et fecisse dinoscuntur, tenoris infrascripti nobis presentarunt instanter ac prece devota nos petentes, ut tenores et series earundem literarum in literas nostras transscribi et transsumpmi facere ac huiusmodi fraternali adopcioni, ordinacioni et disposicioni omnibusque et singulis literis in eisdem contentis nostre gubernacionis auctoritate consensum nostrum benivolum prebere dignaremur pariter et assensum. Quarum quidem literarum tenor talis est. *(Lásd a budai káptalan 1443 január 25-iki oklevelét 169. sz. a.)*

Nos igitur attentis et perspicaci mente pensatis multimodis gratissimis obsequiis et laude dignis famulatibus prefatorum dominorum Laurencii palatini et Emerici bani per ipsos condam serenissimis principibus dominis nostris precedentibus regibus Hungarie ad nostri, sed et omnium ceterorum prelatorum, baronum, magnatum et procerum dicti regni claram memoriam exhibitis et impensis, nichilominus eo alcius considerato, qualiter idem dominus palatinus facta regni huius precedenter intestinis guerris proh dolor disturbati, sui sensus altitudine ingenique perspicacitate et subtilitate pro ipsius domini nostri electi regis iuris direccione, utilitateque ac quo-

modo rei publice et pacis reformacione, uti vir pacis amator, ceteris singularius et specialius viis et modis salubribus adiectis ordinate direxit et promovit, per cuius direccionem ad maximam partem pax ea, que altissimo concedente iam viget in regno hoc, re vera est secuta, pretactas literas iam fati capituli Budensis quo ad omnes suas continencias, clausulas et articulos, dempta dumtaxat et excepta ea sui parte et clausula, in qua predicta nostra opida Hod et Wasarhel cum earum pertinenciis denominant et denotant, in quorum scilicet opidorum et pertinenciarum eorum dominio nos fuimus ac sumus et persistimus de presenti, queque nobis pertinent, pleno iure ratas, gratas et acceptas habentes prescriptis fraternali coadunacioni, adopcioni ordinacionique et disposicioni et generaliter ceteris omnibus et singulis literis in eisdem contentis et expressis perscripte nostre gubernacionis auctoritate nobis attributa dominorum eciam prelatorum, baronum et nostrorum consiliariorum maturo ad id accedente consilio nostrum consensum benivolum prebuimus, ÿmmo prebemus pariter et assensum. Nichilominus iidem domini Laurencius palatinus et Emericus banus literas serenissimi principis domini Wladislai regis super premissis consensuales pretactas literas capituli Budensis similiter in se verbaliter continentes nobis presentarunt, quas quidem literas ipsius domini Wladislai regis et sue serenitatis regium consensum per omnia ratificamus, acceptamus, roborque et vires habere volumus perpetue et in sempiternum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus eisdem dominis Laurencio palatino, et Emerico bano literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in civitate Pestÿensi, octavo die festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije hártyán, vereskék selyemsodratról függő pecséttel, fasc. 4, Nro 2.

184.

Veszprém, 1446 november 18. Mátyás veszprémi püspök Hédervári Lőrincz nádort és Imre macsói bánt a budai tized bérösszege fejében járó 38 arany forint kifizetéséről nyugtatja.

Nos Mathias dei et apostolice sedis gracia episcopus Wesprimiensis, locique eiusdem comes perpetuus, recognoscimus et fatemur, quod magnifici Laurencius de Hedrehwaar, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, necnon Emericus de eadem Hedrehwaar, banus Machouiensis illos triginta octo florenos auri, quos nobis octavo die festi beati Martini episcopi et confessoris *(nov. 18.)* proxime preteriti in sortem solucionis decimarum nostrarum Budensium anni presentis cultelli *Chekkes (igy)* vocati per eos a nobis arendative conductarum ipso octavo die festi beati Martini nobis plenarie persolverunt. Super quibus ipsos commisimus expeditos presencium testimonio mediante, quas eis concessimus sigillo nostro annulari, quo utimur, consignatas. Datum Wesprimii, ipso octavo die festi beati Martini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije papiroson, aljára nyomott papirfelzetes, keresztes, vörös gyűrűspecséttel, a melyen a czímer kerektalpú pajzsban lefelé fordított patkó, fasc. 114, Nro 1. jelzet alatt.

185.

1446 deczember 21. körül. Az országtanács megparancsolja a macsói bánnak és Valkó vármegye hatóságának, hogy a boszniai káptalan bizonysága és az országtanács embere jelenlétében tartson vizsgálatot az iránt, hogy Serkei Loránt fiának Györgynek valkóvármegyei birtokait — melyeket előbb Hédervári Lőrincz és fia, Imre foglalt le hatalmasul — jogosan bírja-e Szekcsői Herczeg Raphael, Philpes és Pál; ha úgy találja, hogy jogtalanul, akkor újra állítsa vissza a felperest birtokába, nem vévén tekintetbe az alperesek ellenmondását.

Prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie universi magnificis et nobilibus viris, banis vel vicebanis Machoviensibus ac iudicibus nobilium comitatus de Walko

salutem cum favore. Dicitur nobis in persona Georgii filii Lorandi de Serke multum querulose, qualiter quasdam possessiones ipsius Georgii exponentis Zablatya, Tulocz, Dampsÿncz, Razohatha, Margitinocz, Clechincz, Sahar, Obosnÿcza, Tergovistÿa, Nedelystye et Komar vocatas . . . . comitatu de Walko existentes et habitas, que proxime preterito tempore disturbii ab ipso Georgio per magnificos dominum Laurencium de Hedrehwar, dicti regni Hungarie [palatinum] et Emericum filium eiusdem extitissent occupate ac per certum tempus ab ipsis iniuste tente et possesse, nunc reverendus dominus Raphael, electus ecclesie . . . . . et egregii Philpes et Paulus dicti Herczeg de Zekchew, nesciret quo iure potencialiter conservarent, uterenturque eisdem usque modo in preiudicium ipsius Georgii . . . . . manifestum. Supplicatum fuit nobis in persona eiusdem Georgii, ut ei iuxta vim et formam generalis nostri decreti in novissima preterita nostra generali congregacione p . . . . . literas restatutorias super dictas possessiones dare et emanari facere dignaremur un . . . . . pro parte ipsius Georgii exponentis modo antedicto oblata nobis iusta . . . . videbatur. Igitur nobilitates vestras harum serie requirimus committendo eisdem seriose, quatenus habita presencium noticia universis vicinis et commetaneis prescriptarum possessionum occupatarum, [nobili]busque comprovincialibus dicti comitatus de Walko, quibus decet et licet ad unum certum et brevem terminum sedis vestre iudiciarie per vos eis prefigendum eandem sedem per modum proclamate congregacionis generalis simul convocatis, si ab eisdem ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque sacre regni corone observandam, tacto dominice crucis signo per eos coram vobis ac Stephano de Zombor aut Clemente de Boza, vel Valentino de eadem Zombor, sin Ladislao de Bothfalva, seu altero Ladislao Bordahas de Illyefew, neve Petro de dicta Boza, aliis absentibus homine nostro et testimonio capituli ecclesie Boznensis, quod per ipsum capitulum ad id presencium serie illac transmitti voluimus partibus eciam predictis aut earum legittimis procuratoribus ante octo dies diei seu termini execucionis huiusmodi inquisicionis et attestacionis partes inter predictas modo

infrascripto fiende per vos premisso modo eisdem prefigendi per unum ex vobis, puta iudicem nobilium in aliqua possessionum seu porcionum possessionariarum earundem parcium (?) illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus prestando dictas possessiones Zablatya, Tulocz, Damsÿncz, Razohata, Margytinocz, Clechincz, Sahar, Obosnÿcza, Tergouistÿa, Nedelÿstÿe et Komar per antefatos Raphaelem electum, Philpes et Paulum Herczeg tempore in predicto iniuste ab eodem occupatas fore comperietis, extunc exclusis ipsis ab eisdem rursus memoratum Georgium in dominium earundem reintroducere et easdem sibi restatuere debeatis predictorum Raphaelis, Philpes et Pauli Herczeg in hac parte contradiccione non obstante; committentes eisdem, ut si quid iuris ipsi ad predictas possessiones se habere sperant, in cuius preiudicium predicte possessiones memorato Georgio restatui non deberent, extunc ipsi id in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* proxime venturis coram nobis indilate producere debeant et teneantur, ubi, si id quod ipse Georgius easdem possessiones sibi non iusto modo restatuere procuraverit, vel quod idem dominus Raphael electus ac Philpes et Paulus, fratres eiusdem talis modi restatucioni non iusto modo contradixerint, compertum fuerit, extunc talem partem in premissis ream in estimacionem earundem possessionum condempnabimus ipso facto, insinuando eciam utrisque [parcium], ut sive ipse in predictis octavis coram nobis conpareant, sive non, nos ad partis conparentis instanciam finem decisivum faciemus causa in premissa dictante iuris e[quitate et pos]t hec huiusmodi rescite veritatis premissorum restatucionisque et insinuacionis ac certificacionis seriem cum propriis et possessionum, attestancium . . . . . torum . . . . . fuerit expediens per vos et dictum capitulum, nobis vestris in literis suo modo rescribi volumus et mandamus. Presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum . . . . . festi beati Thome apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije vízfoltos és szakadozott papiron, aljára nyomott pecséttel, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 14003. szám alatt.

186.

1447 június 5. A pozsonyi káptalan előtt Felsőneboyzai Nagy Pál leánya Erzsébet és fia János az atyjuktól örökölt felsőneboyzai birtokokból a negyedrészt átengedik atyjuk leánytestvérének unokái, István, László, Erzsébet, Margit és Katalin részére.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nobilis domina Elizabet vocata, filia et Johannes, filius condam Pauli Magni de Felsewneboÿza nostram personaliter veniendo in presenciam vive vocis oraculo sponte ac libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi racione iuris quartalicii ac quorumlibet aliorum iurium olim nobilis domine Anne, sororis carnalis eiusdem condam Pauli Magni, avie vero Stephani et Ladislai Bor dictorum filiorum, necnon nobilium dominarum Elizabet, Margaretha et Katherina [vocatarum], filiarum olim nobilis domine Clara vocate, filie prefate olim domine Anne, ut premittitur, sororis carnalis ipsius condam Pauli Magni de universis porcionibus possessionariis iam fati Pauli Magni, genitoris ipsorum in ipsos legittime devolutis in dicta Felsewneboyza habitis, prenominatis Stephano ac Georgio filio, Ladislao fratri, Elizabet, Margarethe et Katherine sororibus eiusdem Stephani Bor carnalibus in filios filiorum ac filiarum et heredum utrorumque sexuum per heredes eorundem directam quartam partem, tam in locis sessionalibus, quam eciam terris arabilibus, cultis et incultis, silvis, pratis, fenetis, aquis, necnon pecorum pascuis et generaliter quibuslibet utilitatibus et utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis pro annotato quartalicio ac singulis aliis iuribus prefate condam domine Anne in eisdem universis porcionibus possessionariis ipsius condam Pauli quocunque habitis et eandem dominam Annam, ipsiusque heredes prenominatos quovismodo concernentibus, plene et integre in perpetuum ad habendam, tenendam, fruendam et possidendam irrevocabiliter extradedissent ac eisdem donassent et contulissent, ÿmo extradederunt, contulerunt et eisdem modo premisso donarunt coram nobis nullum ius, nullamve iuris et dominii

proprietatem in annotata quarta parte universarum porcionum possessionariarum annotatarum sibi ipsis retinendo, sed totum in prenominatos Stephanum Bor ac Georgium filium Ladislaum fratrem, Elizabet, Margaretham et Katherinam sorores eiusdem Stephani et eorundem heredes prenotatos transferendo pleno iure annotato harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum secundo die festi Sanctissime Trinitatis, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije hártyán, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 95, Nr. 2. jelzet alatt.

187.

Pest, 1447 június 23. Hunyadi János kormányzó meghagyja Pozsony városa tanácsának, hogy, mivel ő Hédervári Lőrincznek adta egy évi összes királyi harminczadot egyéb fiókharminczadokkal együtt, a városban szedetni szokott királyi harminczadokat, s az ezekhez tartozó fiókharminczadokat a nádor embereinek kezéhez szolgáltassák.

Johannes de Hwnÿad, regni Hungarie gubernator circumspectis viris, iudici et iuratis, ceterisque civibus civitatis Posoniensis salutem cum dilectione. Quia nos omnes tricesimas regales infra anni revolucionem simulcum aliis filialibus tricesimis magnifico domino Laurencio palatino concessimus et annuimus, ideo vestras dilecciones per presentes rogamus, vobisque auctoritate nostre gubernacionis firmissime committimus, quatenus tricesimas illas, que in ipsa civitate recipi solent, sed et filiales tricesimas ad easdem ubilibet pertinentes hominibus dicti domini palatini harum scilicet ostensoribus pacifice exigere et recipere permittatis et per hos, quos opportebit, eas dare et solvere faciatis et aliud nullo modo facere presumpmatis. Presentesque post lecturam apud manus exhibentis volumus remanere. Datum in Pesth, in vigilia festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. Ad Posonium.

Eredetije papiroson, aljára nyomott pecséttel, a Magyar Nemzeti Múzeum levéltára törzsanyagában.

188.

Pest, 1447 június 23. Hunyadi János kormányzó a mosonyi ispánságot Hédervári Lőrincz nádorra ruházván, Mosonymegye közönségének az ispán iránt köteles engedelmességet parancsol.

Johannes de Hwnÿad regni Hungarie gubernator, universis et singulis, nobilibus et alterius cuiusvis status, condicionis et preeminencie hominibus comitatus Mosoniensis salutem et honoris augmentum. Quia nos honorem seu spanatum ipsius comitatus magnifico domino Laurencio de Hedrehwar eiusdem regni Hungarie palatino, qui eciam alias ipsum honorem tenuisse assert *(igy)*, auctoritate nostre gubernacionis dedimus et contulimus beneplacito nostro perdurante, ideo vestris dileccionibus id firmissime committimus, quatenus, amodo imposterum dictum dominum palatinum ac nomine suo eiusdem hominem, quem ad id eligerit, in vestrum comitem seu spanum tenere ac eum verere et reverere, eidemque in faciendis iudiciis, sed et in omnibus aliis, que ad honorem vestri spanatus pertinent, obedire et obtemperare, proventus quoque ac iudiciorum onera, qui et que per prius dare consueverunt, sed et medio tempore emerserint, solvere et aministrare, solvique et aministrari facere debeatis difficultate absque omni, et aliud facere non presumpmatis in premissis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate Pestiensi, in vigilia festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije papiron, alján pecsét nyomaival, fasc. 1, Nr. 4.

189.

1447 vagy 1451 július. Az országos rendek meghagyják Zalavármegye hatóságának, hogy megejtett törvényes vizsgálat után Ákosházi Sárkány Jánost a zalamegyei Buzadszigete s Hoholth helységek bitorlott birtokából kitegyék, s Hédervári Jánost az említett helységekbe visszahelyezzék, az előbbit pedig több rendbeli hatalmaskodása miatt az ország rendei elé idézzék.

Prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie universi . . . . . iudicibus nobilium comitatus Zaladiensis salutem et favorem. Exponitur nobis in

persona egregii Johannis de Hed[erwara] . . . . . quomodo Johannes Sarkan de Akoshaza circa festum Pasce domini proxime preteritum totales porciones possessionarias . . . . . [Bu]zadzygethe et Hoholth vocatas in dicto comitatu Zaladiensi existentes habitas a manibus ipsius exponentis . . . . . occupasset; insuper tempore in eodem idem Johannes Sarkan ad domum et curiam proprias eiusdem . . . . . [Bwzadz]ygethe habitas armatis manibus et potenciariis irruendo universas res et quelibet bona ipsius Johannis . . . . . auri se extendentes inibi repertas auferendo, quo sue placuisset voluntati, deportari, quosdam . . . . . [expo]nentis culpa eorum sine omni ibidem dire et acriter verberari, ac insuper captivari, et captos in suam . . . . . am et sepe dicte curie antelati Johannis deponi et distrahi, ac penitus dirui, et ad p . . . . . possessione Bwzadzygethe habitam deduci fecisset potencia mediante in preiudicium pretacti exponentis et dampnum valde magnum. Supplicatum itaque extitit nobis pro parte prefati exponentis, ut sibi circa premissa remedium adhiberemus opportunum. Et quia . . . . . .mus huiusmodi occupaciones iurium possessionariorum ac actus potenciarios simpliciter et de pleno pertransire, igitur vobis harum [serie] mandamus, quatenus cognita presencium noticia universis vicinis et commetaneis dictarum possessionum Bwzadzygethe et Hoholth, ceterisque nobil[ibus] . . . . . comitatus Zaladiensis conprovincialibus, quibus decet et licet, ad unum certum et brevem terminum sedis vestre iudiciarie per vos . . . . . per modum proclamate congregacionis generalis fiende in eandem sedem iudiciariam vestram in presenciam insimul convocatis . . . . . eosdem ad fidem ipsorum deo debitam, fidelitatemque huic regno et eius sacre corone obscrvandam, tacto dominice crucis ligno per eos coram vobis, ac Johanne de *Zamarfelde,* vel Gregorio de Kerethye, aut Lorando de Berend sin Stephano Borych de *Salamonwara,* aliis absentibus homine nostro, et testimonio conventus ecclesie Zaladiensis, quod per ipsum conventum ad id vigore harum transmitti

volumus, partibus eciam predictis aut earundem legittimis procuratoribus ante octo dies diei seu termini execucionis huiusmodi inquisicionis et attestacionis premissorum partes inter predictas modo intrascripto fiende, per vos premisso modo ipsis partibus prefigende per unum ex vobis puta iudicem nobilium in aliqua possessionum seu porcionum possessionariarum earundem parcium illac legittime vocatis et accersitis ac presentibus prestande, diligenter inquirendo prescriptas porciones possessionarias antelati exponentis in preallegatis possessionibus Buzadzygethe et Hoholth existentes per prelibatum Johannem Sarkan tempore in predicto, cuius scilicet nondum annualis preteriisset revolucio, a manibus ipsius modo premisso minus iuste et potencialiter occupatas, ipsumque Johannem exponentem de earundem dominio exclusum, prescriptas eciam res et bona eiusdem exponentis valoris supratacti de prefatis suis domo et curia per eundem Johannem Sarkan ablatas et receptas, dictos quoque familiares eiusdem verberatos et in captivitatem abductos, necnon alios premissos actus potenciarios per sepelatum Johannem Sarkan patratos fore comperitis, extunc alio nostro mandato superinde non expectato, excluso prius et eiecto antedicto Johanne Sarkan de dictis porcionibus possessionariis, sepelatum Johannem de Hederwara restatuere et iterum in dominium earundem reintroducere et easdem sibi restatuere, reintroductumque in eisdem contra quoslibet [illegitimos] impetitores et signanter adversus memoratum Johannem Sarkan, protegere, tueri et defensare debeatis, nostre universitatis [patrocinio], auctoritateque presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante. Pro premissis vero actibus potenciariis, ac iniuriis, [rerum] et bonorum ablacionibus idem homo noster presente testimonio antedicti conventus Zaladiensis antefatum Johannem Sarkan . . . . . ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc venturas nostram evocet in presenciam, racionem exinde redditurum, litis pendencia, si qua esset inter eos, non obstante et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum, attestacionisque, necnon restatucionis ac reintroduccionis . . . . . et possessionum attestancium ac evocati nominibus per nos et dictum conventum, octavas ad

predictas . . . . . committimus et mandamus. Secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in . . . . . .ma post festum beate Margarethe virginis et martiris, anno domini millesimo quadringentesimo . . . . . mo. Lecta.

Eredetije nagyon vizfoltos papiron, közepe alján a pecsét nyomaival, fasc. 3, Nr. 21.

A pecsét körirata: † Sigillum * Vniv. . . . tatis . egni . ungarie.

190.

Buda, 1447 augusztus 7. Hédervári Imre mosonyi ispánná neveztetvén, Kemnei Lászlót teszi alispánjává s egyszersmind egy forintnyi taksa szedésére szólítja őt fel.

Emericus de Hedrehwara pridem banus Machowyensis etc. Nobilis vir nobis dilecte! Ecce dominus gubernator honorem illius comitatus Mosson iterum et de novo nobis contulit, in quo comitatu volumus, ut et adhuc nostra in persona vicecomes noster vos sitis. Preterea rogamus vos, quatenus, quanto cicius illam taxam per singulum florenum auri in illo comitatu exigendam exigere poteritis, modis omnibus exigere, exactamque per hunc Johannem Farkas nobis mittere debeatis, aliud non facturi. Ecce enim tam super ipso honore illius comitatus, quam super extradacione et persolucione dicte taxe noviores litteras ipsius domini gubernatoris per eundem Johannem Farkas vobis duximus transmittendas. Datum Bude, tercio die festi beate Marie virginis de Nive, anno domini millesimo etc. xl° septimo.

Kívül: Nobili viro Ladislao de Kemne, vicecomiti nostro in comitatu Mossoniensi constituto nobis dilecto.

Eredetije papiron, zöld záró pecsét töredékével, fasc. 1. No. 4./1. jelzet alatt.

191.

1447 augusztus 8. A budai káptalan előtt Hédervári Imre macsói bán Kis-Barátit atyja Lőrincz nádor végrendelete értelmében unokatestvéreinek Jánosnak, Ozsvátnak és János fiának Istvánnak engedte át.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus, quod magnificus dominus Emericus de Hedrehwar, alias banus

Machouiensis coram nobis personaliter constitutus, onusque Nicolai fratris sui super se assumpmendo sponte confessus est in hunc modum: quod ipse possessionem Kÿsbarathÿ vocatam in comitatu Jauriensi habitam, in qua ecclesia parochialis in honore sanctorum Cosme et Damiani martyrum fundata est, iuxta testamentariam disposicionem et ultimam commissionem condam magnifici domini Laurencii palatini patris sui pie memorie, nobilibus Johanni et Osualdo de dicta Hedrehwar ac Stephano filio eiusdem Johannis, fratribus scilicet suis generacionalibus in filios filiorum ipsorum et heredum per heredes remisisset et restituisset pleno iure per eosdem possidendam tenendam pariter et habendam, immo remisit et restituit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria tertia proxima ante festum beati Laurencii martyris, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Hátlapon XVI. századbeli írással: Hederuari Imre Leorincznek fia, mint eresztette Hederuari Jánosnak és Osualdnak Kis Baratit 1447.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét helyével, fasc. 44, Nr. 11. alatt.

192.

Buda, 1447 augusztus 21. Hédervári Imre, volt macsói bán Strem és Szecsőd birtokai élvezetében meghagyja Rumy Jánost, a kinek azt már atyja, Lőrincz adta volt. Megparancsolja tehát a rumi és szecsői jobbágyoknak, hogy mindenben, főleg a szecsői malom kijavításában neki, mind gazdatisztjöknek és bírájuknak engedelmeskedjenek.

Emericus de Hedrehwara, pridem banus Machouiensis providis viris universis et singulis civibus et iobagionibus nostris in possessionibus nostris Strem et Zechewd nominatis et earum pertinenciis commorantibus, nobis dilectis salutem et favorem nostrum. Scituri, quia sicuti condam dominus Laurencius palatinus, pater noster illas possessiones nostras Strem et Zechewd cum earum pertinenciis Johanni de Rwmÿ, familiari nostro, grate dilecto pro honore duxerat conferendas, ita et nos de novo eidem similiter pro honore usque nostre voluntatis beneplacitum contulimus per presentes. Ideo vobis et vestrum cuilibet mandantes committimus, quatenus in omni-

bus licitis et consuetis eidem Johanni de Rwmÿ, tamquam officiali et iudici nostro, vestri in medium constituto parere et obedire, ac ea, que idem in factis nostris et signanter in facto preparacionis molendini nostri in ipsa Zechewd decurrentis, quod scilicet molendinum eidem Johanni de Rwmÿ totaliter modo premisso pro honore duximus conferendum, eo quia ipsum molendinum de novo commisimus preparari, vobis faciendum dixerit, facere et explere debeatis, secus, si favore nostro frui wltis, non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, secundo die festi sancti Stephani regis, anno domini M° etc. XL° septimo.

Eredetije papiron, aljára nyomott zöld pecsét töredékével, a Magyar Nemzeti Múzeum törzsanyagában.

193.

Buda, 1447 szeptember 14. Pálóczi László nádor átírja Hédervári Lőrincz nádor 2 oklevelét, a melyek Bánhidai Pál várnagynál voltak, a kit Hédervári Lőrincz özvegye, Blagai Margit a nádor előtt szemtől szemben találván, megidéztettett ugyanazon napra és előkérette jogai védelmére az említett két oklevelet.

Nos comes Ladislaus de Palowcz, iudex curie regie, memorie commendamus per presentes, quomodo magnifica domina Margaretha vocata, relicta condam magnifici Laurencii de Hedrehwara, regni Hungarie palatini feria quarta proxima ante festum Exaltacionis sancte crucis *(1447 szept. 13.)* nobilem virum Paulum castellanum, filium condam Michaelis de Banhÿda, hic Bude coram nobis personaliter repertum contra seque diem ad eundem in nostram presenciam facie ad faciem citatum adversus eum proposuit eo modo, quomodo quedam litere sue factum castri sui Gwnÿw vocati ac opidi similiter Gwnÿw appellati, necnon possessionum Koch et tributi in eodem exigi soliti ac Vigman, Cÿchow, Chazar, Kethhel, Zenthmiklos, Zechewd, Raro, et predii Baach ac Selkethew, necnon predii Faÿz vocatarum in comitatu Jauriensi exigencium *(így)* et concernencium apud ipsum Paulum castellanum haberentur, que nunc pro tuicione dictorum castri, opidi, tributi ac possessionum suarum sibi nimium forent necessarie

et opportune, quarum paria ipse habere vellet a Paulo prenotato iure exigente. Quo audito prefatus Paulus de Banhÿda, coram nobis — ut prefertur — personaliter adherens respondit, quod hoc verum foret, ut prefate litere factum predictorum castri, opidi, tributi et possessionum suarum tangentes apud ipsum haberentur, quarum paria ipse eidem domine Margarethe, relicte condam Laurencii palatini, in transcripto literarum nostrarum dare promptus esset et paratus et ibidem quasdam duas literas, unam pretacti condam Laurencii palatini ac Stephani et Emerici filiorum suorum et aliam similiter eorundem Laurencii palatini et Emerici filii ipsius privilegialiter ipsorum sigillis communitas coram nobis curavit exhibere, quarum unius, scilicet Laurencii palatini ac Stephani et Emerici filiorum suorum tenor is est. *(Következik Hédervári Lőrincz nádor 1439 július 21-ikén kelt oklevele 162. szám alatt.)*

Alterius vero, puta prelibati Laurencii palatini et Emerici filii eiusdem series verbalis est hec: *(Lásd Hédervári Lőrincz nádor és Imre macsói bán 1442 szeptember 30-iki oklevelét 168. sz. a.).*

Nos itaque peticioni prefate generose domine Margarethe, relicte condam magnifici Laurencii palatini, eo quod prescripte litere factum predictorum castri, opidi, tributi ac possessionum suarum concernere dinoscuntur, iustam et iuri consentaneam fore recensentes tenore prescriptarum duarum literarum non abrasarum, non cancellatarum, nec in aliqua sui parte viciatarum sed omni prorsus vicio suspicionis carencium presentibus nostris literis privilegialibus sigillo nostro impendenti consignatis sine diminucione et augmento aliquali inscribi et inseri faciendo eidem domine Margarethe duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Bude, secundo die termini prenotati anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije hártyán, az elveszett függő pecsét zöld-vörösszinű selyem zsinórjával, fasc. 8, Nr. 2. jelzés alatt.

194.

Buda, 1447 szeptember 20. Az országos rendek Buda várát Hunyadi János kormányzónak átadván, Hédervári Imrét, a vár előbbi őrizőjét felmentik.

Nos Johannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator, Dyonisius cardinalis, Strigoniensis, et Johannes Bachyensis et Coloczensis ecclesiarum archiepiscopi, Andreas Quinqueecclesiensis et Petrus Wacyensis ecclesiarum episcopi, Ladislaus Agrÿensis, Nicolaus Nytriensis et Raphael Herczeg Boznensis ecclesiarum electi, Nicolaus Bodo prepositus ecclesie Alberegalis, Petrus Pechwaradiensis et Sigismundus Saxardiensis ecclesiarum abbates, Ladislaus de Gara predicti regni Hungarie palatinus, comes Ladislaus de Palocz iudex curie regie, Nicolaus de Wÿlak et Emericus de Pelsewcz wayuode Transsiluani, Johannes de Peren thauarnicorum et Emericus filius Wayuode de Marczaly ianitorum, necnon Sÿmon de Palocz agazonum magistri, Georgius de Rozgon comes Posoniensis, Sigismundus Groff Segnie Wegle et Modrusse comes, Gregorius de Korbawÿa, Johannes et Thomas de Zech, Ladislaus Thythews de Bathmonostra, Johannes filius Desew bani de Gara predicta, Johannes de Korogh, Johannes et Osualdus de dicta Rozgon, Ladislaus de dicta Pelseucz, Stephanus Byczkele de Zelnawar, Ladislaus de Nazpal, Paulus de Peren, Akacius Chupor, Ladislaus Farkas de *Labathlan,* Emericus de Debre, Nicolaus de Emeke, Osualdus de Buchan, Johannes de Zob, Barnabas Chyre, Georgius et Stephanus Soos, Paulus et Ladislaus de Dombo, Georgius *Zerechen* de Mezthegnÿew, Ladislaus de Scepes et Benedictus de Thurocz, item Petrus de Naghtharkan, Stephanus de Bochka, Nicolaus de Zthanch et Petrus *Porkolab* de Zemlenÿensi, Petrus Zopa, Nicolaus de Faÿz, Emericus Vgron, et Cozmas de Thwr de Symigyensi, Johannes de Kallo, Briccius de Pazon, Mathias de Kercz, et Michael de Chemenÿe, de Zabolch, Ladislaus Hernad, Georgius de Baxa, Michael de Doboka, et Nicolaus *Nÿakathlan,* de Baranÿa, Stephanus Perdne, Michael Barocz, Andreas de Athya et Dominicus de Byl, de Wesprimÿensi, Andreas Bodo, Johannes de Solyag, Nicolaus de eadem, et Georgius

de Keer de Tholnensi, Nicolaus *Zep,* Michael Zaaz, Valentinus literatus, et Petrus Magnus de Beged, de Castriferrei, Dominicus *Harazthos,* Barnabas de Ewlweth, Thomas de eadem et alter Thomas Janka de Bekees, Thomas de Kerezthwr, Georgius de Bala, Ladislaus Barius et Johannes Tybolth de Borsodiensi, Petrus de Almas, Matheus de Barachka, Michael de Tetethlen et Ladislaus de dicta *Almas,* de Albensi, Johannes *Wagkwzÿ,* Kolos de Nema, Ladislaus de Radwan et Emericus literatus de Komaronÿensi, Petrus de Balso, Andreas de Lonÿa, Nicolaus de Bereg, et Priuardus de Vlacz, de Bereg, Petrus de Maykocz, Georgius *Farago* de eadem, Johannes filius Viti et Osualdus de eadem, de Werewcze, Sebastianus de Koromzo, Benedictus de Alap, Albertus de Bewn et Dominicus de Enÿsse de Jawrÿensi, Paulus de Czernek, Ladislaus Lezan, Nicolaus de Lanÿcza et Johannes de Jakowlcz, de Posega, Georgius Thombold de Stharos, Andreas de Hanwa et Georgius de Wayda de Gwmwrÿensi, Thomas de Salgo, Andreas *Kakas* de Delne, de Saros, Sandrinus de Balog, Nicolaus de Demÿend, Georgius filius Gywla de Kaza et Ladislaus de Gyarmath, de Honthensi, Sandrinus *Cyko* de Pomaz, Stephanus de Chyb et magister Jacobus decanus et canonicus ecclesie Budensis, de Pilisyensi, Stephanus Matha, Osualdus de eadem, Sigismundus de Zenthgywrgh, et Johannes de Sarkwz, de Thoronthal, Nicolaus Rekchy et Johannes de Dorman de Hewesÿensi, honorabilis dominus prepositus ecclesie sancti Laurencii, Ladislaus de Naghwewlgh, de Bodrog, Paulus Ispan, Johannes Septelÿ, Ladislaus Sorosÿ et Briccius Sarkwzy de Zarand, Johannes de Zalancz, Georgius *Sulÿok,* Gaspar de *Feleghaz* et Johannes Thordas de Bachÿensi, Gregorius Zekel, Jacobus de Darocz, Sandrinus de Rede, et Michael de Lengÿel de Neugradyensi, Isaak de Katha, Anthonius de Irsa, Nicolaus Borsowaÿ et Nicolaus de Dabas de Pestyensi, Ladislaus filius Egidii, Thomas Cobady, Nicolaus de Mera et Johannes de Dobza, de Abawÿwarÿensi, Fabianus de Fylgewar, Ladislaus de Beczencz, Valentinus *Bornemÿza,* et Nicolaus literatus de Walko, Ladislaus *Weres,* Ladislaus de Strythe, Ladislaus de Iske et Adrianus literatus de Vng, Benedictus de Hadas de Lÿpto, Salamon de Baragyan de

Borsyensi, Gregorius de Maÿthe, de Trinchiniensi, Johannes Zobonya et alter Johannes de Emeke, de Nytryensi, Nicolaus de Wag et alter Nicolaus de Zyrak de Soproniensi, Nicolaus de Isaka et Ladislaus de Bewd de Byhoriensi comitatibus, item de regno Sclauonie Georgius filius Symonis, alter Georgius filius Iwan, Johannes filius Viti, Petrus de Fyzesd, alter Petrus de *Zenaharazth* et Georgius de Magalocz electi nuncii ad presentem convencionem nostram per universitatem nobilium comitatuum predictorum transmissi totum corpus ac idemptitatem *(igy)* regnicolarum representantes notum facimus presencium per tenorem, quibus incumbit universis, quod nobis in ipsa nostra convencione hic Bude celebrata constitutis, de et super hys, que quieti et tranquillo statui ipsius regni nostri Hungarie utilia et comoda *(igy)* essent tractantibus, cum inter hec de et super facto huius castri Budensis, quod condam magnificus dominus Laurencius de Hedrehwara, eiusdem regni Hungarie palatinus usque ad exterminium vite sue ex nostra benivolencia et collacione tenuit, quodque eodem decedente magnificus Emericus, filius eiusdem, pridem banus Machowyensis hucusque conservavit mentis nostre curas divertissemus, quia in serie generalis decreti regnicolarum anni proxime preteriti expressum est, et declaratum, ut gubernator huius regni castra et civitates regales et reginales intrandi, in eisdemque standi, pausandi et morandi liberam habeat facultatem, idcirco tum huiusmodi institucionem *(igy)* seu decreto satisfacere volentes, tumque aliis respectibus, utputa pro tuciori conservacione eiusdem castri unanimiter et sana deliberacione voluimus et sanximus, ut ipsum castrum Budense manibus prefati domini Johannis gubernatoris dari debeat et assignari, per ipsum usque nostri seu huius regni beneplacitum nobis et huic regno fideliter conservandum. Cum itaque nos hac de causa ipsum Emericum banum in nostri medium venire et accersiri fecissemus, eidemque, ut dictum castrum Budense in manus dicti domini gubernatoris dare et assignare deberet, strictissime commisissemus, mox idem Emericus banus nostre communitatis precepto et voluntati se obtemperans, ipsum castrum Budense in manus eiusdem domini gubernatoris dedit, remisit et assignavit tenendum et conservandum, ideo

nos de unanimi arbitrio et voluntate ac nostri et tocius regni ac regnicolarum nominibus et in personis ipsum Emericum banum super restitucione et resignacione ipsius castri Budensis reddidimus et commisimus, ymmo reddimus et committimus quitum, expeditum et modis omnibus absolutum, harum litterarum nostrarum sigillis regni atque nostri scilicet gubernatoris, necnon nonnullorum nostrorum appensionibus consignatarum vigore et testimonio mediante. Datum Bude predicta feria quarta proxima ante festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije hártyán, huszonhárom, nagy részben ép és két elveszett, hártya szalagon függő pecséttel, ezek között nyolcz vörös viaszba van nyomva, fasc. 1, Nr. 5. — Hasonmás mellékelve.

Ez a nevezetes oklevél már több helyen kiadatott. Először Bél M. adta ki. Notitia III. k. 207. l. egy nagyon hibás másolatból, a mit kétségtelenül a Gróf Viczay levéltárból kapott. Utána nyomatták:

Pray: Annal. III. k. 61. l.; Batthyány: Leges Eccles. I. k. 491. l.; Kovachich: Vestigia comitiorum 265. l.; Katona: Hist. Crit. XIII. k. 545. l.; Fejér: Genus J. de Hunyad, 106. l. csonkán; Teleki J: Hunyadyak kora II. k. 54. l. csak a névsort.

Legujabban az eredetiről kiadta jól egy becses tanulmány kíséretében Dr. Szentpétery Imre (Turul 1902. évf. 4-ik füzet).

A pecsétek közül hatot bemutatunk külön metszetben is.

Az 1. sz. körirata:

S . iohann(is . de . Hunyad . reg)ni . ungarie . gubernator . et . c .

2. sz. S L · D G · B M · *(Sigillum Ladislai de Gara Bani Machoviensis)*

3. sz. Gróf Frangepán Zsigmond pecsétje. Körirata nincs, a pajzs felett: S. betű.

4. sz. A pajzs felett I. b. (Johannes Banus, t. i. Kórógyi János)

5. sz. + S . (la)dislai d' necpal

6. sz. S: — — — — S — — — — co'baw *(= Sigillum comitis Gregorii de Corbaw)*



195.

1447 október 9. A győri káptalan előtt Pál csornai prépost a saját és konventje nevében, továbbá Hédervári Imre fia János a saját, és fia István valamint H. Miklós fia Ozsvát nevében bevallást tesznek, hogy Nagy és Kis-Baráti között fekvő Csókatelek vitás területére nézve megegyeztek s a határt megjárták.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum, tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod venerabilis et religiosus vir, dominus frater Paulus, prepositus ecclesie de Chorna pro se personaliter et pro conventu loci eiusdem cum procuratoriis litteris eiusdem conventus ab una, parte vero ex alia egregius Johannes, filius Emerici de Hedrehwara similiter pro se personaliter et pro Stephano filio suo, necnon Oswaldo, filio Nicolai de dicta Hedrehwara sine litteris procuratoriis, onera tamen et gravamina eorundem et aliorum quorumlibet fratrum et proximorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, super se assumpmendo, coram nobis constituti confessi sunt viva voce in hunc modum, quod quamquam inter prefatos honorabiles et religiosos fratres dominos, Paulum prepositum et conventum ecclesie beati Michaelis archangeli de Chorna ab una et inter egregium Johannem, filium Emerici de Hedrehwara parte ab altera super occupacionibus quorundam predii *Chokatheleke* vocati, necnon certorum pratorum et falcacionis eorundem ac super illicita et potenciaria replecione et destruccione cuiusdam putei sub inclusione metali possessionis eorundem prepositi et conventus Nagybarathy appellate existencium, necnon eciam potenciaria occupacione quarundam particularum terrarum per araturam diverticulorum terrarum arabilium possessionis Kysbarathy versus dictam Nagybarathÿ sive terram *Chordawth* nominatam se conterminancium ultra et extra antiquas metas ipsius possessionis Nagybarathÿ per antefatum Johannem de Hedrehwara et suos subditos ac iobagiones factis et irrogatis litis et contencionis materia

exorta et aliquamdiu ventilata extiterit, tamen ut omnis dissensionis et discordie fomes e medio earundem parcium penitus evelleretur, eedemque partes et earum iobagiones ob contigue vicinitatis dictarum utrarumque villarum Barathÿ adiacencia in pacis pulchritudine diucius valerent gratulari, nonnullarum honorabilium personarum ecclesiasticarum et aliorum proborum et nobilium virorum secularium, pacem parcium zelancium, inter easdemque se interponencium ordinativa composicione mediante in talem pacis et concordie devenissent unionem, ÿmo devenerunt coram nobis eo modo, ut sopitis inter se prius et sedatis quibuslibet causis et controversiis partes inter easdem usque in presenciarum utrimque motis et suscitatis, universis eciam litteris causalibus quibuscunque et sub quacunque forma verborum contra invicem hactenus fulminatis, viribus carituris relictis, metas ab antiquo inter dictas utrasque Barathÿ habitas et per nequiciam quorundam agricolarum, quorum scilicet fraudulenta et presumptuosa insaciabilitas inter commetaneos crebra semper iurgia per metarum subversiones suscitare de natura consuevit, abolitas, octo seniorum proborum hospitum seu iobagionum, deum et eius iusticiam super omnia metuencium, de dictis utrisque villis equa lance eligendorum ac sacramento fidei de dicenda veritate efficacissime iuratorum eedem partes modo infrascripto renovassent et perpetuo ac irrevocabiliter duraturas taliter sequestrassent, quod primo incepissent iuxta diverticula terrarum arabilium possessionis Kysbarathÿ versus villam Nagybarathÿ se conterminancium circa finem cuiusdam antiqui fossati pro meta inter dictas utrasque villas Barathÿ tenti et ab antiquo reputati de monte a plaga occidentali ad viam publicam, per quam de Nagybarathÿ itur ad Jaurinum, descendentur, ubi quoddam novum fossatum pro meta erexissent, quod quidem fossatum usque quendam puteum in quadam concavitate terrea situatum protendissent et eodem puteo per ipsum fossatum quasi medio circulo girato et ad dictam terram *Chordawth* possessionis Nagybarathÿ reintegrato, dehinc directe versus plagam orientalem in diverticulis ipsarum terrarum arabilium huiusmodi fossatum usque lacum *Sostho* appellatum deduxissent, deinde ipso lacu ultra pera-

grato penes viam publicam vulgo similiter *Chordavth* nominatam, de prefata Nagybarathÿ ad Jaurinum tendentem parum pertranseundo ad terram *Kwzer*[1] nominatam pervenissent, ubi metam terream erexissent; abhinc versus plagam septemtrionalem flectendo et inter diverticulas terrarum arabilium possessionis Nagybarathÿ et Kysbarathÿ predictarum per bonum spacium pergendo metam terream aggregassent; abinde inter orientalem et septemtrionalem plagas non longe transeundo pervenissent ad duas metas antiquas, quarum una a plaga orientali Nagybarathÿ et alia a plaga occidentali Kysbarathÿ possessionibus predictis separarent, penes quas novam metam cumulassent; abhinc per eandem plagam terream *Zarkazeke*[2] per medium transeundo pervenissent ad terram *Chokateleke,* que cum terra civitatis nostre Jauriensis commetanearetur, ibique terminassent salvo tamen iure nostro capitulari. Quod quidem predium Chokateleke vocatum, quia neutra parcium iuri suo perpetuo pertinere ex attestacionibus dictorum seniorum iuratorum elicere potuisset, sed semper iobagiones parcium contenciose eandem terram usi fuissent, ideo ipsum predium pro terra pascua gregibus parcium communiter utendum, per neutram quoque partem arare debendum tamdiu reliquissent, donec partes per earum litteralia instrumenta, aut per processum iuridicum pro se poterint et valuerint rectificare; memorata vero prata et puteus sicut ab antiquo, ita et deinceps ad possessionem Nagybarathÿ deberent pertinere, eo tamen specialiter declarato, quod annotatus Johannes de Hedrehwara dictum puteum uti prefertur, in obprobrium et displicenciam dictorum dominorum prepositi et conventus ac iobagionum eorundem fimo repletum per suos iobagiones purgare facere et in statu pristino relinquere, deinceps quoque puteum populi de Nagybarathÿ pro se semper in structura debita conservare deberent et tenerentur, ita tamen, ut voluerint villani de Kysbarathÿ pro se et animalibus eorundem aquam ipsius putei hauriendi liberam haberent facultatem salvo preiudicio prefatorum domini prepositi et conventus ecclesie de Chorna, necnon iobagionum eorundem

[1] 1702-ik évből való egyszerű másolatban: *Köz-ér.*

[2] Az 1702-iki egyszerű másolatban: Sarka-köze.

de Nagybarathÿ. Voluerunt eciam partes prenotate, ut quocunque temporum in processu aliqua parcium vel earum iobagiones metas predictas in aliqua parte delere aut cum aratura extendere seu transcendere presumpserint, super hocque evidens testimonium constiterit, extunc talis pars, id attemptans contra partem pacientem in viginti quinque marcis denariorum ante litis ingressum deponendis convinceretur et convinci deberet ipso facto; ad que premissa et premissorum singula memorati domini Paulus prepositus et Johannes de Hedrehwara personali ipsorum astancia, pro dicto autem conventu de Chorna idem dominus Paulus prepositus nomine procuratorio prenotato inviolabiliter observanda se obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas dictis partibus duximus concedendas salvo iure ecclesie nostre. Datum in festo beati Dyonisii martyris, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, honorabilibus viris dominis Georgio preposito, Michaele lectore, Stephano cantore, altero Stephano custode, ceterisque dominis canonicis in dicta ecclesia nostra deo iugiter famulantibus et devote.

Függő pecséttel ellátott eredetinek 1782-iki kamarai hitelesített másolata papiroson, fasc. 44, Nr. 15/1. jelzet alatt.

196.

1447 deczember 9. A vasvári káptalan előtt Halmaÿi Bor László kijelenti, hogy Hédervári János mindennemű sérelmeire s egy bizonyos tartozására nézve kielégítette.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Ladislaus dictus *Bor* de Halmaÿ coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quod ipse egregium Johannem de Hederwhara *(igy)* super universis causis, factis, dampnis, nocumentis, iniuriis, necnon super quodam dupplo nonaginta florenorum auri puri, et generaliter omnium aliorum malorum generibus usque ad hec tempora per eundem Johannem illatis et irrogatis recepta prius et habita ab eodem omnimoda satisfaccione pure et per omnia expeditum

reddidisset et commisisset, ymmo idem Ladislaus Bor personali sua astancia quitum et expeditum ac modis omnibus satisfactum reddidit et commisit coram nobis vigore presencium literarum nostrarum mediante. Datum secundo die festi Concepcionis Virginis gloriose, anno domini millesimo CCCC° quadragesimo septimo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 3.

197.

1448 január 4. A kapornaki konvent jelenti V. László királynak, hogy a Hédervári Pál, János és Imre szolgái és jobbágyai által több rendben elkövetett hatalmaskodás ügyében Palóczi László országbíró által parancsolt vizsgálatot megtartotta.

[Serenissi]mo principi, domino Ladislao, nato condam Alberti regis, electo regi regni Hungarie, domino ipsorum graciosissimo conventus [monasterii sancti Sal]vatoris de Kapornok oracionum suffragia devotarum. Vestra noverit serenitas, nos litteras magnifici comitis Ladislai [de Palocz, iu]dicis curie vestre inquisitorias honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de [Kapornok] comes Ladislaus de Palocz, iudex curie regie amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Michaelis, filii Gregorii . . . . . , quomodo Paulus dictus *Farkas*, et alter Paulus Bechÿ de *Chakan* familiares ac Georgius Jako, et Stephanus *Sos* [po]puli ac iobagiones egregiorum Pauli, Johannis et Emerici de Hedrehwara in eadem Chakan commorantes ex consensu, voluntate . . . . . eorundem dominorum ipsorum circa festum beati Michaelis archangeli proxime preteritum *(szept. 29. körül)* quendam currum prefati exponentis in pertinenciis eiusdem possessionis Chakan . . . . . rebus super ipsum currum existentibus recepissent et quo ipsorum placuisset voluntati, fecissent. Ceterum prefati Paulus, Johannes [et Emericus] missis et destinatis prefatis familiaribus, populis et iobagionibus ipsorum in dicta Chakan commorantibus ad quoddam molendinum . . . . . in pertinenciis possessionis eiusdem *Lwgas* vocate habitum, ibique prescriptum molen-

dinum penitus destrui desecarique et annihilari . . . . . magnam prefati exponentis penes idem molendinum repertam modo simili desecari et in aquam submergi fecissent, ... prefato exponenti trecentorum florenorum auri dampna intulissent. Et quod magnifici Ladislaus et Pethew, filii Pethew . . . . . missis et destinatis familiaribus et iobagionibus ac hominibus ipsorum ad possessionem prefati exponentis Iwancz predictam, abindeque . . . . [se]ptem pecora, quatuordecim oves et alias nonnullas res et bona iobagionum prefati exponentis in eadem commorancium recipientes . . . . . [a]bduxissent et asportasset, *(igy)* in quibus prefato exponenti modo simili trecentorum florenorum auri dampna intulissent. Item Stephanus, filius . . . . . *Telekus* hÿs disturbiorum temporibus proxime preteritis quendam familiarem prefati exponentis Valentinum nomine in civitate Castriferrei . . . . . reperiendo, equo, armis, vestimentis, aliisque bonis pro tunc erga ipsum repertis spoliasset et privasset. Quodque Nicolaus dictus . . . . . de Herman, Thomas Senÿe de Senÿehaza his disturbiorum temporibus proxime preteritis totalem porcionem possessionariam . . . . . in possessione Swran vocata habitam pro se ipsis occupando conservarent de presenti, in quo eidem quadringentorum florenorum auri [dampna in]tulissent. Insuper condam Nicolaus de Iwancz predicta et nobilis domina relicta eiusdem Nicolai quasdam porciones possessionarias in dicta [habi]tas eidem exponenti, per prefatum condam Nicolaum de Iwancz impignoratas modo simili hÿs disturbiorum temporibus proxime preteritis absque omni . . . . . pro se ipsis occupassent, quas eadem domina relicta prefati condam Nicolai de Iwancz occupative apud se conservaret de presenti . . . . . in preiudicium dicti exponentis et dampnum valde magnum. Super quo vestram amiciciam, presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem [pro testimon]io fide dignum, quo presente Michael de Pogh, vel Symon de eadem, aut Petrus de *Byk* (?), an Sebastianus, sin [Gregorius] de Kemenesmal, aliis absentibus homo regius ab omnibus, quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem domino regi [fideliter] rescribatis. Datum in *Zenthamas*, feria tercia proxima ante festum beati Nicolai episcopi et con-

fessoris, anno domini millesimo quadringentesimo [quadragesimo] septimo. *(1447 decz. 5.)*

Unde nos premissis peticionibus antefati comitis Ladislai annuentes, ut tenemur, unacum Gregorio de Kemenesmal, homine regio nostrum hominem, videlicet fratrem Gregorium sacerdotem, unum ex nobis ad premissa peragenda nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui tandem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi secundo die festi Circumcisionis domini *(jan. 2.)* proxime preteriti in comitatu Castriferrei simul procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, de premissis inquirendo talem scivissent veritatem, pro ut eidem comiti Ladislao dictum fuisset et sicut tenor litterarum eiusdem contineret predictarum. Datum tercio die diey inquisicionis prenotate, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije papiroson, csonkán, hátára nyomott pecsét töredékével a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárának törzsanyagában.

198.

1448 február 18. A győri káptalan előtt Ertrekarcsai Balázs királyföldi öt telkét, melyet ő hajdan többrendbeli szolgálata fejében Hédervári Györgytől kapott, Hédervári György fiainak, László egri püspöknek és Pálnak s ennek utódainak adja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Blasius filius Andree de Ertrehkarcha onus et gravamen quorumlibet fratrum et proximorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, super se assumpmendo coram nobis personaliter constitutus confessus est viva voce in hunc modum, quod quia ipse senciens se iam senio confectum et aggravatum ac heredum solaciis destitutum, ideo ipse quasdam quinque sessiones suas proprias sibi dudum per condam dominum Georgium de Hedrehwara pro suis multimodis serviciis eidem per ipsum exhibitis datas et perpetuatas in *Keralfelde* in uno ordine penes sese habitas prope ecclesiam beati Gothardi episcopi et confessoris a parte meridiei adiacentes cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, videlicet agris, pratis, pascuis, terris arabilibus, cultis et incultis, aquis, piscaturis, aquarum decursibus, et generaliter cunctis utilitatum

integritatibus ad dictas quinque sessiones quomodocunque spectantibus, quibus scilicet ipse Blasius usus hucusque fuisset et easdem possedisset, reverendo in Christo patri domino Ladislao de Hedrehwara, electo ecclesie Agriensis et Paulo de eadem Hedrehwara, filiis prefati condam domini Georgii de Hedrehwara, ac per ipsos eiusdem Pauli heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et habendas dedisset, donasset et contulisset, ymmo dedit, donavit et contulit coram nobis; assumpmens nichilominus annotatus Blasius filius Andree memoratos dominum Ladislaum electum et Paulum de Hedrehwara et eiusdem Pauli heredes et successores, contra quoslibet in pacifico dominio dictarum quinque sessionum ac utilitatum earundem prefatarum conservare et tueri propriis suis laboribus et expensis. Datum in dominica Reminiscere, anno domini M^mo CCCC^mo quadragesimo octavo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 4.

199.

Eger, 1449 augusztus 28. Hédervári László egri püspök Rozgonyi György pozsonyi főispánhoz irott levelében emlékezetébe idézi, hogy midőn Rozgonyi György hegyesdi várnagya, Wsai Miklós urához küldte emberét, hogy a várat azoknak adja át, a kikre bizatott, már akkor mondta neki, hogy a vár elfoglalására minél gyorsabban küldje el embereit, de Rozgonyi annyi ideig tartotta magánál emberét, hogy azalatt a kormányzónak két levele érkezett Wsai Miklóshoz, melyekben hűtlenség bűnének terhe alatt kötelességévé tette, hogy a várat adja át, a mint ezt meg is tette s a vár kulcsai is már Benedek kezében valának. Azonban a kormányzónak későbbi levelei következtében Wsai Miklós a kulcsokat Benedektől elvette s a várat átadni vonakodott, mivel a kormányzó ismét hűtlenség bűnének terhe alatt megtiltotta neki a vár átadását, míg testvérünk Sebestyén meg nem érkezik. Most már semmi sikerest nem lehet cselekedni Sebestyén megérkeztéig, mert a kormányzó levelei ellenmondásban vannak egymással. Jó lesz, ha ügyeit elrendezi, s visszaadja, mivel az Úr adományából elegendő java van arra, hogy Zereni [1] Pál testvérünket illendőképen kielégíthetjük s birtokába visszabocsáthatjuk.

Kiadva Zalai Okmánytár II. k. 274. sz.

[1] Valószinűleg sajtóhiba Pereni helyett, mert 1447-ben Perényiek bírják közösen a Szécsényiekkel. (Dr. Csánki Dezső: Magyarország tört. földrajza III. k. 11. l.)

200.

1449 deczember 12. A pannonhalmi convent jelenti V. Lászlónak, hogy midőn Palóczi László országbíró parancsára Pál prépostot és a csornai conventet Csókatelek birtokába be akarták iktatni, Héder-vári János nevében Futas Mátyás ellenmondott.

Serenissimo principi et domino, domino regi Hungarie, domino eorum honorando conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino debitas ac devotas. Vestra noverit serenitas, nos literas magnifici comitis Ladislai de Palocz, iudicis curie vestre honore quo decuit recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie comes Ladislaus de Palocz, iudex curie regie amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis religiosorum virorum dominorum fratrum Pauli prepositi et conventus ecclesie sancti Michaelis archangeli de Chorna, quomodo ipsi in dominium cuiusdam particule terre Chokathelek vocate intra possessiones prefatorum exponencium Nag-Barathÿ vocate in comitatu Jawriensi existencium, habitarum *(igy)* ipsos omnis iuris titulo concernencium legittime vellent introire; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus vel Gregorius de Koronzow, aut Benedictus de Baboth, neve alter Benedictus filius Johannis de eadem, sive Martinus de Zuchar, neve Symon de Pecch vel Demetrius *Theremes* de eadem aliis absentibus homo regius ad facies dictarum terrarum Chokatheleke vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos dominum fratres, Paulum prepositum et conventum ecclesie beati Michaelis archangeli de Chorna in dominium earundem, statuatque easdem eisdem iure eis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessio-

narie statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererint, nominibus et termino assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum in Zenthamas, secundo die festi Omnium Sanctorum, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. *(1449 nov. 2.)*

Unde nos peticionibus prefati domini comitis Ladislai de Palocz, iudicis curie vestre obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Gregorio de Koronzow, homine vestre serenitatis, nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Valentinum, custodem ecclesie nostre ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod prefatus homo vestre serenitatis presente dicto nostro testimonio die dominica proxima ante festum Concepcionis beate Marie virginis proxime preteritum *(decz. 7.)* ad facies pretactarum terrarum Chokatheleke vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessisset, et cum idem homo vestre serenitatis presente nostro testimonio antedicto, memoratos dominum fratres Paulum prepositum et conventum in dominium earundem introducere easdemque eisdem statuere voluisset, tunc Mathias dictus *Futas* de Kysbarathÿ, iobagio et familiaris egregii domini Johannis de Hedrechwara, nomine et in persona eiusdem domini Johannis eosdem contradiccionis velamine obviasset. Quibus sic habitis antelatus homo vester presente dicto nostro testimonio eundem dominum Johannem de Hedrechwara in possessione sua Kysbarathÿ predicta contra annotatos exponentes ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas in vestre serenitatis evocasset presenciam racionem contradiccionis ipsius redditurum. Datum sexto die diei evocacionis premisse anno domini supradicto.

Kivül: Domino regi pro egregio domino Johanne de Hederwara contra religiosos dominos fratres Paulum prepositum et conventum ecclesie beati Michaelis archangeli de Chorna ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas evocacionis par.

Eredetije papiron, záró pecsét maradványaival, fasc. 44, Nr. 16/1. jelzés alatt.

201.

Vácz, 1449 deczember 12. Az országtanács Hédervári Imre pozsegai főispán és testvére Miklós azon panaszára, hogy Némai Kolos Jeromos és fiai, László és Imre a birtokaik között a Duna közepén lévő Salamonakadya nevű határkő helyett jan. 6. tájban jóval feljebb dobattak a Duna közepébe határkőül egy malomkövet, a mi által egy jó halászó helyüket, Kiszátonyszigete nevű szigetüket és több Genew-hez tartozó szántóföldjüket és rétjüket igazságtalanul elfoglalták, Komárom vármegye hatóságának meghagyja, hogy tartson vizsgálatot és ha a panaszt igaznak találja, a nélkül, hogy további parancsot várna, állítsa vissza a panaszlókat birtokukba, semmisítse meg a hamis határkövet és idézze meg a feleket 1450 jan. 6-ra.

Közölve Hazai Okmánytár II. k. 195. sz.

202.

1449 deczember 31. A győri káptalan az országtanácsnak Hédervári Imre és Miklós panaszára kiadott parancsára jelenti, hogy a vármegye közgyülésen vizsgálatot tartott és úgy találta, hogy a Hédervváriak panaszának megfelelően Némai Kolos Jeromos és fiai vasi jobbágyai tőlük uraik parancsára Thamástelkét hatalmasul elfoglalták és birtokukba vették, ezért a panaszosokat jogos birtokukba visszaállították és a hatalmaskodó Kolosokat az országtanács elé idézték és meghagyták jobbágyaik előállítását is.

A Kisfaludy cs. levéltárából *közölte Véghely D. a Hazai Okmánytár V. k. 169. sz.*

203.

1450 január 3. A győri káptalan jelenti az országos rendeknek, hogy Hédervári Imre posegai főispánt és Olchai Jánost, a Némai Kolos Jeromos és fia László által ellenök indított határsértő hatalmaskodási ügyben, megejtett vizsgálat után az országos rendek elé idéztette.

Reverendissimis, ac magnificis dominis prelatis, barronibus, nobilibus, necnon proceribus regni Hungarie universis et amicis eorum honorandis capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in domino devotas. Literas vestras inquisitorias, evocatorias pariter et insinuatorias recepimus in hec verba:

Prelati, barrones, nobiles, necnon proceres regni Hungarie universi honorabili capitulo ecclesie Jauriensis salutem

cum honore. Dicitur nobis in personis Jeronimi dicti Kolos de *Nema* ac Ladislai filii eiusdem, quomodo in anno, cuius nondum preteriisset revolucio, magnificus Emericus de Hedrewara, comes comitatus de Posega per Johannem de Olcha familiarem ac Stephanum . . . . . Franciscum filium Thome, Clementem *Molnar,* Stephanum filium Johannis, Petrum filium Pauli, Demetrium filium Petri, Thomam filium J . . . . Petrum filium Jacobi, Nicolaum Sartorem, Johannem . . . . . Dominicum filium eiusdem, Thomam filium Pauli, Egidium filium Luce, Laurencium filium Andree, Georgium filium eiusdem, Petrum, Paulum filios Fabiani, Demetrium, Stephanum filios Johannis, Dominicum Parvum, Matheum *Panczel,* Valentinum *Selmes,* Johannem Thot, alterum Johannem filium Michaelis, Laurencium filium Dominici, Briccium Jako, alterum Briccium *Jo,* Georgium similiter Jo, Albertum filium Nicolai, Ulricum filium alterius Nicolai, Nicolaum *Thot,* Ladislaum filium Pauli, Demetrium filium eiusdem, Anthonium *Chompos* et Nicolaum Parvum, iobagiones suos in possessione eiusdem Genyw vocata commorantes quemdam lapidem metalem *Salamonakatya* vocatum in medio Danubii inter dictam possessionem Genyw ipsius Emerici de Hedrewar ab una, ac alteram possessionem dictorum Jeronimi ac Ladislai filii eiusdem Was dictam parte ex alia, semper et ab antiquo pro vera meta earundem duarum possessionum tentum, levari ac quo sue placuisset voluntati, abinde deportari fecisset, in qua deportacione dicti lapidis ac ab ulcione prescripte antique mete ipsis exponentibus prope mille florenos auri damna intulissent potencia mediante in preiudicium dictorum exponencium valde magnum. Super quo vobis committimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus Jwachon de Andreashaza, vel Emericus aut Andreas de *Aranyas,* sin Briccius seu Thomas de Markhaza, an Nicolaus de Wasdynye, ceu Johannes Belger de *Nagdÿnÿe,* sive Paulus de Apathy, neve Ladislaus de Chep aliis absentibus homo noster scita veritate premissorum evocet prefatos Emericum de Hedrewara ac Johannem de Olcha contra prefatum Jeronimum Kolos nostram in presenciam ad octavas festi Epiphaniarum *(jan. 13.)* nunc venturas racionem premisso-

rum reddituros, prefatos iobagiones ipsius Emerici eidem statuere commitendo, litis pendencia, si qua foret, inter ipsos non obstante; insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram nobis compareant, sive non, ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quid iuri videbitur expedire, et post hec ipsarum inquisicionis et evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum ac statuere commissorum nominibus ad predictas octavas nobis suo modo rescribatis. Datum Wacie, in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini M^mo^ CCCC^mo^ quadragesimo nono. *(1449 decz. 20.)*

Unde nos commissioni vestre obtemperare cupientes, ut tenemur, unacum prefato Nicolao Jwachon de Andreashaza, homine vestro nostrum hominem videlicet magistrum Johannem de Waswar, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus homo vester presente dicto nostro testimonio feria secunda videlicet in festo beati Thome martyris *(decz. 29.)* proxime preterito in comitatibus Komoroniensi et Jauriensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus scilicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dictorum comitatuum hominibus palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivissent, prout vestris dominacionibus dictum extitisset, et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia contineret prescriptarum. Facta itaque huiusmodi inquisicione memoratum Johannem de Olcha in eadem Olcha porcione scilicet sua possessionaria, eodem die inquisicionis, annotatum autem magnificum dominum Emericum de Hedrewara secundo die ipsius inquisicionis in porcione sua possessionaria in civitate Jauriensi contra memoratum Jeronimum Kolos ad predictas octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas in vestrarum dominacionum evocassent presencias racionem premissorum reddituros, prefatos iobagiones ipsius Emerici eidem statuere committentes, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram vobis compareant, sive non, vos ad partis comparentis instanciam id

facietis in premissis, quod iuri videbitur expedire. Datum sexto die diei inquisicionis premisse, anno domini M° CCCC° quinquagesimo.

Kívül: Dominis prelatis, baronibus, nobilibus et proceribus regni Hungarie universis pro magnifico Emerico de Hedrehwara, comite comitatus de Posega et Johanne de Olcha contra Jeronimum Kolos de Nema ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* inquisicionis, evocacionis et insinuacionis par.

Alul, valamivel későbbi kézzel: *Super Salamonakagya.*

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 5.

204.

Vácz, 1450 január 10. Az országos rendek meghagyják Koroghi János macsói bánnak, helyetteseinek és Baranya vármegyének, hogy azon esetre, ha netalán László, egri püspök s fivére Hédervári Pál itéletökkel meg nem elégednének, fellebbezzék ezt az országos rendek elé.

Prelati, barones, nobiles, necnon proceres regni Ungarie universi magnifico Johanni de Korogh, bano Machouiensi ac suis vicebanis, necnon comiti vel viccecomiti et iudicibus nobilium camitatus de Baranya salutem et honorem. Exponitur nobis in personis reverendi in Christo patris, domini Ladislai, episcopi Agriensis ac egregii Pauli de Hedrehwara, fratris eiusdem uterini, quomodo ipsos egregius Georgius filius condam Andree dicti *Bothos* de Harapk racione cuiusdam facti possessionarii vestri in presenciam traxisset in causam, in qua vos iidem episcopus Agriensis ac Paulus iudicibus haberent pro suspectis. Unde cum in presenciis iudicum suspectorum non sit tutum litigare, igitur vos harum serie requirimus nichilominus committentes vobis, quatenus dictam causam parcium antedictarum coram vobis, ut premittitur, in facto possessionario habitam iusto iuris tramite adiudicare debeatis. Et si iidem episcopus Agriensis et Paulus de huiusmodi vestro iudicio contentari voluerint, extunc eandem causam cum totali serie ipsius vestre adiudicacionis in curiam regiam, nostram videlicet in presenciam . . . . . omnium gravaminum prescriptorum domini episcopi et Pauli transmittatis . . . . .

. . . coram nobis comparendi terminum vestris in literis prefigendo . . . . . [Secus] non facturi. Datum Wacie, in festo beati Pauli p[rimi eremit]e, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Kívül: Magnifico Johanni de Korogh, bano Machouiensi ac eius vicebanis, necnon comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Baranya pro reverendo in Christo patri, domino Ladislao, episcopo Agriensi et Paulo de Hedrehwara, fratre eiusdem uterino introductoria [ca]use.

Eredetije papiron, rongyolt állapotban, zárlatán a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 8.

205.

Buda, 1450 márczius 3. Az országos tanács meghagyja a csanádi káptalannak, hogy iktassa vissza Hunyadi János kormányzót és fiait Lászlót és Mátyást, Hód és Vásárhely birtokába, még a Herczegh fiak ellenmondása esetében is, mivel ezen birtokok a kormányzót és fiait illetik.[1] Ugyanis, midőn Hédervári Lőrincz nádor és fia Imre, előbb macsói bán a Tamásy Henrikkel kötött kölcsönös örökösödési szerződésük értelme szerint, Tamásy Henrik magtalan halála után, magukat a lekötött birtokok tulajdonjogába be akarták vezettetni, előállottak Szekcsői Herczegh Rafael boszniai püspök, valamint Pál és Filpes és felmutatva Zsigmond királynak egy (Gábor deák által hamisított) oklevelét, mely szerint a Tamásy és a Herczegh család tagjai oly kölcsönös örökösödési szerződésre léptek, hogy kihalás esetén a másik fél örökölje a kihalt család összes birtokait, ennélfogva ők jogot formálnak néhai Tamásy Henrik összes birtokaira. Ezen szerződés alapján Hédervári Lőrincz és Imre, Pálóczi László országbíró előtt a Herczegh cs. tagjaival kiegyezett és a birtokokon megosztoztak. — A Herczegh fiak a nékiek jutott birtokok között Hód és Vásárhely birtokába be is iktattatták magukat. Hunyadi János később ezt megtudván, a beiktatás ellen tiltakozott, mivel Hód és Vásárhely az ő birtoka. Hunyadi János fiai nevében is beperelte a Herczegh fiakat, kik ez alkalommal nem tudták igazolni, hogy a nevezett két birtok a Tamásy Henriké lett volna. Igaz ugyan, hogy a Tamásy és Hédervári között kötött örökösödési szerződésben Hód és Vásárhely fel vannak sorolva és

[1] A beiktatás meg is történt 1450 április 16-ikán, melyről az országos tanács ki is adta jeles alakú oklevelét. Gr. Teleki J.: Hunyadiak kora X. k. CXXI. szám.

ezt az egyezséget Hunyadi mint kormányzó meg is erősítette,[1] de mivel a kormányzó a deáki tudományban járatlan (illiteratus), ezt tehát tudatlanságból tette, kanczellárja pedig birtokait nem ismerte, ennélfogva ez a megerősítés nem adhat elegendő jogczímet a Herczegh-családnak azon birtokokra.

Kiadva gr. Teleki J.: Hunyadiak kora X. k. CXVIII. sz. a.

206.

Buda, 1450 április 2. Garai László nádor, Némai Kolos Jeromos és László meg Imre fiainak, Hédervári Imre posegai főispán és Bánhydai Pál ellen indított keresetét elhalasztja.

Nos Ladislaus de Gara, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod causam, quam Jeronimus dictus Kolos de Nema ac Ladislaus et Emericus, filii eiusdem contra magnificum Emericum de Hedrehwara et Paulum de Banhÿda, item iobagiones dicti Emerici in literis capituli ecclese Jauriensis evocatioriis nominatim conscriptos, eidem statuere commissos iuxta continenciam literarum dominorum prelatorum, baronum et procerum regni universorum prorogatoriarum super factis in literis dicti capituli Jauriensis inquisitoriis et evocatoriis contentis in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* ex transmissione dictorum dominorum prelatorum, baronum et procerum regni movere habebant coram nobis, in quo eciam termino idem in causam attractus iudicium trium marcarum pro non responsione nobis et parti adverse persolvere tenebatur, racionabili de causa ad octavas festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, octuagesimo die termini prenotati, anno domini M° quadringentesimo quinquagesimo.

Kívül: Pro magnifico Emerico de Hedrehwara, comite comitatus de Posega ac Paulo de Banhÿda contra Jeronimum Kolos de Nema ac Ladislaum et Emericum, filios eiusdem ad octavas festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* prorogatoria. — Lecta.

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét töredékével, fasc. 4, Nr. 7.

[1] Érdekes, hogy Hunyadi J. ebben az állításában téved, mert midőn ő 1446 julius 1-én megerősíti a Tamásy-Hédervári szerződést, világosan megmondja megerősítő-oklevelében, hogy a szerződést csak Hód és Vásárhely kivételével erősíti meg, mert azok az ő birtokai. Lásd előbb 183. sz. a.

207.

Buda, 1450 április 8. Pálóczi László országbíró az egyrészről Pál, csornai prépost és konventje, másrészről Hédervári János között Csókateleke részföld beiktatásánál történt ellenmondás miatt folyó pört elhalasztja.

Nos comes Ladislaus de Palocz, iudex curie regie damus (pro memoria), quod causam, quam religiosus vir dominus, frater Paulus prepositus et conventus ecclesie beati Michaelis archangeli de Chorna contra egregium Johannem de Hedrehwara iuxta continenciam literarum conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie statutoriarum et evocatoriarum super facto contradiccionis statucionis cuiusdam particule terre *Chokateleke* vocate, inter metas possessionis Naghbarathy eorundem actorum in comitatu Jauriensi existentis, habite, in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* movere habebant coram nobis, racionabili de causa ad octavas festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, octagesimo sexto die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Kivül: Pro religioso viro, dominis fratribus Paulo preposito ac conventui *(igy)* ecclesie beati Michaelis de Chorna contra egregium Johannem de Hedrewara ad octavas festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* prorogatoria. Solvit. Lecta.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 14358. jelzet alatt.

208.

Buda, 1450 június 9. Garai Miklós nádor előtt 1450 január 13-ikán a Hédervári Imre pozsegai főispán ügyvéde Péczeli Benedek megjelenvén, bemutatta a győri káptalan bizonyság-levelét, a mely szerint a Hédervári Imre és kiskorú testvére Hédervári Miklós, másrészről Némai Kolos Jeromos és fiai között folyó határpörben Komárom és Győr vármegye vizsgálatot tartván a kikérdezettek eskű alatt vallották, hogy Kolos Jeromos és fiai, László és Imre a régi határ helyett új hamis határkövet állítottak a Dunába és ezáltal jogtalanul elfoglalták Kiszátonszigetét, Örvény nevű halászhelyet és több Gönyőhöz tartozó szántóföldet és réteket. Ennek alapján a komárommegyei hatóság kizárta őket a jogtalan birtok-

lásból, a hamis határkövet megsemmisítette és a jogos birtokosokat birtokukba visszaállította; azonfelül pedig a feleket megidézte. — Ezen és a komárommegyei hatóság hasonló tartalmú oklevele alapján kérte Péczeli Benedek megbízója nevében, hogy a nádor szolgáltasson igazságot. Ezzel szemben Kolos Jeromos és nagyobb fia ügyvéde Chepi Sebestyén bemutatván az ügyvédbevalló levelet, a nádori szék elé vezeti a Kolos Jeromos 10 éves fiát, Imrét, és azt állítja, hogy megbízói az egész ügyben ártatlanok, mert bár a vizsgálat eredménye ellenük szól, de a kikérdezett emberek hamisan vallottak, mert Kolos Imre oly zsöngekorú, hogy a malomkövet felemelni, a Duna közepébe dobni és az említett birtokokat hatalmasul elfoglalni nem képes. Azért a tanuvallatásnak ezen részletében nem lehet hitelt adni. — A nádori szék elfogadja az ügyvéd bizonyítását, a bemutatott tanuvallató okleveleket erejüktől megfosztja és elrendeli, hogy az elmozdított határkövet régi helyére tegyék és Kolos Jeromost és fiait birtokukba iktassák újra be, a mi a győri káptalannak ez ítélő levélbe foglalt jelentése szerint meg is történt.

Kiadva Hazai Okmánytár III. k. 266. sz.

209.

Buda, 1450 szeptember 9. Az országtanács Iwanczi Mihály és Boldizsár azon panaszára, hogy Hédervári Imre macsói bán, Pál és János Hédervári László egri püspök tudtával és beleegyezésével fegyveres szolgáikkal és csehországi lovasokkal és gyalogosokkal ivánczi birtokukra rohanva bírójuk lakásának ajtait feltörve, a bírót megölték, feleségét és fiát félholtra verték és úgy a bírónak, mint a panaszosoknak ott található birtokát, pénzét, drágaságait, marháit és egy fogságban lévő embert hatalmasul elvittek, megparancsolja Vas vármegye hatóságának, hogy tartson vizsgálatot.

Közölve Hazai Okmánytár IV. k. 260. sz.

210.

1450 október 25. Az országtanács előtt Rozgonyi György pozsonyi főispán, a maga, továbbá Rozgonyi Sebestyén, Hédervári László egri püspök, Ujlaki Miklós és Rozgonyi János erdélyi vajdák, Rajnald, a székelyek ispánja, másik R. János és Ozsvát nevében is tiltakozik az ellen, hogy Gúti Országh Mihály beleegyezésével Temesközi Bálint, előbb pozsonyi várnagy segítségével Farkasdy György és Bucháni Mihály által Rozgonyi György embereit megvesztegetvén, Pozsony várát kirabolták, az ott levő okleveleket, kincseket s könyveket elvitték, s bár a várat jelentékeny összeg

s adományok fejében Hunyadi János kormányzónak átadták, az elrablott mintegy 40.000 forintnyi értékű ingóságot Nagyszombatba vitték.

Nos prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie uni[versi] memorie commendamus per presentes, quod magnificus dominus Georgius de Rozgon, comes Posoniensis nostram veniens in presenciam in sua ac egregii Sebastiani de eadem Rozgon, necnon reverendi in Christo patris, domini Ladislai, episcopi ecclesie Agriensis, item magnificorum Nicolai de Wylak et Johannis de Rozgon, waÿuodarum Transsilvaniensium, ac Rÿnoldi, comitis Siculorum, necnon alterius Johannis et Osualdi de eadem Ro[zgon, ce]terorumque omnium fratrum et proximorum suorum personis, per modum protestacionis nobis significare curavit, [quod] Georgius de Farkasdÿ et Michael de Bwchan ex consensu et voluntate magnifici Michaelis [Orzag] de Gwth, domini eorundem, precipueque Valentini de Themeskewz, prioris castellani dicti castri [Posoniensis diver]simode (?) nunc promissionibus pecuniarum, nunc aliarum rerum donacionibus certos familiares castellani antedicti [domini] Georgii de Rozgon, et signanter Abraham de Bechkhaza, Johannem *Wamos,* Demetrium [. . . . de W]ÿzkeleth, Gregorium magnum *Thakach* dictum, Michaelem similiter magnum, *Chonka* [dictum] de Zenthmÿhalfalwa, necnon Demetrium Pistorem, simulcum aliis eorum consociis, eotunc castro in [eodem] residentibus et existentibus seducendo, ipsum castrum Posoniense per tradimenta et infidelitatem dictorum familiarium, simulcum literis et literalibus instrumentis, factum tocius huius regni ac regie maiestatis tangentibus, necnon eg. . . . . de Rozgon, super castris, opidis, villis et possessionibus confectis ac thesauros eorundem, immo . . . . . abiles multos et varios, videlicet biblie, katholicon, psalterii, mÿssalium, et alios *plurimos libros,* auro et argento ornatos, item ornamenta ecclesie sancti Martini prope opidum eiusdem domini . . . . . Sempcz constructe ad duo milia florenorum auri se extendencia, associatis secum familiaribus trompetoriis antedicti Michaelis Orzag pro se usurpassent, egregiamque et generosam puellam, Elena vocatam . . . . . Georgii de Rozgon, in dicto castro pro tunc constitutam et existentem,

cum ceteris familiaribus suis castro de eodem excludendo, idem castrum, pactative habitis pro eis magna et notabili pecunia et aliarum rerum solucione ac donacionibus castri et possessionum, magnifico domino Johanni de Hwnÿad, regni Hungarie gubernatori restituissent, et in signum huius premissas res et bona, tam regalia, quam antedict. . . . . Rozgon ad civitatem Tirnaviensem, que sub capitaneatu antedicti Michaelis [Orzag extitisset (?)], quadraginta milia florenorum auri se extendencia asportantes, quo eorum placuisset voluntati . . . . . in preiudicium prefatorum dominorum de Rozgon et damnum valde magnum. Datum . . . . . die dominico proximo ante festum Symonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo [quadringentesimo] quinquagesimo.

Eredetije szakadozott, foltos papiron, aljára nyomott pecsét töredékével az Országos Levéltárban M. O. D. L. 14414. jelzet alatt.

211.

1450 november 18. A székesfehérvári káptalan előtt Hédervári Imre macsói bán, néhai Hédervári Lőrincz nádor fia, másrészről a nádor özvegye, Imre mostoha anyja, néhai Blagay Antal leánya, Margit megjelenvén, ugyanezen Margit asszony vallja, hogy Imre bánt és ennek mostoha testvérét, a még kiskorú Miklóst megillető várak és birtokok, szintúgy a kiskorú Anglis leánynegyede miatt Hédervári Imrét perbe akarta idézni, azonban Ujlaki Miklós erdélyi vajda és macsói bán segítségével megegyeztek oly módon, hogy Ozora várát Podversával együtt Imre kapja, míg Pozsegavár és Tamási várakat Margit asszony fiával, Miklóssal és leányával, Anglissal; Gönyő vár, Ráró és Selke birtokok fele Imréé, másik fele pedig az özvegyé és gyermekeié, Miklósé és Anglisé legyen; Imre kapja Tétényt, továbbá Aradot, mert ezen utóbbit édesanyja magának és utódainak szerezte, szintúgy a hédervári és a gönyői lakóhelyeket, míg a ráróiakat és a selkeieket Miklós; főbirtokaikat két egyenlő részre osztják s pereik vezetésére közösen egy arra való, alkalmatos embert tartanak; Strem birtokot, mely Doy Györgynél és feleségénél zálogban van, visszaváltják, szintúgy kiki visszaválthatja az Imre által a közös kiadások miatt elzálogosított Táplán birtokban levő részét; a ki az egyezséget megszegi, bizonyos összeget [1] fizet a másik félnek, Gönyő várára vonatkozó eddigi kötelező-leveleik pedig érvénytelenek.

Egykorú másolata rongyolt papiron, fasc. 108, Nr. 1. jelzet alatt. A másolatból egész részek a birtoknevekkel együtt hiányzanak s a tartalomból csak ennyit állapíthatni meg.

[1] Az összeg kiszakadt.

212.

Simontornya, 1453 márczius 18. Garai László nádor előtt Derecskei István, László és Krisztina és az utóbbi gyermekei tiltakoznak az ellen, hogy Ozorát, a mely őket teljes joggal megilleti, néhai Hédervári Lőrincz fiai, Imre és Miklós elfoglalják.

II. Lajos király 1523 szeptember 15-én kelt bírói átiratából. Lásd Magyar Tört. Tár. VI. k. 35. l.

213.

1453 április 25. A vasvári káptalan V. László királynak jelenti, hogy a Hédervári Pál s társai által Somlyói Balázs és Péter ellen elkövetett hatalmaskodást megvizsgáltatta s Hédervárit társaival együtt megidéztette.

Serenissimo principi domino Ladislao dei gracia Hungarie, Bochemie, Dalmacie, Croacie etc. regi, Austrieque et Stirie duci, necnon marchioni Morauie etc. capitulum ecclesie Castriferrei oracionum suffragia devotarum. Literas inquisitorias, evocatorias et insinuatorias vestre serenitatis noveritis nos recepisse in hec verba:

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bochemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Morauie etc. fidelibus nostris honorabili capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Exponit nobis fidelis noster Blasius de Somlyo in sua ac Petri, fratris sui uterini personis, quomodo circa Medium quadragesime *(márcz. 7. körül)* proxime preteritum egregius Paulus de Hedrehwara unacum Egidio de Bwgede et Josa de Haal familiaribus, item Stephano *Zeep*, Paulo *Bak*, Johanne, Michaele et Petro in Aborgatha, necnon Stephano literato in Chakan possessionibus commorantibus iobagionibus scilicet suis ad facies cuiusdam particule terre arabilis *Salamonfelde* vocate intra metas prescripte possessionis Somlyo in comitatu Castriferrei existentis habite veniens, ibique eandem particulam ipsius terre arabilis per ipsos exponentes seminatam rursus aratro evertisset, et per hoc ipsam particulam terre arabilis pro se minus iuste et indebite occupare niteretur potencia mediante in preiudicium ipsorum exponencium et damnum valde mag-

num. Super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus de Kereztur, vel Dominicus de Cibafolua, aut alter Dominicus de *Vadasiles,* an Akachius de Gercze, sin Franciscus de Duka, seu Michael de *Fenyr,* sive Anthonius filius Clementis de Sehterwelg, aliis absentibus homo noster scita veritate premissorum evocet prefatos Paulum, Egidium et Josam contra antelatos exponentes ad octavas festi beati Georgii *(máj. 1.)* martyris nunc venturas nostram specialem in presenciam racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prefatos iobagiones suos eidem Paulo statuere committendo, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi in dictis octavis compareant, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expedire, et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et statuere commissorum nominibus octavas ad predictas nobis fideliter rescribatis. Datum Demesii, sabbato proximo post festum beati Ambrosii episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio. *(1453 ápr. 7.)*

Nos enim preceptis vestre serenitatis in omnibus fideliter obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Dominico de dicta Cibafolua, homine vestro regio nostrum hominem, videlicet magistrum Mathiam, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beatorum Tiburcii et Valeriani martyrum proxime preteritum *(1453 ápr. 16.)* in comitatu Castriferrei simul procedendo ab omnibus cuiusvis status et condicionis eiusdem comitatus hominibus, a quibus decens et opportunum fuisset, diligenti inquisicione palam et occulte facta scire potuissent, sic scivissent, prout per omnia tenor continet literarum vestre serenitatis predictarum. Facta itaque ipsa inquisicione ipsi termino in predicto prefatos Paulum de dicta Hedrehwara in dicta possessione sua Aborgatha vocata ac Egidium et Josam similiter in eadem possessione Aborgatha, officiolatu scilicet eorum contra prelibatum Blasium de prescripta Somlyo ad dictas

octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas in vestre serenitatis evocassent presenciam racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret, inter ipsos non obstante, prescriptos autem Stephanum Zep, Paulum Bak, Johannem, Michaelem ac Petrum in Aborgatha, necnon Stephanum literatum in Chakan possessionibus commorantes, iobagiones scilicet eiusdem Pauli eidem statuere committendo, alia contenta dictarum literarum vestre serenitatis ibidem eisdem insinuando. Datum decimo die diei inquisicionis, evocacionis et insinuacionis predictarum, anno domini supradicto.

Kívül: Domino regi pro egregio Paulo de Hedrehwara ac Egidio de Bwgethe et Josa de Haal contra Blasium de Somlyo ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* inquisicionis, evocacionis et insinuacionis par.

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 9. — *Kiadva Hazai Okmánytár IV. k. 266. sz.*

214.

1453 április 29. A pannonhalmi konvent jelenti V. László királynak, hogy midőn parancsára Pál, csornai prépost és konventje javára vizsgálatot tartott, úgy találta, hogy Hédervári János és Ozsvát kis-baráti jobbágyai a két Baráti között fekvő határjeleket szétrombolták s a prépostot embereivel együtt megtámadták.

Serenissimo principi domino Ladislao, dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi ac Austrie et Stirie duci, necnon marchioni Moravie, domino ipsorum metuendo, conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie oracionum suffragia devotarum. Vestra noverit serenitas, nos literas vestras, nobis directas, sumpma cum reverencia recepisse in hec verba:

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, marchioque Moravie, fidelibus nostris, honorabili conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Exponitur nobis in personis religiosorum dominorum fratris Pauli prepositi et conventus monasterii beati Michaelis archangeli de Chorna, quomodo egregii Johannes et Oswaldus de Hedrehwara in anno proxime preterito *(1452.)* quasdam metas terreas, inter

possessiones utrasque Baratÿ vocatas iuxta arbitrativam composicionem nonnullorum proborum et nobilium virorum serie literarum honorabilis capituli ecclesie Jauriensis factam in anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo erectas et dispositas per iobagiones ipsorum, videlicet Valentinum et Andream dictos *Byncze*, Lucam *Mezaros*, Sebastianum, Johannem et Petrum dictos *Erdewg*, Johannem Cheller, Elyam Wok, Benedictum Demeter, alterum Benedictum Pordany, Petrum Carnificem, Johannem Olozek, Thomam Georgii, Stephanum *Kowach*, Georgium *Erdeg*, Briccium Marci, Valentinum *Mezes*, Anthonium Demeter, Jacobum *Choudar*, Laurencium Zalan, Clementem Benedicti, Valentinum Georgii, Benedictum Myke, Paulum Carnificem, Michaelem Lutinistram, Johannem Nemeth, alterum Johannem Zabo, Martinum Vareas, Johannem Keczkes, Blasium Sartorem, Sebastianum Ikreny, Sebastianum et Matheum *Torsas*, Gregorium Clementis, Anthonium Peter, Petrum et Johannem Botak, Thomam *Keczkes*, Benedictum Czortyan, Mathiam *Futas*, Lucam *Sarkan*, Clementem Pokÿ, Blasium Faradÿ, alterum Blasium Bewth, et Briccium *Chengethew* appellatos in possessione ipsorum Kysbaratÿ vocata commorantes distrahy et penitus aboluri *(igy)* fecissent. Et cum prefatus dominus frater Paulus prepositus die dominica proxima ante festum sancti Martini proxime preteritum *(1452 nov. 5.)* ad revidendam et conspiciendam dictarum metarum distraccionem cum quibusdam suis familiaribus et iobagionibus ac *(igy)* campum ire habuisset, tunc prefati universi iobagiones prescriptorum egregiorum Johannis et Oswaldi manibus armatis et potenciariis ex commissione et voluntate eorundem dominorum ipsorum in prescriptum dominum fratrem Paulum prepositum, ubi ipse cum predictis suis familiaribus et iobagionibus suis inter metas possessionis sue Nagbaraty vocate iuxta unius mete distracte *(igy)* pausare habuisset, irruendo, ipsum et suos ibidem, si auxiliante deo se defendere non valuissent, interimere voluissent potencia mediante in preiudicium et iuris derogamen eorundem exponencium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Benedictus vel Valen-

tinus de Inese, sin Gregorius sive Petrus an Stephanus de Koromzo aut Josa de Haly sive Lucas de eadem, sin Symon aut Anthonius de Peecz, sive Blasius de Nema, sive Petrus de Ewrken, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Wÿenne, feria sexta proxima ante dominicam Misericordia domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, regni autem nostri anno tredecimo. *(1453 ápr. 13.)*

Unde nos mandatis vestre serenitatis satisfacere volentes, ut tenemur, unacum prefato Josa de Haly, homine vestro unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Sebastianum presbiterum ad premissam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo sancti Georgii martyris proxime preterito *(1453 ápr. 24.)* in comitatu Jauriensi pariter procedendo ab omnibus, quibus decens fuisset et opportunum, nobilibus videlicet et ignobilibus dicti comitatus hominibus diligenter de premissis inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivissent, prout vestre serenitati dictum extitisset et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia continet prescriptarum. Datum sexto die diei inquisicionis prenotate, anno domini supradicto.

Kivül: Domino regi pro religiosis dominis fratribus Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 14.669. jelzet alatt.

215.

Eger, 1453 június 14. Hédervári László egri püspök a beregmegyei tized egy részét Kisvárdai Miklósnak adja.

Zichy-Okmánytár IX. k. 281. sz.

216.

Eger, 1453 július 3. Hédervári László egri püspök, Palóczi László országbíró, Rozgonyi György pozsonyi főispán és Zudar Simon levele Várdai Miklóshoz, melyben őt július 16-ra Macs faluba tanácskozásra hívják, miképen lehetne a környéket fenyegető veszedelmet elhárítani.

Zichy-Okmánytár IX. k. 283. sz.

217.

1453 szeptember 8. A pozsonyi káptalan előtt Nebojszai Németh János és Bor István, az utóbbi testvérei és felesége nevében is, kiegyeznek a felső-nebojszai leánynegyedre vonatkozólag.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Johannes Nemeth dictus de Felse-Neboÿza ex una, parte siquidem ex altera Stephanus Bor dictus de eadem pro se et pro Ladislao, fratre ac Margaretha et Katherina sororibus, necnon Elisabeth consorte suis, quorum onera et gravamina super se receperunt *(így)*, coram nobis personaliter constituti per pretactum Johannem Nemeth vive vocis oraculo sponte et libere confessum extitit et relatum, quomodo ipse pro quartaliciis puellaribus de dicta possessione Felseu-Neboÿza pretactum Stephanum Bor cum prenominatis fratre, sororibus ac consorte suis concernentibus pro fundo curie locum iuxta locum illius fundi curie, quem alias Johannes, filius Pauli de eadem pro ipsorum quarta puellari extradedisset pariter cum omni quarta parte omnium aliarum porcionum possessionariarum tam in terris arabilibus, cultis vel incultis, pratis, fenetis, silvis, aquis, pascuis et silvis virgultorum ac aliarum utilitatum integritatibus quartam puellarem concernentibus, pretactis Stephano Bor, fratri, sororibus ac consorti suis extradedisset, ymo dedit coram nobis taliter videlicet, quod quandocunque iuxta estimacionem proborum hominum sibi de dictis quartis puellaribus, ceu nobilibus cum pecuniis et cum addiccione sex florenorum auri, quos ultra hoc idem Stephanus sibi concessit, satisfacere possit, extunc ÿdem Stephanus Bor et alii prenominati ipsam porcionem possessionariam modo premisso

sibi datam cum singulis pertinenciis remittere tenebuntur, ad quod se prenotatus Stephanus nominibus, quibus supra, se spontanea obligavit voluntate, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo Nativitatis Marie virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomaival, fasc. 95, Nr. 3. jelzet alatt.

218.

Buda, 1453 deczember 16. Palóczi László országbíró, az egyrészről Pál csornai prépost és konventje, másrészről Hédervári János között, Csókateleke részbirtok beiktatásánál történt ellenmondás miatt folyó pert az országnagyok határozatából elhalasztja.

Nos comes Ladislaus de Palocz, iudex curie serenissimi principis domini Ladislai, dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis damus pro memoria, quod causam, quam religiosus vir dominus frater Paulus prepositus et conventus ecclesie de Chorna contra egregium Johannem de Hedrehwara iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradiccionis statucionis cuiusdam particule terre Chokatheleke vocate inter metas possessionis Nagbarathÿ in comitatu Jauriensi existentis, habite in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* movere habebant coram nobis, ex deliberacione dominorum prelatorum et baronum regni ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, septuagesimo secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Kívül: Pro religiosis viris dominis fratribus Paulo preposito et conventu ecclesie beati Michaelis de Chorna contra egregium Johannem de Hedrehwara ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* prorogatoria.

Ugyanazon kézzel: Per N(icolaum) de Wag.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 14.763. jelzet alatt.

219.

1454 május 5. A győri káptalan előtt Hédervári Pál és Somlyói Balázs az Aborgata és Somlyó között levő vitás szántóföldre nézve, a melyet az utóbbi a pör folyama alatt is használni akart és ezért újabb pörösködés származott, úgy egyeznek ki, hogy Hédervári Pál, mivel a pör kezdete előtt is a Somlyói Balázs birtokában volt a föld, a pör eldöltéig megengedi használatát.

Közölve Hazai Okmánytár IV. k. 270. sz.

220.

Nándorfehérvár, 1454 szeptember 9. Hunyadi János beszterczei gróf stb. levele Hédervári László egri püspökhöz, melyben utasítja őt, hogy mivel Szakolyi Miklóst Tarczal kiváltsága ellenére, az egri püspöki vikárius elé hivta perbe a tarczali plébános, ennélfogva az ügyet minden itélet nélkül hozzá küldje.

Zichy-Okmánytár IX. k. 339. sz.

221.

Eger, 1454 október 10. Hédervári László egri püspök levele Várdai Miklós királyi kincstárnokhoz, melyben jóindulatáról biztosítja s egyben értesíti, hogy a tizedszedőknek az egyházi átok megszüntetését meghagyta.

Zichy-Okmánytár IX. k. 341. sz.

222.

Bécs, 1455 márczius 18. V. László néhai Hédervári Lőrincz nádor fiának, Imrének és testvérének, Miklósnak adja a szokolendrődi részbirtokot, a mely Szokolendrődi Dezső fia Péter magszakadása folytán a koronára szállott.

Commissio propria domini regis.

Nos Ladislaus, dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Morauie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos attentis et con-

sideratis multimodis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri magnifici Emerici, filii condam Laurencii de Herderwara *(igy)*, regni Hungarie palatini per ipsum, uti a certo edocti sumus, primum condam excellentissimorum principum dominorum, Sigismundi, Romanorum imperatoris, avi ac Alberti, regum Hungarie, patris, nostrorum carissimorum et eciam nostris temporibus in nonnullis exercitualibus expedicionibus contra regni nostri emulos instauratis, rebus et persone suis non parcendo cum omni fidelitatis constancia ac ferventis animi zelo eisdem nostris progenitoribus ac sacre regni nostri Hungarie corone et ex post eciam nostre maiestati laudabiliter exhibitis et impensis, totalem porcionem possessionariam in possessione Zokolendred, in comitatu Tholnensi existenti, habitam, que condam Petri filii Desew de eadem Zokolendred prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem ad sacram regni nostri Hungarie coronam, consequenterque nostram maiestatem iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri Hungarie consuetudinem devoluta fore perhibetur, simulcum omni iure nostro regio, si quod in eadem qualitercunque haberemus et nostram ex quibuscunque causis, modis et racionibus concerneret maiestatem, aliisque cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memorato Emerico, filio condam Laurencii palatini et per eum Nicolao, fratri eiusdem carnali, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Wÿenne, feria tercia proxima post festum beati Gregorii

pape, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero secundo.

Az oklevél hátán: Regestrata M. 10.

Eredetije hártyán, rányomott pecsét töredékével, fasc. 50, Nr. 16. jelzet alatt.

223.

Eger, 1455 május 24. Hédervári László egri püspök levele Várdai Miklós királyi kincstárnokhoz és Várdai István préposthoz, melyben közli velük, hogy a Dobi Lászlóval birtokai elfoglalása miatt folyó perben a közvetítést és döntést el nem fogadhatta, hanem Zudar Jakabra és Drágffy Miklósra bízta azt.

Zichy-Okmánytár IX. k. 362. sz.

224.

Eger, 1456 május 15. Hédervári László egri püspök levele a Tisza-Bodrogköz és Zemplén plébánosaihoz, melyben értesíti őket, hogy az említett részek tizedének szedési jogát Perényi Pálnak engedte át.

Zichy-Okmánytár IX. k. 379. sz.

225.

1456 deczember 20. A pozsonyi káptalan V. László királynak jelenti, hogy Hédervári Imrét, Pált, Jánost s néhai Lőrincz nádor özvegyét, a győri káptalan ellenében, személyes királyi jelenléte elé idéztette.

Serenissimo principi domino Ladislao dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi, Austrieque et Stirie duci, necnon marchioni Morauie etc. domino nostro naturali capitulum ecclesie Posoniensis oraciones in domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas vestras inquisitorias, evocatorias et insinuatorias secreto sigillo vestro consignatas nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia pariter et obediencia recepisse, et quod cum nos unacum Stephano Sanko de Bor, homine scilicet vestro

recte Sanka de Baar

in dictis literis vestris nominatim inter . . . . homines vestros conscriptos specificato nostrum hominem, videlicet honorabilem virum dominum Mathiam de Themesvar, socium et concanonicum nostrum ad contenta dictarum literarum vestrarum fideliter exequenda nostro pro testimonio fide dignum duxissemus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis consona voce retulerunt, quomodo ipsi feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli novissime preterita *(1456 decz. 15.)* prehabita diligenti inquisicione in possessione dominorum Emerici, Pauli et Johannis de Hedrehwara dictus homo vester presente eodem nostro testimonio eosdem dominos Emericum, Paulum et Johannem de Hedrehwara et dominam relictam condam domini Laurencii palatini, item Egidium de Bedege, Paulum de Samol et Johannem Was de Dÿnÿe, officiales eorundem, contra honorabile capitulum ecclesie Jauriensis ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas *(1457 jan. 13.)* in vestram personalem evocasset presenciam, iobagiones seu populos eorundem infrascriptos eisdem statuere committendo, videlicet Gregorium Barÿ, Galum Darnaÿ, Benedictum Bewsÿ, Nicolaum *Cantor,* Simonem Pÿnter, Dominicum similiter *Pinter,* Johannem Morocz, Georgium Sos, Simonem Sÿdel, Gregorium Fekethe, David Sipos, Michaelem dictum *Mihel,* Martinum Bodok, Johannem *Halaz,* Urbanum Wersÿ, Ladislaum Molnar, Jacobum Bela, Martinum Ethuenÿ, Bartha Fekethe et Benedictum Ethwenÿ de possessione ipsorum Bodak, item Paulum *Nandor,* alterum Paulum similiter Nandor, Johannem Ladislai, Paulum Zambo, Petrum Bodo, Johannem, Martinum Beke, Laurencium Darnaÿ, Georgium Magnum, Johannem Sodorÿan, Michaelem Godorÿan, Paulum Laczk, Vitum filium Johannis, alterum Vitum Darnaÿ, Michaëlem Selÿ, Martinum Swlÿ, Cozmam Nandor, Stephanum Drechÿ, Petrum Kelemen, Stephanum filium Jacobi Parvi, Lucam Nandor, Benedictum Zambo, Andream Magnum, Georgium Ladislai, Petrum Zabo, Johannem Bodo, Thomam Zambo, Nicolaum Gordÿan, Benedictum Beke, Adrianum, Paulum Henczel, Johannem *Kwczar,* Emericum Nandor et Paulum Dominici de Darno, item Johannem *Weres,* Blasium *Chokas,* Egidium Abran, Petrum

Cigan, Albertum Chethe, Ladislaum Chebe, Andream Fekethe, Blasium *Kazas,* Johannem Hencz, Laurencium *Eke,* Stephanum Cigan et Thomam Weres de possessione Remethe, item Paulum Salon, Andream Zalaÿ, Cozmam similiter Zalaÿ, Johannem Bÿncze, Emericum filium Valentini *Vadaz,* necnon Jacobum Iudicem, Johannem *Palcza,* alterum Johannem Morocz, Thomam Bÿncze, Matheum Laurencii Magni, Georgium *Asvan,* Mathiam Magnum, Benedictum *Zeles,* Egidium Ladislai, Ladislaum Stephani, Johanem filium Laurencii Magni et Jacobum filium Stephani in possessione Zelÿ dictorum dominorum et domine relicte commorantes litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Datum sexto die diei evocacionis iam dicte, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Kívül: Domino nostro regi pro egregiis Emerico, Paulo et Johanne de Hedrehwara et aliis intrascriptis contra honorabile capitulum ecclesie Jauriensis ad octavas festi Epiphaniarum domini *(1457 jan. 13.)* nunc venturas. Evocacionis par.

Eredetije papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; fasc. 4, Nr. 10.

226.

Buda, 1458 márczius 21. I. Mátyás király a valkómegyei Palina nevű birtokot egyenlő részben Hédervári Imre és Miklós testvéreknek, Rozgonyi Sebestyén főlovászmesternek és Szekcsői Herczeg Pálnak és testvérének Fülöpnek adományozza.

Commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum magnificorum Emerici filii condam Laurencii palatini de Hedrewara, pincernarum et Sebastiani de Rozgon, agazonum nostrorum magistrorum et Pauli Herczegh de Zegchew, per eos primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, tandemque nostre maiestati sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis,

possessionem Palÿna vocatam et pertinencias eiusdem universas in comitatu de Walko existentem, que alias quorundam nobilium de eadem Palÿna prefuisse, sed per defectum seminis eorundem iuxta antiquam et approbatam legem et consuetudinem huius regni nostri Hungarie ad sacram coronam eiusdem regni nostri, consequenterque nostram maiestatem rite et legittime devolute esse perhibentur, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem eciam qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promonthoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis molendinorumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis, premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memoratis Emerico filio Bani *(igy)* de Hedrewara et per eum Nicolao de eadem, fratri suo carnali quoad unam, ac Sebastiano de Rozgon quoad aliam, et Paulo Herczeg de Zegchew et per eum Philipo similiter Herczeg de eadem Zegchew, fratri suo carnali quoad terciam directas et equales partes ipsorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum Annunciacionis beate Marie virginis, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Eredetije hártyán, nyilt alakban, a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 12.

227.

1458 július 27. után. Ország Mihály nádor az Ákosházi Sárkán László és Szentbalázsi Zele Tamás panaszára a zalavári konvent által megidézteti Albert király halála után elkövetett többrendbeli hatalmaskodás miatt Wenthei Istvánt, Hédervári Ozsvátot és szolgáinak előállítását is meghagyja.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Zaladiensis Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Ladislai Sarkan de *Akwshaza* et Thome filii condam Blasii Zele de *Zenthbalas,* quomodo temporibus non diu preteritis, post scilicet mortem condam domini Alberti regis Stephanus de Wenthe ad predictam possessionem Zenthbalas, domumque et curiam ipsius Thome exponentis veniendo in eandemque condescendendo et totalem porcionem suam simulcum ipsis domo et curia tam diu tenuisset et possedisset, quousque sue placuisset voluntati etc. . . . . .

. . . . . .

Item Benedictus Kwlchar et Stephanus Chakany familiares dominorum de Hedrehwara ex commissione, voluntate et iuvamine Osualdi de ipsa Hedrehwara temporibus preteritis post scilicet mortem dicti domini Alberti regis ad possessionem prefati Ladislai Sarkan Bwzadzÿgethe vocatam hostiliter irruendo, ibique Dominicum de Ebergen, cognatum et familiarem ipsius Ladislai exponentis nece miserabili utique (?) interimissent, si se fuge presidio precavere non valuisset, eundemque in curiam propriam ipsius Ladislai exponentis affugassent, quendam autem Michaelem Trewk, iobagionem eiusdem Ladislai in eadem Bwzadzygethe commorantem in propria habitacione eiusdem diris verberum plagis affecissent potencia mediante in preiudicium et dampnum prefatorum exponencium valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus Pathay aut Georgius Magnus de *Kyrthes,* vel Nicolaus de *Kerechen,* sin Valentinus sew Egidius de eadem, aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate

evocet prefatum Stephanum de Wenthe et alios predictos contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas nostram in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem; litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prescriptos familiares dominorum de Hedrehwara eisdem statuere committendo; insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram nobis compareant, iidemque domini prefatos familiares statuant, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri, et posthec huiusmodi inquisicionis, evocacionis, insinuacionis seriem cum evocatorum et statuere commissorum nominibus octavas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum.

Kívül: Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Zaladiensis pro Thoma Zele de Zenth-Balas et aliis intrascriptis contra Stephanum de Wenthe et alios intrascriptos ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* inquisitoria, evocatoria et insinuatoria.

Fogalmazvány a M. N. Múzeum levéltára törzsanyagában.

228.

Temesvár, 1458 november 11. I. Mátyás király a pestmegyei Sóskút és Kőkert nevű birtokokat néhai Hédervári Lőrincz nádor fiainak, Imrének és Miklósnak adományozza.

Commissio propria domini regis.
Simone Czwdar magistro curie referente.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos consideratis et digne pensatis multimodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelis nostri dilecti magnifici Emerici filii condam Laurencii palatini de Hedrewara, magistri curie nostre per eum, uti certa relacione docemur, primum sacre huius regni nostri Hungarie corone ac illustri condam domino Johanni comiti Bistriczіensi, genitori nostro carissimo felicis reminiscencie, et tandem maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, possessionem *Soskwth* vocatam ac predium *Kwkerth* vocatum, omnino in comitatu Pestiensi existencia habita, que

condam Michaelis *Poharnok* de eadem Soskwth prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem iuxta antiquam et approbatam regni nostri Hungarie consuetudinem ad sacram coronam eiusdem regni, consequenterque maiestatem nostram rite et legittime devoluta esse perhibentur, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promonthori(i)s, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis, premissis, sicut prefertur, stantibus et se habentibus, memorato Emerico de dicta Hedrewara et per eum Nicolao, fratri suo uterino, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda, pariter et habenda, salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Themeswar, in festo beati Martini episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Eredetije hártyán, nyilt alakban, a szöveg közepe alján a királyi pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 11.

229.

Buda, 1459 február 27. Gúti Országh Mihály nádor Hédervári Imre, volt macsói bán, jelenleg királyi főajtónállómester kérésére, midőn ez Pukudi Miklós fia, János fia, Miklós ellen a nádori székre idéztetett, átírja a székesfehérvári káptalannak Pukudi Miklós birtokában levő oklevelét, a mely Szokolendrőd és Pukud határait tartalmazza.

Nos Michael Orzagh de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus tenore presen-

cium significantes, quibus expedit, universis, quod nobis quadragesimo die octavarum festi Epiphaniarum domini proxime preteriti *(febr. 21.)* unacum regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus magnificus Emericus, filius condam Laurencii de Hederwara similiter palatini, pridem banus Machouiensis, nunc vero ianitorum regalium magister personaliter iuxta continenciam literarum nostrarum citatoriarum ipsam citacionem hic, Bude coram nobis facie ad faciem factam fore denotancium in figura nostri iudicii comparendo contra Nicolaum filium Johannis, filii Nicolai de Pwkwd proposuit eo modo, quomodo quedam litere privilegiales honorabilis capituli ecclesie Albensis cursus metales inter possessiones Zokolendred memorati domini Emerici de Hederwara ac Pwkwd vocatas antefati Nicolai, filii Johannis in comitatu Tholnensi existentes, denotantes, erga ipsum haberentur, quas eidem pro dandis paribus earundem in iudicio per eundem exhiberi vellet coram nobis iure admittente. Quo audito annotatus Nicolaus filius Johannis de Pwkwd similiter personaliter in nostram exurgendo presenciam respondit ex adverso, quomodo ipse annotatas litteras metales antefati capituli ecclesie Albensis privilegialiter confectas pre manibus haberet, tenoresque earundem in transscripto litterarum nostrarum ipsi domino Emerico de Hederwara dare promptus esset et paratus, et hys dictis idem Nicolaus, filius Johannis quasdam litteras privilegiales antefati capituli ecclesie Albensis coram nobis in specie produxit habentes hunc tenorem: *(Lásd a székesfehérvári káptalan 1347 szeptember 8-án kelt jelentését (48. sz.) I. Lajos király 1347 augusztus 26-án kiadott mandatumával.)*

Quibus quidem litteris productis quia ipse littere antefati capituli ecclesie Albensis cursus metales pretacte possessionis Zokolendred vocate, dicti domini Emerici de Hederwara in aliqua sui parte tangere agnoscebantur, ideo nos tenorem earundem de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus litteris nostris privilegialibus pendentis et autentici sigilli nostri novi munimine roboratis transscribi et transsumpmi faciendo eidem domino Emerico de Hederwara,

ianitorum regalium magistro duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Bude, quadragesimo sexto die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 17 jelzés alatt.

230.

Buda, 1460 márczius 7. I. Mátyás király a tolnamegyei Gadán nevű birtokot Hédervári Imre főudvarmesternek és testvérének Miklósnak adományozza.

Relacio Michaelis de Gezth, magistri camere regie.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri magnifici Emerici de Hedrehwara, magistri curie nostre per eum primum condam illustri principi domino Johanni de Hwnyad, alias gubernatori huius regni nostri Hungarie, genitori nostro carissimo felicis memorie et tandem, uti propria experiencia agnovimus, maiestati nostre et sacre dicti regni nostri Hungarie corone sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia et sollicitudine indefessa exhibitis ac impensis, totum et omne ius nostrum regium, si quod in possessione Gadaan vocata in comitatu Tholnensi existenti et habita qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, campis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus ex certa nostra maiestatis sciencia prefato Emerico de Hedrehwara, et per ipsum Nicolao, fratri eiusdem carnali, ipsorumque

heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Eredetije hártyán, nyilt alakban, pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 13.

231.

Diósgyőr, 1460 június 13. Guthi Ország Mihály nádor előtt Pelsőczi Vaydaffy Imre kötelezi magát arra, hogy azon 1500 arany forintért, melyet jószágainak kiváltására Rozgonyi Sebestyén erdélyi vajda és Hédervári László neki házassága előtt adott, azon esetben, ha akár ő, akár menyasszonya Rozgonyi Druzsina a házasság elhálása előtt meghal, nevezettek Abauj vármegyében lévő gönczi birtokát örökre lefoglalhatják.

Közölve az Orsz. Levéltárban lévő eredeti oklevélből *Báró Roszner Ervin:* Régi magyar házassági jog. 451. l. 91. sz. alatt.

232.

Buda, 1461 június 18. I. Mátyás király az egyrészről Rozgonyi János, erdélyi vajda, és Rozgonyi Rajnald, másrészről néhai Hédervári Lőrincz özvegye és fiai, Imre és Miklós között Tétény birtok beiktatásánál történt ellenmondásból keletkezett pört az országnagyok határozatából elhalasztja.

Nos Mathias, dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod causam, quam magnifici Johannes de Rozgon, wayvoda Transsilvanus ac Rinaldus de eadem Rozgon contra magnificum Emericum banum et Nicolaum filios ac dominam relictam condam magnifici Laurencii de Hederwara palatini in octavis festi beati Georgii martyris proxime preteriti *(máj. 1.)* iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum, capituli ecclesie Budensis introductoriarum et statutoriarum super facto contradiccionis

et statucionis opidi Thethen in comitatu Pestiensi coram nostra personali presencia movere habebant, ex deliberacione prelatorum et baronum ac regni nostri nobilium ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, quadragesimo nono (die) termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Kivül: Pro magnificys Johanne de Rozgon, wayvoda Transsylvano et Rinoldo de eadem Rozgon contra magnificum Emericum banum et Nicolaum filios ac dominam relictam condam magnificy Laurencii de Hederwara palatini ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas *(okt. 6.)* prorogatoria.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban M. O. D. L. 15603. jelzet alatt.

233.

Diósgyőr, 1461 július 23. I. Mátyás király meghagyja Debreczeni Márton szolnoki sótárnoknak, hogy a Hédervári Imre főajtónállómestert illető, de tőle megtagadott sómennyiséget haladéktalanul szolgáltassa ki.

Commissio propria domini regis
Bartholomeo literato referente.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro nobili Martino de Debreczen, camarario salium nostrorum regalium in camara nostra de Zolnok constituto salutem et graciam. Licet prioribus literis nostris tibi plerisque vicibus mandaverimus in eo, ut fideli nostro magnifico Emerico de Hedrehwara, ianitorum nostrorum magistro illum unum thumenum [1] salium in dicta camara nostra iuxta contenta aliarum literarum nostrarum omni occasione postposita reddere deberes, tamen, uti per eundem nostre datur intelligi maiestati, in displicenciam nostri mandati hactenus eidem reddere recusasses, et recusares eciam de presenti, quod nos satis displicenter audivimus. Et scias, quod huiusmodi mandati nostri non observacionem non

[1] «Thuminus» mensurae species apud Siculos et Neapolitanos. Du Cange Glossarium etc. Niort 1887.

immemores erimus, et cum ipse Emericus de dicta Hedrehwara in serviciis nostris et illustris domine Katherine, sponse nostre de mandato nostro existat occupatus, igitur fidelilati tue harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus statim et incontinenter receptis presentibus, aliis literis et mandatis nostris superinde nullomodo expectatis, dictum unum thumenum salium de dicta camara nostra Zolnok prefato Emerico aut hominibus suis pro ipsum ad id deputatis, presencium utputa ostensori, ante omnes alios, omni occasione et dilacione postposita, reddere nostram ad racionem modis omnibus debeas et tenearis. Et secus, si nostram gravissimam indignacionem evitare cupis, non facturus. Presentes tandem simulcum prioribus literis nostris pro expedicione tua erga te reserves. Datum in Dyosgÿwr, feria quinta proxima post festum beate Marie Magdalene, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Kívül XVI. sz.-i írással: Super thwmeno salium magistro Emerico Hederwarÿ deputato.

Eredetije papiron, nyilt alakban, alul a pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 15.

234.

Buda, 1461 november 16. I. Mátyás király a pozsonymegyei Bagana nevű birtokot s a pestmegyei Diód nevű birtokrészt Hédervári Imre főudvarmesternek és testvérének, Miklós mesternek adományozza.

Relacio Benedicti de Thurocz,
comitis camere Crempniciensis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelis nostri magnifici Emerici de Hedrewara, magistri curie nostre, per eum primum sacre huius regni nostri Hungarie corone ac tandem maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis firma constancia exhibitis et impensis, possessionem Bagana vocatam in Posoniensi ac totalem por-

cionem possessionariam in possessione Dyod appellata in Pestiensi comitatibus habitas, que condam Ladislai et Nicolai, filiorum Andree de *Sethethkwth,* item predium Kwkerth vocatum, in quo ecclesia quadam lapidea in honore beati Bartholomei fundata est, ac curiam lapideam ad modum castri erectam intra metas eiusdem predii Kwkerth existentem in dicto comitatu Pestiensi habita, que condam Andree de Chapÿ et domine consortis sue ac tandem prefati Ladislai de Sethethkwth prefuisse, sed per defectum seminis eorundem ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam, sequenterque nostram maiestatem rite et legittime devolute fore perhibentur, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem possessione porcioneque possessionaria ac predio et curia predictis eciam alias qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promonthoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis, premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memorato Emerico de Hedrewara et per eum magistro Nicolao, fratri suo carnali, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda, pariter et habenda, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria secunda proxima ante festum beate Elyzabeth vidue, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Eredetije hártyán, nyilt alakban, alján a pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 14.

235.

Buda, 1461 deczember 4. I. Mátyás király az egyrészről Rozgonyi János, erdélyi vajda, Rajnald és Ozsvát, székely ispánok, másrészről néhai Hédervári Lőrincz nádor özvegye és fiai Imre és Miklós között Tétény birtok beiktatásánál történt ellenmondás miatt folyó pert az országnagyok határozatából elhalasztja.

Nos Mathias, dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod causam, quam magnificorum Johannis de Rozgon, wayvode Transilvani ac Rynoldi et Osvaldi de eadem comitum Siculorum, filiorum condam Johannis de Rozgon (in) personis contra magnificos Emericum banum et Nicolaum filios ac dominam relictam condam magnifici Laurencii de Hederwara palatini iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradiccionis statucionis predicti opidi Thethen vocatum (igy) in comitatu Pesthiensi existentis, habite in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* movere habebant coram nostra personali presencia, ex deliberacione prelatorum et baronum regni nostri ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas *(1462 máj. 1.)* duximus prorogandam. Datum Bude, sexagesimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Kívül: Pro magnificys Johanne de Rozgon, wayvode (igy) Transsylvanensi ac Rynoldo et Oswaldo, comitibus Siculorum contra magnificos Emericum banum et Nicolaum filios ac dominam relictam condam magnifici Laurencii de Hederwara palatini ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas prorogatoria.

Lecta.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 15656. jelzet alatt. Az oklevélben több hiba és sorokra terjedő javítás található.

236.

Buda, 1461 deczember 8. Gúti Országh Mihály nádor az egy részről Pál csornai prépost és konventje, más részről Hédervári János és Ozsvát között folyó pert, mely az országbíró által hozzá átküldetett, az országnagyok határozatából elhalasztja.

Nos Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus [et iu]dex Comanorum damus pro memoria, quod causam,

quam dominus Paulus prepositus et [conventu]s de Chorna contra Johannem et Osvaldum de Hederwara, item triginta octo iobagio[nes eorun]dem, eidem statuere commissos, iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis [capituli] ecclesie Jauriensis inquisitoriis, amonitoriis, evocatoriis et insinuatoriis contentis in octavis [festi] beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* ex transmissione comitis Ladislai de Palocz movere habebat coram nobis, ex deliberacione domini nostri regis ac prelatorum et baronum regni ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude sexagesimo quarto die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Kívül: Pro religioso fratre Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna contra egregios Johannem et Osvaldum de Hederwara ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* prorogatoria.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 15660. jelzet alatt.

237.

1463 szeptember 23. Az egri káptalan előtt Hédervári László egri püspök és testvére Pál, hat, gömör- és nógrádmegyei birtokukat 1200 arany forintért Barius Lászlónak és fiainak oly feltétel alatt adják el, hogy a birtokok jövedelméből a Krakkóban tanuló Abafalvi Albert deák tanulásának költségei illendőképen fedeztessenek.

Capitulum ecclesie Agriensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod reverendus in Christo pater dominus Ladislaus de Hedrehwara, dicte ecclesie nostre Agriensis episcopus, dominus et prelatus noster in nostri medio, ac magnificus dominus Paulus de dicta Hedrehwara, frater eiusdem domini nostri episcopi carnalis, coram nobis personaliter constituti sponte confessi sunt et declarantes retulerunt in hunc modum, quomodo hÿs proxime elapsis diebus nobilis Ladislaus Barius de Banfalwa et Demetrius de Abbafalwa in eorundem constituti presenciis eisdem exponere curassent, quomodo condam reverendus in

Christo pater dominus Nicolaus Barÿus, dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Quinque-Ecclesiensis dominus scilicet et frater prefatorum Ladislai Barius et Demetrii in ultimo eiusdem testamento pro quibusdam duobus milibus florenorum auri aput manus executoris sui testamenti per eundem relictorum aliquas possessiones aut aliarum perpetuarum rerum utilitates prefato Ladislao Barius et suis heredibus emendas disposuisset et testatus extitisset, tali tamen interiecta condicione, ut quidam Albertus literatus, frater scilicet carnalis antedicti Demetrii de Abbafalwa, nunc, ut fertur, in studio Cracouiensi proficiens, quoadusque suum studium in artibus liberalibus, teologia aut iure canonico, vel aliis quibuscunque literarum studiis vel artibus continuaret, de proventibus huiusmodi possessionum vel aliarum perpetuarum rerum utilitatum expensas congruas et sufficientes semper habere et percipere deberet atque possit; supplicassentque eisdem domino nostro episcopo et domino Paulo fratri eiusdem iidem Ladislaus Barius et Demetrius de Abbafalwa humiliter instando, ut iidem dominus noster episcopus et predictus dominus Paulus, frater eiusdem tum pro eorundem, tumque prefati condam domini Nicolai episcopi testatoris salute taliter eisdem succurrere dignarentur, ut disposiciones predicte iuxta ultimam voluntatem dicti domini testatoris debitum sortirentur effectum, ac predictis duobus milibus florenis auri per varias moras deperiri non contingeret; ob hocque ipse dominus noster episcopus et dictus dominus Paulus frater eiusdem huiusmodi salubrem disposicionem antefati condam domini Nicolai episcopi diligenter advertentes, supplicacionibusque antefatorum Ladislai Barius et Demetrii gratanter auditis et exauditis, primo et principaliter pro salute eorundem et dicti condam domini Nicolai Barius episcopi, qui ipsis locis et temporibus opportunis, signanter autem tempore condam serenissimi principis domini Ladislai Hungarie et Bohemie regis etc., quo scilicet cancellariatus eiusdem domini nostri regis egisset et conservasset officium, plurimas eisdem exhibuisset conplacencias et servicia, tumque pro certa pecuniarum sumpma infranotanda possessiones eorundem Hangon et Zÿlazo vocatas in Gewmeriensi ac Zagÿ-

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

wafew cum loco castri in facie eiusdem possessionis existentis, necnon Garab, *Korlath* et Zenthelzebeth nuncupatas in Newgradiensi comitatibus habitas et existentes, ipsos dominum nostrum episcopum et dominum Paulum fratrem eiusdem omnis iuris titulo concernentes simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet universis, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, aquis, fluviis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, necnon vineis et vinearum promontoriis, ac generaliter quarumlibet utilitatum dictarum possessionum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus prefato Ladislao Barÿws ac Nicolao, Johanni, Petro et Martino, filiis eiusdem Ladislai, ac eorundem heredibus et posteritatibus universis sub condicione premissa, ut videlicet antefatus Albertus literatus, quoadusque modo premisso studere vellet, semper expensas congruas et sufficientes habere deberet, pro mille et ducentis florenis auri puri dedissent et donassent et vendidissent, ymmo dederunt, donaverunt et vendiderunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter per dictum Ladislaum Barius ac predictos Nicolaum, Johannem, Petrum et Martinum filios prescripti Ladislai et heredes eorundem universos pacifice tenendas, possidendas, pariter et habendas, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem sibi et fratribus ac proximis suis quibuscunque in eisdem reservando, sed totum ius et omne dominium iurisque proprietatem prescriptarum possessionum Hangon, Zÿlazo, Garab Korlath et Zenthelzebeth in prefatum Ladislaum Barius ac filios et predictos transferendo pleno iure, assumpmentes nichilominus prefati dominus noster Ladislaus episcopus et dominus Paulus frater eiusdem, dictum Ladislaum Barius ac Nicolaum, Johannem, Petrum et Martinum filios eiusdem in pacifico dominio dictarum possessionum Hangon, Zÿlazo, Zagÿwafew, Garab, Korlath et Zenthelzebeth vocatarum ac pertinenciarum earundem quarumlibet contra quoslibet impetitores, causidicos et actores, intra et extra iudicium protegere, tueri, conservare et defensare propriis ipsorum laboribus et expensis. In casu autem, quo dictus dominus noster Ladislaus episcopus et dictus Paulus frater eiusdem memoratos Ladislaum Barius

ac Nicolaum, Johannem, Petrum et Martinum filios eiusdem, necnon heredes eorundem universos in pacifico dominio dictarum possessionum Hangon et Zÿlazo vocatarum conservare nollent vel non possent quomodocunque, extunc in trecentis florenis auri puri ante litis ingressum sine aliquali strepitu iuris deponendis, ubi [vero pre]dicti dominus noster Ladislaus episcopus frater eiusdem prefatum Ladislaum Barius ac Nicolaum, Petrum, Johannem et Martinum, filios eiusdem Ladislai [necnon heredes ips]orum universos in pacifica possessione predictarum possessionum Zagÿwafew, Garab, Korlath et Zenthelzebeth vocatarum, necnon pertinenciarum earundem conservare nollent vel non possent, extunc iidem dominus noster Ladislaus episcopus et Paulus frater eiusdem contra prefatum Ladislaum Barius ac Nicolaum, Johannem, Petrum et Martinum, filios sepedicti Ladislai Barius et heredes eorundem in noningentis florenis auri puri, similiter absque omni strepitu iudicii et ante litis ingressum deponendis et persolvendis convincantur et convinci debeant ipso facto, quos eidem Ladislao Barius et filiis eiusdem ac eorundem heredibus mox et incontinenti reddere et persolvere debeant et sint obligati; hoc tamen specialiter declarato, quod si dicti dominus noster Ladislaus episcopus et Paulus frater eiusdem prefatam sumpmam dictorum mille et ducentorum florenorum auri dicto Ladislao Barius et eiusdem filiis predictis, necnon eorum heredibus reddere et persolvere nollent vel non curarent quomodocumque, extunc iidem dominus noster Ladislaus episcopus et Paulus frater eiusdem ac fratres condivisionales et consanguinei dictorum domini nostri Ladislai episcopi et Pauli fratris eiusdem, ad quos scilicet iure regni requirente hereditates et iura possessionaria eorundem ubicunque intra ambitum huius regni habita, quorum onera dictus dominus noster Ladislaus episcopus et Paulus frater eiusdem super se assumpmendo, condescenderint et devolverentur, in facto potencie contra prefatum Ladislaum Barius ac Nicolaum, Johannem, Petrum et Martinum, filios ipsius Ladislai convincantur et convinci debeant eo facto, ad que premissa et quevis premissorum singula iidem dominus noster Ladislaus episcopus et Paulus frater eiusdem se coram nobis spontanea

obligarunt voluntate. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eidem Ladislao Barius ac Nicolao, Johanni, Petro et Martino filiis et eorundem posteritatibus duximus concedendas. Datum feria sexta proxima post festum beati Mathei apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

Lecta cum tenore per magistrum prothonotarium.

Egykorú másolata papiron, pecsét nélkül, kiadva az ítélőmester által, fasc. 4. Nr. 16.

238.

Buda, 1464 márczius 18. Országh Mihály nádor a csornai konvent, Hédervári Imre és János között folyó pört a király parancsára elhalasztja.

Nos Michaël Orzag de Cwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod causam, quam religiosus dominus frater Paulus prepositus et conventus ecclesie de Chorna contra magnificum Emericum filium condam Laurencii palatini de Hederwara et Johannem filium Emerici de eadem, item decem et sex iobagiones ipsorum eisdem statuere commissos iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis capituli ecclesie Jauriensis inquisitoriis, amonitoriis, evocatoriis et insinuatoriis contentis in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* movere habebant coram nobis, ex speciali mandato domini nostri regis ac deliberacione prelatorum et baronum ac regni nobilium universorum, ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, sexagesimo sexto die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Kívül: Pro religioso fratre Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna contra magnificum Emericum filium Laurencii palatini de Hederwara et alios intrascriptos ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* prorogatorie. -- Non. — Lecta.

Más kézzel: Pro actore Stephanus de Ladon cum Chorna Jauriensi.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 15930. jelzet alatt.

239.

1464 július 1. A győri káptalan előtt Takáchy Pál megjelenvén Dénes esztergomi érsek és a bakonybéli apátság kormányzója nevében, a bakonybéli apátságnak móriczhidai határában levő Árpás nevű birtokrészének elidegenítésétől eltiltja Hédervári Pált, néhai Izdenczi Móricz bán fiait, Istvánt és Lászlót, s Péter móriczhidai prépostot.

Kiadva: Hazai Okmánytár, IV. k. 294. sz.

240.

Buda, 1464 július 10. I. Mátyás király Réthei János fiának Istvánnak és feleségének, néhai . . . . . Zsigmond leányának, Borbálának új adomány czímén adja Hody birtokot.

Commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium, significantes, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri, nobilis Stephani, filii Johannis de Rethe per eum primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, ac tandem maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, possessionem Hodÿ vocatam, in comitatu Posoniensi habitam, in cuius pacifico dominio progenitores domine Barbare, filie condam Sigismundi de Z . . . . osfalwa, consortis sue ab antiquo perstitisse, seque et eandem dominam, consortem suam persistere asserit eciam de presenti, simul cum omni iure nostro regio, si quod in eadem qualitercumque haberemus et nostram ex quibuscumque causis, viis, modis et racionibus concerneret maiestatem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet: terris, scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, ac generaliter quarumlibet utilitatum [et] pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis

et antiquis, premissis, sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memorate domine Barbare et per eam prefato Stephano filio Johannis de Rethe, marito suo, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, salvo iure alieno, harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beate Margarethe virginis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronacionis vero primo.

Eredetije hártyán, aljára nyomott pecsét töredékeivel, fasc. 99, Nr. 1 alatt.

241.

Buda, 1464 szeptember 15. Gúti Országh Mihály nádor előtt Szuhodolyi Fodor Tamás néhai Rozgonyi János fia, János nevében tiltakozik az ellen, hogy Debrő várát és tartozékait I. Mátyás király bárkinek is eladományozza, s hogy azt Hédervári László, egri püspök és néhai Rozgonyi Sebestyén fia, László elfoglalja.

Nos Michael Orzag de Guth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, memorie commendamus, quod Thomas Fodor dictus de Zwhodoly in persona egregii Johannis, filii condam Johannis, filii Stephani de Rozgon nostram veniendo in presenciam, serenissimum principem, dominum nostrum, dominum Mathiam dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regem a donacione, collacione et perpetuacione castri Dwbrew vocati, in comitatu Hewesiensi existentis, habiti et suarum pertinenciarum reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Ladislaum, episcopum ecclesie Agriensis ac Ladislaum, filium condam magnifici Sebastiani de predicta Rozgon et alios quoslibet ab impetracione, detencione et conservacione eiusdem castri et suarum pertinenciarum, usuum, fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione seu percipifaccione, seque in dominium eiusdem intromissione et statuifaccione, qualitercunque iam factis vel fiendis prohibuit con-

tradicendo et contradixit inhibendo, publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum Bude, sabbato proximo post festum Exaltacionis sancte Crucis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Eredetije papíron, hátára nyomott pecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16063. jelzet alatt.

242.

1464 szeptember 23. A győri káptalan előtt Deemi Miklós fiai György és Domokos és Némai Lukács fia Pál magukra véve a rokonok terhét, eladják 270 frtért Heccze nevű birtokukat Héder-vári Pálnak és utódainak szavatosság terhe mellett.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Georgius et Dominicus filii Nicolai filii Iwan de Deem, necnon Paulus, filius Luce de Nema onera et quelibet gravamina nobilis domine Barbara vocate, sororis uterine eorundem Georgii et Dominici, necnon Johannis fratris uterini eiusdem Pauli ac aliorum proximorum et consanguineorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, super se assumpmendo astante eciam ipsis Luca, Lorand dicto de prefata Nema et subscripte fassioni benevolum consensum prebente pariter et assensum ab una, parte siquidem ab altera egregius Paulus, filius Georgii de Hedrehwara ad nostram personaliter veniendo presenciam per eosdem Georgium, Dominicum et Paulum filium Luce sponte et libere confessum exstitit in hunc modum: quomodo ipsi quandam possessionem ipsorum Heccze vocatam nunc habitatoribus et incolis prorsus destitutam in comitatu Jauriensi habitam cum universis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, puta locis sessionalibus, terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, nemoribus, silvis, aquis, aquarum decursibus, molendinis molendinorumque locis, piscinis, piscaturis et generaliter cunctis integritatum utilitatibus ad dictam possessionem Heccze spectantibus et de iure pertinere debentibus omni eo iure, quo iidem et

ipsorum predecessores sub suis veris metis antiquis et limitibus tenuissent ac possedissent pro ducentis septuaginta florenis auri puri plene, ut dixerunt, persolutis et in sortem solucionis alterius possessionis per eosdem empte, ut asseruerunt, expositis memorato egregio Paulo filio Georgii de Hedrehwara et per ipsum suis heredibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendam, tenendam et habendam atque possidendam dedissent, vendidissent atque appropriando ascripsissent, ymmo dederunt, vendiderunt et perpetuando ascripserunt eisdem coram nobis, nullum ius, nullamve iuris proprietatem ipsis et eorum posteritatibus in dicta possessione Heccze et eiusdem pertinenciis reservando, sed totum et omnem iuris proprietatem eiusdem in prefatum Paulum de Hedrehwara et suos heredes transferendo. Et nihilominus annotati Georgius, Dominicus et Paulus filius Luce in eorum ac dictorum, quibus supra, nominibus et personis promiserunt sepefatum Paulum de Hedrehwara et suos heredes in dominio prescripte possessionis Heccze et suarum pertinenciarum contra quoslibet causidicos impetitores conservare et tueri propriis ipsorum laboribus et expensis tali obligaminis vinculo mediante, quod si prenotati Georgius, Dominicus et Paulus filius Luce annotatum Paulum de Hedrehwara in dominio prescripte possessionis Heccze et suarum pertinenciarum conservare non possent aut recusarent, extunc idem Paulus de Hedrehwara, vel sui heredes absque requisicione cuiuslibet iudicis ordinarii vigore presencium dumtaxat universas et quelibet possessiones et iura possessionaria prefatorum Georgii, Dominici et Pauli, filii Luce, ubilibet in regno Hungarie habitas et existencia, tam hereditarias, quam empticias, sed et impignoraticia pro se occupandi et tamdiu tenendi ac conservandi, necnon possidendi haberet potestatis facultatem, donec prefatam summam floreni auri eidem vel suis heredibus effective persolverent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eidem duximus concedendas. Datum die dominico proximo post festum beati Mathei apostoli et ewangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, hono-

rabilibus dominis Ladislao preposito, Michaële lectore, altero Michaële cantore, Luca custode, ceterisque canonicis in dicta ecclesia nostra iugiter deo famulantibus et devote.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 16064. jelzet alatt.

243.

1464 szeptember 26. A győri káptalan előtt Hédervári György fia Pál Heccze nevű vett birtokát Wrach Mihálynak és Tamásnak és azok gyermekeinek 270 frtért örök áron eladja.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum, tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregius Paulus, filius Georgii de Hedrehwara onus et gravamen quorumlibet fratrum et proximorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, super se assumpmendo ad nostram personaliter veniendo presenciam, sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse quandam possessionem suam empticiam, seu predium Heccze vocatam in comitatu Jauriensi existentem, nunc habitatoribus destitutam, cum universis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, puta locis sessionalibus terrisque arabilibus, cultis et incultis, agris, pascuis, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, aquarum cursibus, molendinis, molendinorumque locis, montibus, vallibus, piscinis, piscaturis ac generaliter cunctis integritatum utilitatibus ad eandem possessionem, seu predium Heccze spectantibus et de iure pertinere debentibus sub eiusdem veris metis antiquis pro ducentis septuaginta florenis auri puri plene, ut dixit, persolutis Michaëli et Thome, filiis Dominici Wrach dicti de Kysbaych, necnon Petro et Blasio eiusdem Michaëlis, item Paulo, Emerico, Stephano et Johanni prefati Thome filiis et per ipsos eorundem heredibus universis, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter utendam, tenendam pariter et habendam dedisset, vendidisset atque asscripsisset, ymmo dedit, vendidit et ascripsit eisdem coram nobis, nullum ius nullamque iuris

proprietatem in dicta possessione, seu predio Heccze et suarum pertinenciarum sibi et suis heredibus reservando, sed totum et omne ius eiusdem in prefatos Michaëlem, Thomam, necnon Petrum et Blasium ac Paulum, Emericum, Stephanum et Johannem ipsorumque heredes transferendo. Et nihilominus memoratus Paulus de Hedrehwara promisit eosdem emptores ac ipsorum heredes in pacifico dominio prescripte possessionis seu predii ac suarum pertinenciarum contra quoslibet causidicos impetitores conservare et tueri propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante festum beati Michaëlis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, honorabilibus dominis Ladislao preposito, Michaële lectore, altéro Michaële cantore, Luca custode, ceterisque canonicis in dicta ecclesia nostra iugiter deo famulantibus et devote.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 16066. jelzet alatt.

244.

1465 márczius 7. A győri káptalan Országh Mihály nádor parancsára jelenti, hogy Hédervári Pál helyett udvarbíróját Babóthy Tamást megintették, hogy váltsa vissza a szekcsői Herczeg Pálnénál és Szentgyörgyi Gróf Györgynénél zálogban lévő Zalanta nevű birtokát, mert különben az említettek a zálogösszegért bárkinek elzálogosíthatják. Az udvarbíró ura tudta nélkül nem felelt érdemlegesen, de megigérte, hogy az intést tudtára adja.

Magnifico viro domino Michaëli Orzag de Gwth, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, amico eorum honorando, capitulum ecclesie Jauriensis amicicie et honoris continuum incrementum. Literas ammonitorias vestre magnificencie, noveritis, nos amicabiliter recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis Michaël Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium dominarum Anna, Pauli Herczeg de

Zegchew et Margareta vocatarum, Georgii Groff de *Zenthgywrg* consortum, quomodo possessionem Zalantha vocatam cum pertinenciis eiusdem, in comitatu de Baranÿa existentem a condam Georgio de Hedrehwara et Paulo, filio eiusdem, erga ipsos exponentes pro certa sumpma pecuniarum titulo pignoris habitam eisdem Paulo, filio Georgii, — dummodo de eadem sumpma pecuniarum, pro qua alias ipsis per eosdem condam Georgium de Hedrehwara et Paulum, filium eiusdem, fuisset impignorata, congruens satisfaccio eisdem impenderetur, — remittere et resignare prompte essent et parate. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Anthonius, filius Pauli dicti *Harcha* de Zap, vel Anthonius *Posar,* aut Barnabas filius Petri, sin Johannes de Ewrken, aliis absentibus homo noster ad prenominatum Paulum de Hedrehwara accedendo ammoneat eundem, dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse dictam possessionem Zalantha cum suis pertinenciis persoluta pecunia capitali, pro qua — ut predicitur — eandem possessionem Zalantha dudum predecessoribus dictarum dominarum et per consequens eisdem impignorassent, ad se redimere deberet et teneretur; qui si fecerit, bene quidem, alioquin eedem domine exponentes, cuipiam valuerint, eandem possessionem Zalantha cum suis pertinenciis pro eadem sumpma pecuniarum, pro qua eisdem foret impignorata, liberam habebunt impignorandi facultatem et posthec ipsius ammonicionis seriem, ut fuerit expediens, cum nomine amoniti et quitquit idem ad premissa fecerit vel responderit, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum sancte Scolastice virginis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. *(1465 febr. 8.)*

Unde nos vestris amicabilibus peticionibus annuentes, ut tenemur, una cum prefato Anthonio, filio Pauli dicti Harcha de Zap, homine vestro nostrum hominem, videlicet magistrum Andream de Sancto Georgio, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria

quinta proxima ante festum Cathedre beati Petri apostoli proxime preteritum *(1465 febr. 21.)* ad exteriorem civitatem Jauriensem *Kyralfewlde* vocatam dicti Pauli de Hedrehwara, domum scilicet et curiam Thome dicti Babothy, iudicis dicti Pauli de Hedrehwar accessissent ammonuissentque eundem dixissentque et commisissent eidem verbo vestro, ut ipse dictam possessionem Zalantha cum suis pertinenciis persoluta capitali pecunia, pro qua eadem possessio Zalantha dudum predecessoribus dictarum dominarum et per consequens eisdem impignorata foret, idem Paulus de Hedrehwara ad se redimere deberet, alioquin dicte domine, cuipiam vellent, eandem possessionem Zalantha pro eadem sumpma pecuniarum, pro qua eisdem foret impignorata, liberam haberent impignorandi facultatem. Ubi prefatus Thomas iudex in persona dicti Pauli de Hedrehwara, domini sui taliter respondisset, quod ipse absque scitu et voluntate eiusdem Pauli de Hedrehwara et signanter reverendi in Christo patris domini Ladislai episcopi Agriensis, fratris eiusdem Pauli, dominorum suorum, penitus nihil facere et respondere posset, eisdem tamen dominis suis contenta dictarum literarum vestrarum significare promptus esset et paratus. Datum quintodecimo die diei ammonicionis premisse, anno domini supradicto.

Kivül: Domino palatino pro nobili domina Anna vocata, consorte Pauli Herczeg de Zegchew et alia intrascipta contra Paulum de Hedrehwara et alium intrascriptum amonicionis relacio.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16162. jelzet alatt.

245.

Eger, 1465 április 11. Csetneki András, egri várnagy végrendelete, melyben fiainak gyámjaivá Hédervári László egri püspököt, Szilágyi Erzsébetet és Gyarmati Balassi Lászlót nevezi meg.

In nomine domini, Amen. Item anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, feria quinta proxima scilicet magna ante festum Resurreccionis domini ego Andreas de Chetnek, castellanus castri Agriensis, licet eger corpore, mente tamen per omnia sanus, coram discretis et honestis viris, dominis Petro sancte crucis, Mathia sancte et individue

Trinitatis altarium rectoribus in ecclesie Agriensi constructorum, Ladislao de Fÿged, vicecastellano castri Agriensis prescripti, Clemente de *Fewldes*, Georgio de Heren, Johanne de Laza, Benedicto de Wal et Michaele de Jethy, aliisque quam pluribus utriusque sexus hominibus, presente domina Elena, coniuge mea in castro Agriensi, in domo scilicet seu hospicio meo in lecto egritudinis constitutus de bonis meis et rebus a deo michi collatis facio et condo tale testamentum. Item primo filios meos, videlicet Ladislaum, Johannem, Detricum, Nicolaum, Paulum et Michaelem unacum possessionibus meis porcionibusque possessionariis ac rebus et bonis, tam mobilibus, quam inmobilibus lego, committo et commendo reverendo in Christo patri et domino, domino Ladislao de Hedrehwara episcopo ecclesie Agriensis scilicet meo (?) gracioso, ac magnifice Domine Elizabeth vocate, matri scilicet excellentissimi domini Mathie Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regis, domini scilicet nostri graciosi, necnon egregio domino Ladislao Balassi de Gÿarmath tuicionem et conservacionem usque tempus maturacionis ipsorum.

Item apud venerabilem virum dominum Lucam, d(ecretorum) d(octorem), prepositum maiorem ecclesie Agriensis habeo unam subam de panno scarlat cum pellibus wlpinis de ventre subductam cum nodulis argenteis deauratis in numero decem, pro vagio XXII florenorum auri.

Item apud honorabilem virum dominum Johannem de Kapos, d(ecretorum) d(octorem), canonicum ecclesie Agriensis habeo unam subam de panno pernis cum pellibus mardurinis subductam, pro vagio IX florenorum auri.

Item apud eundem dominum Johannem d(ecretorum) d(octorem) habeo unum militare signum, *nasfa* vocatum, pro vagio IIII florenorum auri.

Item apud Josam iudeum habeo unum lapidem preciosum, scilicet saphirum in auro existentem et unum anulum aureum de quatuor florenis auri factum seu paratum, pro vagio IIII flor. aur.

Item Johanni carnifici obligor 1 flor.

Item Stephano Sartori Agrie obligor 1 flor.

Item Nicolao Kolchar obligor 1 flor.

Item Bartholomeo de Kersengh et Ladislao de Frych, familiaribus dicti domini episcopi Agriensis pro vinis ab eisdem emptis obligor flor. aur. XIX.

Item apud Michaelem sartorem habeo unum tegumen seu cappam ad sellam per eundem paratam, pro cuius labore obligor 1 flor. aur.

Ista omnia premissa redimere et exsolvere committo domine Elene, coniugi mee.

Item equum meum nigri coloris lego prefato magistro Petro presbitero, rectori altaris sancte crucis pro XXX missis et aliis oracionibus suis post me fiendis.

Item porcionem meam possessionariam in possessione Wÿfalw vocatam in comitatu Gwmeriensi existentem et habitam dederam, daboque de presenti Paulo de Bathahaza, famulo meo unacum molendino in fluvio *Sebespathak* habito cum censu scilicet consueto et proventibus vita sibi comite et unam sessionem seu fundum in possessione mea Chetnek existentem similiter vita sibi comite, ita tamen, quod idem tempore vite sue mihi ac filiis meis fidelia servicia exhibere teneatur et post suum obitum in filios meos et heredes revolvantur et condescendant.

Item unam sessionem seu domum lapideam in possessione mea Chetnek existentem dederam, daboque de presenti Benedicto et Georgio de Wal, familiaribus meis vita ipsis comite, libertando eosdem in eadem et post ipsorum obitum in filios et heredes meos condescendat et revolvatur, ita tamen, quod temporibus vite ipsorum mihi et filiis meis fidelia servicia exhibeant et teneantur; ubi vero id facere negligerent, frustra sit et penitus invalitura donacio mea in hac parte ipsis facta. Pro maiori autem cautela presentes inclusa *(igy)* sigillis prescriptorum discretorum et honestorum virorum magistrorum Petri de Nytria sancte crucis ac Mathie sancte Trinitatis altarium in dicta ecclesia Agriensi constructorum feci consignari.

Hátlapján: Testamentum nobilis et egregii viri, domini Andree de Chetnek, castellani castri Agriensis modo et ordine intrascripto.

Eredetije papiron, két gyűrüs záró pecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16185. jelzet alatt.

246.

1466 április 2. Pozsony vármegye alispánja, Mátyás királynak a Várkonyi Amade fia Lénárt panaszára kiadott parancsára jelenti, hogy Alistaali Márk szolgabíró vizsgálatot tartott és úgy találta, hogy Hédervári László, Pál, Imre, Ozsvát és István, a panaszos Ujhid nevű birtokának nagy részét hatalmasul lefoglalták és most is használják.

Serenissimo principi et domino, domino Mathye dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regi, domino nostro naturali atque metuendo Augustinus vicecomes et iudices nobilium comitatus Posoniensis obsequium perpetue fidelitatis. Vestra noverit serenitas, nos litteras vestras inquisitorias pro parte nobilis Leonardi filii Amade de Warkon contra dominum Ladislaum episcopum Agriensem et magnificos Paulum et Emericum de Hederwara, necnon Oswaldum et Stephanum de eadem emanatas secreto sigillo vestro consignatas nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia, pariter et obediencia recepisse et cum nos iuxta earundem continenciam unum de medio nostri videlicet nobilem virum Marcum de Alistaal, iudicem nobilium ad infra scriptam inquisicionem fideliter exequendam duxissemus emittendum. Tandem idem ad nos exinde reversus retulit eo modo, quomodo ipse feria sexta proxima ante dominicam Palmarum *(márcz. 28.)* in eodem comitatu Posoniensi procedendo ab omnibus eiusdem comitatus utriusque sexus hominibus, a quibus decuisset et licuisset, palam et occulte diligenter inquirendo talem de infra scriptis indagasset certitudinis veritatem, quomodo hys temporibus proxime preteritis dictus dominus Ladislaus episcopus Agriensis ac magnifici Paulus et Emericus, necnon Oswaldus et Stephanus de Hederwara predictam magnam partem terrarum arabilium et fenilium dicti Leonardi exponentis in territorio possessionis eiusdem *Vÿhÿd* vocate in dicto comitatu Posoniensi existentis habitarum a manibus ipsius exponentis pro se minus iuste et indebite occupassent, occupatasque tenerent et conservarent ac eodem et eisdem uterentur eciam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum eiusdem

exponentis valde magnum. Datum sexto die diei inquisicionis iam dicte, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Eredetije foltos papíron, aljára nyomott 3 pecséttel és kettő nyomával a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárában a Véghelyi-gyűjteményben.

247.

1466 május 21. A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy Várkonyi Amade fia Lénárt Mátyás király ítélőlevele értelmében Hédervári Pál ellen ötvenedmagával letette az esküt.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Leonardus, filius Amade de Warkon vigesimo octavo die festi beati Georgii martyris proxime preteriti *(máj. 21.)* nostram veniendo in presenciam exhibuit nobis quasdam litteras serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domini nostri naturalis adiudicatorias et iuramentales pro parte sua contra egregium Paulum de Hedrehwara emanatas secretoque sigillo regio consignatas, modum et formam sue deliberacionis adiudicatorie ac seriem iuramentalis deposicionis in se continentes, requirens nos debita cum instancia, uti apertis eisdem litteris debitam earundem execucionem faceremus, videlicet ipso die per ipsum contra dictum Paulum de Hedrehwara quinquagesimo se nobilibus coram nobis prestandum, reciperemus et tandem seriem ipsius prestiti iuramenti, ut fuerit expediens, nostris in litteris personali presencie ad octavas festi predicti sancti Georgii legittime perdurandas rescriberemus reportandum. Unde termino prescripto videlicet deposicionis iuramenti instante et dicto Leonardo cum multitudine nobilium ex una, parte vero ab altera Johanne de *Repas,* famulo et procuratore dicti domini Pauli de Hedrechwara et in persona eiusdem iuramenti auditore presentibus, idem Leonardus quinquagesimo se nobilibus super eo, quod idem in totali accione et acquisicione dicti actoris in prescriptis litteris regalibus clare contentis innocens sit et existat penitus immunis, sacramentum prestitit coram nobis testimonio presencium mediante.

Datum ipso die deposicionis sacramenti, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, prescriptas litteras regales, capite sigilli nostri consignatas et in specie reportandas partibus restituentes.

Eredetije papiroson, hátára nyomott pecsét töredékével a M. N. Múzeum levéltárának Véghelyi-gyűjteményében.

248.

Buda, 1466 szeptember 12. I. Mátyás király a tolnamegyei Fornád nevű birtokrészt Hédervári Imre főajtónálló — és testvére Miklós főasztalnokmesternek adományozza.

Commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus serviciis fidelium nostrorum magnificorum Emerici de Hedrehwara alias ianitorum nostrorum, et Nicolai fratris eiusdem de dicta Hedrehwara dapiferorum nostrorum magistrorum per eos primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, demumque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate iuxta eorum possibilitatem constanter exhibitis et impensis, porcionem possessionariam in possessione Fornad in comitatu Tholnensi existenti habitam, que alias condam Johannis filii Gregorii de eadem Fornad prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem ad sacram coronam dicti regni nostri Hungarie, consequenterque nostram maiestatem iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem rite et legittime devoluta fore perhibetur, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in dicta porcione possessionaria eciam alias qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis, modis et racionibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenilibus, campis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis molendi-

norumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis, premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memoratis Emerico et Nicolao de dicta Hedrehwara ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronacionis vero tercio.

Eredetije hártyán, közepe alján a királyi pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 17.

249.

1466 október 1. A pannonhalmi konvent Mátyás királynak jelenti, hogy Palóczi László országbiró parancsára a Wracs Domokos fiai és unokái heczei legelőjéről elhajtott 2 eladó hízott ökör ügyében Hédervári György fia Pál és emberei ellen megtartotta a vizsgálatot és a vádat igaznak találta.

Serenissimo principi et domino domino Mathie dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regi, domino eorum metuendissimo conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino debitas ac devotas cum perpetua fidelitate. Noverit vestra maiestas literas inquisitorias magnifici domini Ladislai de Palocz, iudicis curie vestre serenitatis nobis amicabiliter loquentes recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie comes Ladislaus de Palocz, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regis amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Dominici Wracz, Michaëlis et Thome, filiorum eiusdem Dominici, necnon nobilium dominarum Lucia, eiusdem Michaëlis et Margaretha vocatarum, ipsius Thome consortum, item Petri et Blasii dicti Michaelis, necnon

Pauli, Stephani et Johannis, prefati Thome filiorum de Hecze, quomodo Thomas Babothy dictus, iudex in oppido Kyralfelde vocato constitutus, item Johannes *Alfeldy,* Albertus *Feÿes,* Symon Debes, Anthonius *Ezes,* Emericus *Lowos,* Nicolaus *Lanthos,* Andreas *Fazek,* Ulricus Chee, Petrus Machaÿ, Matheus *Gyaz,* Dyonisius Sartor, Vida Institor, Benedictus Bakas, Georgius *Lepes,* Michaël *Mezaros,* Bartholomeus Briccii, Lucas Carnifex, Johannes Mathei, Johannes Soos, Clemens Sartor, Emericus Sutor, Bartholomeus *Kerek,* Blasius Farkas, Emericus Pukos, Benedictus *Dul,* Gregorius *Wasuari,* Stephanus Kelethy, Albertus Zambo, Stephanus *Fÿas,* Jacobus *Alch,* Ulricus *Bak,* Osualdus Porkolab, Valentinus Sclavus, Blasius *Zewke,* Dominicus *Bohna,* Dominicus Faber, Michaël Nemeth, Albertus *Panczel,* Dominicus *Bak,* Dominicus *Kakas,* Georgius literatus, Michaël Lazy, Thomas Zenthivany, Emericus Dyonisii, Johannes *Buza,* Nicolaus David, Johannes *Sÿger,* Mathias Kÿral, Petrus Cosma, Stephanus Nemeth, Valentinus et Georgius similiter Nemeth, Thomas Veres, Andreas *Zenÿ,* Egidius Detre, Jacobus *Mereg,* Thomas *Kerek,* Nicolaus Magnus, Georgius Abraham, Nicolaus Megerÿ, Thomas Nemeth, Johannes *Bontho,* Paulus *Kowacz,* Michaël Andicz, Dyonisius Bontho, Johannes Colomanni, Jacobus Fekethe, Demetrius *Banya,* Gallus Mereg, Petrus Challokezy, Egidius *Zep,* Clemens Paka, Matheus *Pokus,* Mathias similiter Pokus, Michaël Pardani, Jacobus Abdai, Matheus Detreh, Blasius *Keczkes,* Michaël, Clemens, Johannes et Valentinus filii Maurici, Gallus Faber, Georgius, Johannes Clemens et Stephanus Babothy, Emericus Lamperth et Benedictus *Fodor,* populi et iobagiones egregii Pauli, filii Georgii de Hedrehwara in dicto oppido Kyralfelde vocato in comitatu Jauriensi existenti commorantes et residentes ex mandato et speciali commissione eiusdem Pauli ac nobilis domine Katherina vocate, consortis eiusdem Pauli, dominorum scilicet ipsorum induccioneque et voluntate et suggestione venerabilis viri domini Nicolai Osl de *Azzonfalua,* prepositi ecclesie Strigoniensis, necnon Georgii Magni ac Egidii, fratris eiusdem Georgii de Bewny, Gregorii de Keczk officialis de dicta Kÿralfelde et Valentini de Zap, necnon Johannis de Repas fami-

liaris scilicet ipsorum feria sexta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris proxime preteritum *(jún. 11.)* manibus armatis et potenciariis ad possessionem et facies predii ipsorum exponencium Hecze vocati in dicto comitatu Jauriensi existentis habiti consequenterque terras arabiles pascualesque, fenilia et prata intra veras metas ipsius possessionis, seu predii Hecze existentes et habita veniendo ibique ducentos et quinquaginta boves dictorum exponencium pingues et venales, mille florenos auri valentes, prescriptis terris ipsorum pascualibus pascentes, hunc inde in caloribus et estualibus ibidem hinc et inde hinc fugando ac pellendo duos ex eisdem bobus venalibus meliores et pingues eligendo ad prescriptum oppidum Kiralfelde vocatum, domum scilicet et curiam prefati Thome iudicis in eadem Kiralfelde habitas depulissent et tandem, quo ipsorum placuisset voluntati, fecissent, in quibus omnibus eisdem exponentibus plus quam centum florenorum auri dampna intulissent potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Paulus aut Johannes de Barbacz, vel Simon sin Martinus de Pok sive Paulus, neve Nicolaus de Inese, ceu Anthonius an Symon, aut Barnabas de Felpecz, aliis absentibus homo regius ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis sciat et experiatur certitudinis veritatem, quam tandem dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. *(1466 szept. 15.)*

Unde nos amicabilibus peticionibus ipsius magnifici Ladislai de Palocz, iudicis curie vestre serenitatis in omnibus obtemperantes, ut tenemur, unacum prefato Martino de Pok, homine vestro nostrum hominem, videlicet religiosum fratrem Ladislaum sacerdotem socium et conventualem nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duxissemus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis retulerunt eo modo, quod prefatus homo vester presente dicto nostro testimonio in festo beatorum Cosme et Damiani

martyrum proxime preterito *(szept. 27.)* in comitatu Jauriensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fore rescivisset, prout eidem iudici curie vestre serenitatis dictum exstitisset, et quemadmodum tenor literarum eiusdem per omnia contineret prefatarum. Datum quinto die diei inquisicionis prenotate, anno domini supradicto.

Kívül: Domino regi pro Dominico Vracz de Hecze et aliis intrascriptis contra egregium Paulum filium Georgii de Hedrehwara et alios intrascriptos inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomaival az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16408. jelzet alatt.

250.

1467 február 3. A pannonhalmi konvent előtt Szentmargitai Áron György a Mátyás király által Viszlói Áron László fia, Ferencz birtokainak Hédervári Imre pozsegai főispán és testvére, Miklós, főasztalnok részére való adományozása ellen emelt óvását visszavonja, miután Hédervári Imre és Miklós a kérdéses birtokok közül Szentmargitát és az olaszfalvi birtokrész felét nevezett Áron Györgynek átengedték.

Conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Quod quia inexpleta hominum cupiditas eciam facta iuridica et legitime condonata plerumque a veritatis tramite solet divertendo retrahere, ob hoc precedencium laudabilis sagacitas et beata ingeniositas quoslibet processus legitimos et queque facta iuridica, ut eadem inconcusse valeant permanere, literarum testimonio adinvenit perhemnari. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis Johannes literatus de Thewlge pro magnificis dominis Emerico de Hederwara comite de Posega, ac Nicolao de eadem Hederwara, magistro dapiferorum regalium cum procuratoriis literis magnifici domini Michaelis Orzagh de Gwth, regni Hungarie pala-

tini et iudicis Comanorum ab una, parte vero ex altera Georgius Aron dictus de Zenthmargÿtha personaliter coram nobis constituti, per eundem Georgium Aron sponte et libere oraculo vive vocis confessum extitit in hunc modum, quod quamvis prefati domini Emericus et Nicolaus de Hederwara universas possessiones et iura possessionaria Francisci filii condam Ladislai Aron de Wÿzlo videlicet Wÿzlo predicta, Zenthmargÿtha, Wÿfalw, *Walus*, Kÿswalus, Rawazd, *Olazfalw*, *Palfalwa*, *Dÿos*, Zentmÿklos, necnon porciones possessionarias in possessionibus Dada, Zend, *Marczado*, Enÿzth, Lak, *Weresalma*, Gÿarmath et Irefalwa omnino in Sÿmigiensi, Baranÿawÿzlo, Zenthelzebeth, Zeethke, *Haltho* et *Lowazo* de Baranÿa comitatibus existentibus habitas, a serenissimo domino nostro Mathia rege Hungarie titulo nove donacionis impetraverint et se in easdem statui fecerint, et prefatus Georgius Aron prefate statucioni contradixerit, et quamdiu in curia regia racione previa litigaverint, tamen ordinacione et composicione nonnullorum proborum virorum nobilium pacem parcium zelancium interveniente idem Georgius Aron prefate statucioni consensum benivolum prebuit pariter et assensum coram nobis, nullum ius nullamve iuris proprietatem sibi ipsi et suis successoribus in eisdem reservando, sed totum et omne ius et iuris proprietatem ipsum quoquomodo concernencia in prelibatos Emericum et Nicolaum et successores eorundem transferendo, tali modo, quod possessionem Zenthmargÿtha et medietatem porcionis possessionarie in Olazfalw predictas memorato Georgio Aron vita sibi comite prefati domini Emericus et Nicolaus de dicta Hederwara dedissent et contulissent, hoc adiecto et specialiter declarato, quod si in heredibus et successoribus defecerit, prout et nunc defecit, extunc rursus et iterum in antefatos dominos Emericum et Nicolaum devolvi debeant et redundari teneantur. Si vero ex divina providencia filium habuerit masculum, extunc et ipse in filios filiorum possidere valeat atque possit, promittentes nichilominus antefati domini Emericus et Nicolaus prefatum Georgium Aron, necnon nobilem dominam Lucia vocatam, consortem scilicet eiusdem Georgii in pacifico dominio possessionis et porcionis predictarum contra quoslibet impetitores

conservare propriis ipsorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum in festo beati Blasii martyris, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Eredetije hártyán, a hiányzó pecsét kék, zöld s piros selyemsodratról függött, fasc. 4, Nr. 18.

251.

1467 február 15. A győri káptalan előtt Hédervári Pál Heccze nevű birtokának a Győr városa felől lévő felét 160 frtért Szentvidi Wracs Mihálynak és Tamásnak elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius Paulus de Hedrewara onera quorumlibet fratrum et proximorum suorum, quo ad infrascripta super se assumpmendo, astantibus eciam sibi generosis domina Katherina consorte ac puellis Magdalena et Agatha vocatis filiabus suis et subscripte fassioni benivolum consensum prebentibus pariter et assensum coram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quod ipse pro quibusdam arduis suis necessitatibus ipsum ad presens urgentibus evitandis, directam et equalem medietatem predii sui Heccze vocati in comitatu Jauriensi a parte civitatis Jauriensis existentis et adiacentem cum omnibus utilitatibus videlicet terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, pascuis, fenetis, virgultis, nemoribus, insulis, aquis, fluviis et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad dictam medietatem predii spectantibus et pertinentibus pro centum sexaginta florenis auri puri plene, ut dixit, persolutis et levatis nobilibus Michaeli et Thome dictis Wracz de Zenthwÿd et per ipsos ipsorum heredibus et successoribus tamdiu utendam, tenendam et habendam, fructusque et utilitates dicte medietatis predii Heccze levanda et percipienda, quousque prefatus Paulus de Hederwara aut sui heredes dictam medietatem predii Heccze, duntaxat pro prescriptis centum sexaginta florenis auri puri Hungaricalibus et non in rebus

estimabilibus ab eisdem Michaele et Thoma aut ipsorum heredibus redimere poterit, pignori obligasset, ymmo impignoravit eisdem coram nobis, promittendo, eosdem Michaelem et Thomam, ipsorumque heredes usque ad tempus redempcionis prescripte medietatis predii Heccze in pacifico dominio eiusdem contra quosvis impetitores conservare, tueri et defendere suis propriis laboribus et expensis vigore et testimonio presencium mediante. Datum die dominico proximo post festum beati Valentini martyris, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16487. jelzet alatt.

252.

Buda, 1467 április 18. I. Mátyás király előtt Hédervári Imre és Miklós és érdektársai, másrészről Sthoz Egyed, hosszas perlekedés után, a pestmegyei sóskúti, káposztásmegyeri, százhalmi, érdi s berki birtok, illetőleg részbirtokokra nézve egyezségre lépnek.

Nos Mathias dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. rex memorie commendamus per presentes, quod magnificus Emericus de Hedrehwara, alias ianitorum nostrorum magister et Nicolaus frater eiusdem carnalis, item Nicolaus filius Michaelis de Kalno ac Andreas et Franciscus, filii Ladislai Magni de Gwthor personaliter, idem eciam Nicolaus filius Michaelis, Ladislai filii sui, annotati vero Andreas et Franciscus Johannis, fratris ipsorum carnalis onera et quelibet gravamina in infrascriptis super se et cunctas eorum hereditates assumpmendo ab una, parte vero ab alia circumspectus Egidius Sthoz, civis civitatis nostre Budensis modo simili personaliter coram nobis constituti, per eosdem Emericum et Nicolaum de Hedrehwara, alterum Nicolaum de Kalno ac Andream et Franciscum filios dicti condam Ladislai Magni confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet idem Egidius Sthoz, civis dicte civitatis nostre Budensis ipsos Emericum et Nicolaum de Hedrehwara, alterum Nicolaum de Kalno, necnon Andream, Franciscum et Johannem racione indebite conservacionis possessionis Soskwth ac me-

dietatum possessionum *Kapozthasmegÿer* et *Zazhalom* porcionumque possessionariarum in possessionibus Erd et Berkÿ vocatis in comitatu Pesthiensi existentibus habitarum, que alias condam Nicolai de Salgo prefuissent, sed per notam proscripcionis, qua idem racione cusionis falsarum monetarum fuerat innodatus, ad regiam maiestatem devolute extitissent, sicque per condam dominum Sigismundum imperatorem et regem cuidam Gwnther similiter Sthoz, consanguineo dicti Egidii Sthoz vigore certarum literarum tam suarum exinde confectarum, quam eciam aliis nonnullis modis pro certis sumpmis pecuniarum, utputa usque ad numerum sex millium florenorum auri conscendendo literis in eisdem specificatis impignoratarum, mediantibus literis capituli ecclesie Budensis statutoriis ad mandatum dicti domini Sigismundi imperatoris et regis emanatis eidem Gwnther Sthoz iuxta regni nostri consuetudinem iuridice statutarum et per ipsum satis longo tempore pacifice possessarum in presenti congregacione generali universitati nobilium Pesthiensis et Pilisiensis comitatuum feria quinta proxima ante dominicam Letare *(márcz. 5.)* prope civitatem nostram Pesthiensem per maiestatem nostram celebrata nostram in presenciam traxerit in causam, causaque in eadem adversus eosdem ordine iudiciario procedendo iuxta huius regni nostri consuetudinem, iurisque vigore exposcente ipsos agravare pretenderit, ÿmmo iidem quodam modo iam se agravatos fore conspexerint. Tamen ipsi ordinativa composicione reverendi in Christo patris, domini Johannis episcopi ecclesie Quinqueecclesiensis ceterorumque nonnullorum dominorum prelatorum et baronum nostrorum inter ipsos pro pace laborancium interveniente, sedatis prius et sopitis premissa causa inter eos, ut premittitur, mota, cunctisque aliis differenciis et dissensionibus racione predictarum possessionis Soskwth ac medietatum possessionum Kapozthasmegÿer et Zazhalom porcionumque possessionariarum in dictis possessionibus Erd et Berkÿ habitarum usquemodo qualitercunque exortis, motisque et suscitatis, universis eciam literis ambarum parcium tam scilicet dictis literis prefati condam domini Sigismundi imperatoris et regis et aliis quibuscunque super pretactis sumpmis florenorum auri et impignoracione ipsarum possessionis me-

dictatisque possessionum et porcionum possessionariarum predictarum, literis eciam statutoriis exinde subsecutis et aliis quibusvis pro parte prefati condam Gwnther Sthoz, quam eciam aliis quibuslibet literis ipsarum ambarum parcium facto in premisso contra sese usque ad hec tempora qualitercunque emanatis et emanari procuratis, vanis, cassis et frivolis, viribusque ipsarum penitus destitutis relictis et commissis, causa in premissa taliter inter se concordassent, ÿmmo concordarunt nostri in presencia eo modo, ut annotati Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno, Andreas et Franciscus matura deliberacione superinde prehabita pro totali expedicione, condescensioneque et reali satisfaccione sumpmarum pecunie memorati Gwnther Sthoz predictarum, eodemque Gwnther Sthoz iam defuncto, ipsi Egidio similiter Sthoz consanguineo eiusdem Gwnther Sthoz, in quem scilicet Egidium Sthoz tam racione consanguineitatis prenotate, quam ex testamentaria disposicione alterius Gwnther Sthoz dicti filii scilicet ipsius senioris Gwnther Sthoz, familiaris dicti domini imperatoris et regis, quemadmodum ex literis iudicis et iuratorum civium dicte civitatis nostre Budensis pro parte ipsius Egidii Sthoz exinde confectis sane informabamur, et simili modo iidem Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno, Andreas et Franciscus filii Ladislai Magni plenarie fuerunt edocti, universa iura et bona quelibet ipsorum utriusque Gwnther Sthoz sunt redacta et devoluta, solvere debe[ant . . . .] duo milia et ducentos florenos auri puri Hungaricales boni et iusti ponderis dare et solvere se obligarunt, ÿmmo omnibus et quibuscunque subterfugiis et cavillacionibus postpositis ac semotis se ipsos annotato Egidio Sthoz racionibus ex premissis dictis duobus milibus et ducentis florenis auri puri boni et iusti ponderis per huiusmodi factam inter eos concordiam veros debitores existere pronunciarunt coram nobis; volentes nichilominus iidem Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno ac Andreas et Franciscus sepefatum Egidium Sthoz, civem dicte civitatis nostre Budensis de rehabicione ipsorum duorum milium et ducentorum florenorum auri puri certum reddere et securum, pretitulatas possessionem Soskwth, nunc per ipsos Emericum

et Nicolaum de Hedrehwara, ac medietates dictarum possessionum Kapozthasmegÿer et *Zazhalom*, porcionesque possessionarias in predictis possessionibus Erd et Berkÿ omnino in dicto comitatu Pesthiensi existentibus habitas, per antelatum Nicolaum de Kalno ac Andream et Franciscum tentas et possessas, simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenilibus, virgultis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, censibus, muneribus collectis, taxis eciam ordinariis et extraordinariis et generaliter quibusvis ipsarum utilitatibus utilitatumque suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem quoquomodo spectantibus et pertinere debentibus sub earum veris metis et antiquis limitibus prelibato Egidio Sthoz, civi civitatis nostre Budensis pro pretactis duobus milibus et ducentis florenis auri puri boni et iusti ponderis, quibus scilicet iidem Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno, ac Andreas, Franciscus et Johannes filii Ladislai Magni eidem Egidio Sthoz, ut prefertur, composicione prescripta interveniente vero et iusto modo debitores remanserunt et libere professi sunt, pignori obligassent, ÿmmo obligarunt eidem nostri in presencia in pacificaque possessione et reali dominio earundem eundem Egidium Sthoz statuendo et relinquendo, tamdiu per eundem possidendas tenendas pariter et habendas, quousque super prescriptis duobus milibus et ducentis florenis auri puri non cum estimacione rerum aliquarum, nec secundum estimacionem vel valorem possessionum et porcionum possessionariarum predictarum, sed integraliter et sine omni defectu promptis . . . . florenis auri puri absque eciam decima et nona partibus per ipsos Emericum et Nicolaum de Hedrehwara, alterum Nicolaum de Kalno ac Andream, Franciscum et Johannem ante rehabicionem et redempcionem dictarum possessionis medietatisque possessionum et porcionum possessionariarum predictarum iam fato Egidio Sthoz non divisim vel seorsum, sed simul et coniunctim deponendis et persolvendis eidem Egidio Sthoz satisfactum fuerit quoad

plenum. Assummentes nichilominus sepefati Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno ac Andreas et Franciscus in eorum ac aliorum predictorum nominibus et in personis antelatum Egidium Sthoz et suos heredes in pacifico dominio pretactarum possessionis Soskwth medietatumque possessionum Kapozthasmegÿer et Zazhalom ac porcionum possessionariarum in possessionibus Erd et Berkÿ habitarum ac cunctarum suarum utilitatum predictarum usque tempus redempcionis ipsarum et rehabicionem prescriptorum duorum milium et ducentorum florenorum auri puri contra quoslibet impetitores, causidicos et actores intra et extra iudicium semper et ubique tueri, protegere et deffensare *(igy)* propriis eorum laboribus et expensis. Quod si forsitan facere non possent, nollent aut quoquomodo non curarent, extunc iidem Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno, Andreas et Franciscus in prescriptis sex milibus florenorum auri puri scilicet totali priori sumpma pecuniarum memorato Egidio Sthoz tantummodo persolvenda, insuper in succubitu duelli facti potencialis adversus eundem Egidium Sthoz et suos heredes convincerentur et convinci deberent eo facto, iudexque ordinarius dicti regni nostri quandocunque, qui scilicet per ipsum Egidium aut eiusdem heredes presentibus fuerit requisitus, solum vigore presencium mediante absque omni littigionario processu de iuribus possessionariis ipsorum Emerici et Nicolai de Hedrehwara, alterius Nicolai de Kalno ac Andree, Francisci et Johannis super numero prescriptorum sex milium florenorum auri puri antedicto Egidio Sthoz ac eiusdem heredibus plenam atque omnimodam impendere valeret satisfaccionem deberetque et teneretur effective; hoc tamen specialiter adiecto, quod dum et quandocunque iidem Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno ac Andreas, Franciscus et Johannes vel eorum heredes successu temporum pretitulatas possessionem Soskwth medietatesque possessionum Kapoztasmegÿer et Zazhalom, porcionesque possessionarias in possessionibus Erd et Berkÿ habitas memorato Egidio Sthoz modo premisso impignoratas redimere vellent ab eodem, extunc non seorsum et singillatim vel divisim quilibet suam porcionem, sed simul et semel

ac coniunctim et non minus, quam in dictis duobus milibus et ducentis florenis auri puri, rerum estimacione, ut prefertur qualibet exclusa, eo quod dicta possessio Soskwth medietatesque possessionum et porciones possessionarie predictarum per dictum condam dominum Sigismundum regem absque preiudicio iuris alieni prelibato Gwnther Sthoz pro dictis sumpmis florenorum auri absolute fuerant impignorate, redimere possint et valerent. Ad que omnia premissa et quevis premissorum singula sepefati Emericus et Nicolaus de Hedrehwara, alter Nicolaus de Kalno ac Andreas et Franciscus se personali eorum astancia, iidem eciam Nicolaus de Kalno prefatum Ladislaum filium suum, prefati vero Andreas et Franciscus dictum Johannem fratrem ipsorum oneribus sub prescriptis sponte obligarunt coram nobis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum Bude predicta sabbato proximo ante festum beati Adalberti martiris, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Eredetije papíron, nyilt alakban, pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 19.

253.

Heves, 1467 június 4. Országh Mihály nádor Heves vármegye közgyűlésén Kompolthi Miklós kérésére Turnacsa nevű birtokának Hédervári László egri püspök által történt hatalmas elfoglalása ügyében a hevesmegyei tisztviselőket kihallgatta.

Nos Michael Orzag de Gwth regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus per presentes, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Hewesiensis feria sexta proxima ante festum sancte et individue Trinitatis *(1467 máj. 22.)* prope opidum Hewes ex speciali edicto regio celebrata egregius Nicolaus de Kompolth de medio aliorum in nostram exurgendo presenciam proposuit eo modo, quomodo in anno, cuius iam duodecima vel citra instaret revolucio, reverendus in Christo pater dominus Ladislaus de Hederwara, episcopus ecclesie Agriensis nescitur quibus respectibus, quoddam predium ipsius exponentis Thwrnacha nominatum in dicto comitatu Hewesiensi existens minus iuste et indebite pro se occupasset et uteretur

occupatum *(így)* eciam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum prefati Nicolai de Kompolth exponentis valde magnum, et hoc vicecomiti et iudicibus nobilium ac iuratis assessoribus dicti comitatus Hewesiensis constaret evidenter, petens nos idem Nicolaus de Kompolth debita cum instancia, ut qualem iidem vicecomes et iudices nobilium ac iurati assessores de premissis scirent, per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem et iudices nobilium ac iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacro eius dÿademati observandam pro dicenda veritate et iusticia observandis, tacto dominice crucis signo per eos coram nobis prestitam omnia premissa, sicuti per prefatum Nicolaum de Kompolth superius proposita sunt, suo modo facta fuisse unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes eidem Nicolao duximus concedendas communi iusticia observata. Datum quartodecimo die congregacionis nostre antedicte in loco memorato, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Eredetije papíron, hátára nyomott pecsét töredékével, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 16545. jelzet alatt.

254.

1467 november 9. A pozsonyi káptalan jelenti I. Mátyás királynak, hogy midőn parancsára Byby György és Peeli Balázs semptei várnagyokat a Bende család magszakadása folytán adományozott diószegi birtokrészbe be akarta iktatni, az ó-budai apáczák nevében Magyari Tóth Mihály ellenmondott.

Serenissimo principi, domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., domino ipsorum naturali capitulum ecclesie Posoniensis oraciones in domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos literas vestras introductorias et statutorias secreto sigillo vestro consignatas nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia, pariter et obediencia recepisse in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et gra-

ciam. Cum nos consideratis fidelibus serviciis et fidelium [nostrorum] egregiorum Georgii Bÿby et Blasii de Peel caste[lla]norum de Sempthe per eos primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate [fideli]ter [ex]hibitis et impensis totalem porcionem possessionariam filiorum condam Bende in possessione Dÿozeg in comitatu Posoniensi existenti habitam, que alias eorundem filiorum condam Bende prefuisset, set per defectum seminis ipsorum iuxta antiquam et approbatam regni nostri consuetudinem ad nostram maiestatem rite et legittime devoluta esse perhibetur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis, sic ut prefertur, stantibus et se habentibus, memoratis Georgio et Blasio ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium pretacte totalis porcionis possessionarie dictorum filiorum Bende in dicta possessione Dÿozeg in pretacto comitatu Posoniensi existenti habite per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus Kwlczar et Jacobus de Neboÿza aut Emericus Bessenÿe-Galanthaÿ vel Augustinus Zwthko de dicta Neboÿza, sin Ladislaus Bor de eadem, seu Petrus Kaÿalÿ, sive Michael Kaÿalÿ, neve Stephanus *Hegÿ* aliis absentibus homo noster ad faciem totalis porcionis prefatorum filiorum Bende in dicta possessione Dÿozeg habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Georgium et Blasium in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra memoratos Georgium et Blasium nostram personalem in presenciam ad terminum com[petentem] racionem contradiccionis eorundem reddituros et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et [evoca]torum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse

statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato [eidem nostre perso]nali presencie fideliter rescribatis. Datum Tÿrnawie, [in] festo Purificacionis beate M[arie virginis, anno domini millesimo] quadringentesimo sexagesimo septimo, regni nostri anno nono, coronacionis vero tercio. *(1467 febr. 2.)*

Nos autem mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes, sicuti ex debito tenemur, una cum prenominato Jacobo de [Neboÿza] homine scilicet vestro nostrum hominem, videlicet honorabilem virum dominum Michaelem de Kermend, socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter exequenda [nostro] pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis consona voce retulerunt, [quomodo] ipsi feria quarta proxima post festum Omnium Sanctorum *(nov. 4.)* novissime preteritum ad faciem dicte totalis porcionis possessionarie prefatorum filiorum Bende in dicta possessione Dÿozeg in dicto comitatu Posoniensi habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent et cum idem homo vester presente eodem nostro testimonio prefatos Georgium et Blasium in dominium eiusdem statuere voluisset, tunc Michael *Toth* dictus de Magÿar, familiaris et officialis sanctimonialium dominarum et feminarum claustri Weteris Budensis nominibus et in personis earundem dominarum et precipue religiose domine Agnetis, abbatisse loci eiusdem ipsis contradiccionis velamine obviasset, ob quam contradiccionis inhibicionem pretactus homo vester presente eodem nostro testimonio ipsam scilicet dominam Agnetem abbatissam contra prescriptos Georgium de Bÿbÿ et Blasium de Peel ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas in vestram personalem evocasset presenciam racionem contradiccionis sue reddituram. Datum sexto die diei evocacionis iam prescripte, anno domini supra scripto.

Kívül: Personali presencie [pro egregiis Georgio de Bÿbÿ et Blasio de] Peel castellanis de Sempthe contra religiosam et sanctimonialem dominam Agnetem abbatissam claustri Weteris Budensis ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturas evocacionis relacio.

Egykorú jegyzet: Pro a(ctore) Ladislaus de Chepen cum Nitriensi stetit; Posoniensis.

Eredetije papiron, záró pecsét töredékeivel, fasc. 100, Nr. 1 alatt.

255.

Buda, 1468 február 14. I. Mátyás király Ágnest, az ó-budai klastrom apátnőjét, mivel a Bybi György és Peeli Balázs semptei várnagyok és az ó-budai apáczák között a diószegi Bende-féle birtok miatt folyó perben meg nem jelent, bírságban marasztalja el, ha magát igazolni nem tudja.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod Ladislaus de Chepen pro egregiis Georgio de Bÿb et Blasio de Peel castellanis de Sempthe cum procuratoriis literis capituli ecclesie Nitriensis contra religiosam sanctimonialem dominam Agnetem abbatissam claustri Veteris Budensis ab octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* triginta duobus diebus continuis legittime stetit in termino coram nostra personali presencia, qui iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradiccionis statucionis totalis porcionis possessionarie filiorum condam Bende in possessione Dÿozeg in comitatu Posoniensi existenti habite nostram personalem in presenciam (procuratorem) non misit, unde ipsam in iudicio commisimus fore convictam, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude, tricesimo tercio die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Kívül: Pro egregiis Georgio de Byb et Blasio de Peel, castellanis de Sempthe contra religiosam et sanctimonialem dominam Agnetem, abbatissam claustri Veteris Budensis statutoria, iudicialis.

Eredetije papíron, zárópecsét töredékével, fasc. 100, Nr. 2. jelzés alatt.

256.

Buda, 1468 márczius 4. Gúti Országh Mihály nádor meghagyja a szegzárdi konventnek, hogy Derecskei István javára, három vásáros kikiáltással idézze meg néhai Hédervári Lőrincz nádor fiait, Imrét és Miklóst okleveleik bemutatására és a bírság megfizetésére.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Saxardiensis Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod

in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Tholnensis, sabbato proximo ante festum beati Clementis pape, in anno proxime transacto preteritum, *(1467 nov. 21.)* ex speciali regio mandato prope oppidum Tholnawar celebrata, Stephanus, filius Pauli, filii Laurencii, filii Luce de Derechke e medio aliorum exsurgendo proposuerat eo modo, quomodo magnificus Emericus et egregius Nicolaus, filii condam Laurencii de Hederwara quasdam possessiones suas Ozora, Bozyas, Debrenthe, Alsomaÿsa, Felsewmaÿsa et Nÿlas vocatas, omnino in comitatu Tholnensi existentes, ipsum unacum suis fratribus omnis iuris titulo concernentes, nescitur, qua racione, aut quo iure erga se occupative tenuissent et eisdem ad tunc usi fuissent, ex parte quorum iudicium habere voluerat iure admittente. Quo percepto Johannes litteratus de Thelgÿe pro annotatis Emerico et Nicolao de Hederwara cum procuratoriis litteris nostris in nostram exsurgendo presenciam responderat eo modo, quomodo prescripte possessiones erga ipsos Emericum et Nicolaum de Hederwara haberentur, non tamen ipsi potencialiter easdem occupativeque et indebite possiderent, sed eedem possessiones ipsis vigore instrumentali pertinerent, que ipsi non ad tunc, nec in secunda congregacione nostra generali per nos ad tunc in comitatu de Baranÿa celebranda, sed in termino ulteriori, per nos eis dando eo gravamine, quo de regni consuetudine conveniret, exhibere prompti fuissent et parati. Pro eo nos hys perceptis unacum iuratis assessoribus congregacionis nostre predicte iudicando commiseramus eo modo, ut antefati Emericus et Nicolaus de Hederwara, in causam attracti, universas litteras et litteralia eorum instrumenta, si quas et que in facto dictarum possessionum pro se haberent confectas et emanata in octavis festi Epiphaniarum domini tunc venturis *(jan. 13.)* cum iudicio trium marcarum in curia regia coram nobis exhibere tenerentur contra actorem prenotatum, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes in premissis dictante iuris equitate. Quia autem iidem Emericus et Nicolaus de Hederwara[1] dictum iudicium trium

[1] Utánna áthúzva: «in causam attracti».

marcarum nobis et parti adverse in eadem congregacione nostra generali persolverant, ideo nos eosdem super solucione ipsius iudicii trium marcarum quitos commiseramus et expeditos, a quibusquidem octavis festi Epiphaniarum domini instrumentalis exhibicio partes inter easdem seriebus litterarum nostrarum prorogatoriarum ad octavas festi beati Georgii martyris proxime preteritas *(máj. 1.)* dilative devenisset. Ipsis itaque octavis instantibus prefati Emericus et Nicolaus de Hederwara per Nicolaum de Keweznye, legitimum procuratorem dicti actoris in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectati, prescriptas litteras et litteralia eorum instrumenta exhibituri nostram in presenciam non venerant, neque miserant, sed se mediantibus aliis litteris nostris iudicialibus, exinde confectis in iudicio aggravari permiserant, postulans prefatus Nicolaus de Kewesnÿe, procurator dicti actoris in persona eiusdem eidem ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia iidem Emericus et Nicolaus de predicta Hederwara, in causam attracti ad premissa evocandi fore visi fuerant, pro eo vestram amiciciam litteratorie pecieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente homo noster infradeclarandus prefatos Emericum et Nicolaum, filios condam Laurencii de Hederwara prescriptas litteras et litteralia eorum instrumenta exhibituros ac de iudiciis sex marcarum nobis et parti adverse satisfacturos contra prefatum Stephanum de Derechke ad octavas festi beati Jacobi apostoli proxime preteritas *(aug. 1.)* nostram evocaret in presenciam et post hec huiusmodi evocacionis seriem cum nominibus evocatorum, ut fuerit expediens, ad easdem octavas nobis amicabiliter rescribatis. A quibus quidem octavis festi Epiphaniarum domini instrumentalis exhibicio prenotata partes inter easdem seriebus litterarum nostrarum prorogatoriarum ventilata ultimatim presentes octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* prorogative attigissent. Tandem ipsis octavis festi Epiphaniarum domini instantibus prefatus Gregorius de Kewesnÿe legittimus procurator dicti actoris in persona eiusdem nostram veniens in presenciam litteras vestras, super premissa evocacione

rescripcionales nobis presentavit, in quibus per Anthonium de Thesla nostrum et religiosum fratrem Laurencium sacerdotem vestrum homines feria sexta proxima post festum Divisionis Apostolorum proxime preteritum *(júl. 17.)* prefatos magnificum Emericum et egregium Nicolaum, filios condam Laurencii de Hederwara in porcione ipsorum possessionaria, in possessione Zenthmyklos vocata habita prescriptas litteras et litteralia ipsorum instrumenta exhibituros ac de iudiciis sex marcarum nobis et parti adverse satisfacturos contra prefatum Stephanum de Derechke ad dictas octavas festi beati Jacobi apostoli proxime preteritas *(aug. 1.)* nostram in presenciam legittime evocatos fore comperimus manifeste, ad quas quidem octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* prefati Emericus et Nicolaus, filii condam Laurencii de Hederwara per annotatum Gregorium de Kewesnÿe, legittimum procuratorem dicti [Step]hani, filii Pauli filii Laurencii filii Luce de Derechke in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectatus prescriptas litteras et litteralia ipsorum instrumenta exhibituri ac de iudiciis sex marcarum nobis et parti adverse satisfacturi nostram in presenciam non venerunt, neque miserunt, se pro eorundem non veniencia in iudiciis consuetis et pro non solucione dictorum iudiciorum in dupplo eorundem mediantibus aliis litteris nostris iudicialibus exinde confectis in iudiciis aggravari permittentes, postulans prefatus Gregorius de Kewesnye, procurator dicti Stephani actoris in persona eiusdem ex parte prefatorum Emerici bani ac Nicolai fratris eiusdem per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia iidem Emericus et Nicolaus ad premissa proclamandi fore videbantur, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Nicolai de Athorÿan aut Emericus de Zabadÿ vel Valentinus de eadem, sin Johannes Kwstaÿ de Yak sew Nicolaus de Kewesnÿe sive Clemens de Onar aliis absentibus homo noster memoratos Emericum et Nicolaum de Hederwara prescriptas litteras et litteralia ipsorum instrumenta exhibituros ac de dictis iudiciis sex marcarum cum dupplo et iterum sex marcarum sine dupplo nobis et

parti adverse satisfacturos contra annotatum Stephanum, filium Pauli de Derechke ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas *(máj. 1.)* in tribus foris conprovincialibus nostram publice et manifeste faciant proclamari in presenciam, insinuantes ibidem eisdem, ut si venerint et in premissis se bono modo emendaverint, de dictisque iudiciis nobis et parti adverse satisfecerint, bene quidem; alioquin non obstante ipsorum absencia et rebellione, finem debitum et indilatum faciemus causa in premissa, prout dictabit ordo iuris et post hec huiusmodi trine forensis proclamacionis seriem cum nominibus proclamatorum, ut fuerit expediens, octavas ad easdem nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, quinquagesimo secundo die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum, anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Kívül: Amicis suis reverendis conventui ecclesie Saxardiensis pro Stephano filio Pauli filii Laurencii filii Luce de Derechke contra magnificos Emericum et Nicolaum, filios condam Laurencii de Hederwara ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* proclamatoria.

Lapszéli jegyzet: Homo palatinalis Johannes filius Nicolai de Atryan, noster frater Georgius sacerdos in tribus foris, primo feria quinta *(ápr. 7.)* in Nana, feria sexta *(ápr. 8.)* in Bohnyan, sabbato *(ápr. 9.)* in Zaaz ante dominicam Ramispalmarum.

Eredetije papíron, két zárópecsét nyomával, fasc. 50, Nr. 18 jelzés alatt. Tartalmi átirata II. Lajos királytól. Magyar Történelmi Tár VI. kötet 38. l.

257.

Buda, 1468 márczius 20. Palóczi László országbíró bizonysága arról, hogy a pör határnapján a csornai konvent ügyvéde megjelent; de az alperesek, Hédervári Imre és István se meg nem jelentek, se ügyvédet nem küldöttek.

Nos comes Ladislaus de Palocz, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod Benedictus Zambo dictus de Sebehaza pro religiosis fratribus, Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna cum procuratoriis literis earundem, contra magnificum Emericum de Hedrewara alias banum

Machouiensem et Stephanum, filium Johannis de eadem Hedrewara ab octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* sexaginta septem diebus continuis legittime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis capituli ecclesie Jawriensis evocatoriis contentis perhemptorie responsuri nostram in presenciam non venerint, neque miserint, unde ipsos in iudiciis commisimus fore convictos, si se racionabiliter non poterint excusare. Datum Bude, sexagesimo octavo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Kívül: Pro religiosis fratribus Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna contra magnificum Emericum de Hedrewara, alias banum Machouiensem et Stephanum filium Johannis de eadem Hedrewara iudicialis. Solvit.

Ex evocatione. — Extradata est in quinta deliberacione.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16630. jelzet alatt.

258.

1468 április 11. Mátyás király kijelenti, hogy gróf Bazini és Szentgyörgyi Jánost és Zsigmondot, Hédervári Imre, Miklós és testvérei, valamint bárki más ellen kötelesen megvédelmezi Vereskő birtokában, mert azt anyai nagyapjuknak, Vereskői Volfhardnak, a birtokban való megvédelmezés kötelezettségével adományozták beiratkép királyi elődei. Azért beszüntet minden, e vár miatt ellenük indított pört, úgy hogy a felperesek igazukat csak a királyon kereshessék.

Nos Mathias, dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster, magnificus Sigismundus comes de Bozyn et de Sancto Georgio nostram veniendo in presenciam in sua ac magnifici Johannis, similiter comitis, fratris sui carnalis heredumque eorundem personis nobis ac prelatis et baronibus nostris nobiscum existentibus exponere curavit in hunc modum: quomodo nonnulli forent homines, qui cum eis in facto castri Wereskew vocati in comitatu Posoniensi existentis et suarum pertinenciarum

lites movissent, seu inchoassent, e quibus unus signanter magnificus Emericus de Hedrehwara, alias magister ianitorum nostrorum et Nicolaus carnalis ac alii fratres eiusdem similiter de dicta Hedrehwara, ut percepissent iam de facto pro sui parte sentenciam reportando eos forcius impedire et cum eis contendere niterentur in eorundem preiudicium et dampnum. Cum tamen ipsi annotatum castrum non per potenciam hactenus possedissent et tenerent nunc, sed virtute literarum predecessorum nostrorum regum Hungarie, in quibus iidem firma obligacione assumpsissent condam Wolfhardum de Wereskeu, avum eorum per lineam domine matris ipsorum et suos heredes in dominio dicti castri et pertinenciarum eiusdem contra omnes legittimos impetitores intra et extra iudicium conservare, protegere et expedire, quarum pro parte eorundem comitum supplicatum extitit maiestati nostre, ut nos ipsis superinde de remedio providere, ita videlicet, ut literas illas predecessorum nostrorum regum Hungarie per nos confirmatas, vigore quarum castrum predictum et eius pertinencias tenuissent et possiderent, videre et examinare ac iuxta contenta earundem ipsos et eorum heredes in dominio ipsius castri et pertinenciarum suarum conservare dignaremur. Unde, quia in eisdem literis coram nobis ac prelatis et baronibus nobiscum existentibus productis ipsi reges, predecessores nostri, sepedictum castrum et pertinencias eiusdem in certa pecuniarum quantitate satis notabili pretacto condam Wolfhardo inscripsisse ac ad conservandos eosdem in dominÿo ipsius castri ac pertinenciarum eiusdem non solum se, sed eciam successores suos reges obligasse declarabant; igitur nos, ut veri successores eorundem regum, volentes, ut tenemur, eorum obligamina in nos transmissa observare, omnes processus licium, si qui contra eosdem comites hactenus in facto dicti castri Wereskeu per quoscunque et signanter pro parte dicti Emerici, Nicolai et aliorum fratrum eorundem de Hedrehwara, aut heredum eorundem habiti sunt, sentencias quoque universas et literas, si que ex huiusmodi processibus licium, vel iam de facto reportate essent, tamquam non rite, nec legittime latas de plenitudine nostre regie auctoritatis ac prelatorum et baronum nostrorum

consilio per omnia cassantes et revocantes, totum onus defensionis eorundem comitum in ipso castro et pertinenciis eiusdem, prout annotati reges, predecessores nostri, in literis suis prenotatis ad posteros reges transmittebant, in nos assumpsimus decernentes, ut si qui deinceps contra eosdem comites racione pretacti castri et pertinenciarum suarum agere vellent, non adversus ipsos comites, sed contra nos cum procuratore, seu directore causarum nostrarum mediante novis processibus agere debeant; decernentes ex nunc irritum et inane quitquid in posterum in facto annotati castri contra ipsos comites coram quocunque iudice et iusticiario regni contra premissa agi contigerit, vel attemptari. Quocirca vobis, fidelibus nostris reverendissimis in Christo patribus, dominis Johanni Strigoniensis ac Stephano Collocensis ecclesiarum archiepiscopis, summis et secretariis cancellariis nostris ac venerabili magistro Gabrieli, aule nostre vicecancellario ac personalis presencie nostre locumtenenti, item magnificis palatino et iudici curie nostre vestrasque in iudicatu vices-gerentibus, cunctis eciam aliis regni nostri iudicibus et iusti-ciariis ecclesiasticis et secularibus presentibus et futuris harum serie firmiter mandamus, quatenus prefatos Johannem et Sigismundum comites ac eorum heredes et heredum succes-sores a modo deinceps ad ullius instanciam racione annotati castri et eiusdem pertinenciarum iudicare vel vestro asstare iudicatui compellere audeatis, nec sentenciam aliquam vestram, si quam iam in ea re pronuncciassetis contra cassacionem nostram prenotatam execucioni demandetis. Super qua quidem re eciam omnia capitula et conventus regni nostri ne ad execucionem huiusmodi literarum vestrarum eorum testimonia mittant, presentibus inhibemus, sed si qui aliquid iuris ad ipsum castrum et suas pertinencias habere sperant, id pro-sequantur deinceps contra nos, protectores scilicet eorundem comitum in eodem castro. Director quoque et procurator causarum nostrarum omnibus, ut premisimus, causantibus respondere tenebitur; secus ergo non facturi. Presentes autem, quas secreto sigillo nostro impendenti communiri fecimus, post earum lecturam semper reddatis presentanti. Datum Posonii, feria secunda proxima post dominicam Palmarum,

anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri anno undecimo, coronacionis vero quarto.

A győri káptalan 1480 május 7-én kelt, Szent-Györgyi és Bazini Gróf János kérésére kiadott átiratából. Országos levéltár. M. O. D. L. 18305. jelzet alatt.

259.

1468 április 13. A győri káptalan jelenti Mátyás királynak, hogy parancsára vizsgálatot tartván, azt találta, hogy Laki Kaczor János és fiai, György és Péter s György fia, László, továbbá Nádasdi Darabos László hatalmaskodást követtek el Ágota asszony, néhai Debrentei Himfy Basy özvegye (most Fajszi Ányos Mihályné) és leányai, Himfy Ilona, Marczaltői Miklósné, továbbá Katalin, Hédervári Ozsvátné zalamegyei birtokain, miért is megidézte őket.

Serenissimo principi, domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc., domino eorum gracioso capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia devotarum cum perpetua fidelitate. Literas vestre serenitatis nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis nobilium dominarum Agathe, relicte condam Basy, filii Him de Debrenthe, nunc vero consortis Michaelis Anyos de Fayz, necnon Elene, Nicolai de Marczalthew et Katherine, Osvaldi de Hedrehwara consortum, filiarum videlicet dicte domine Agathe ex ipso condam Basy, filio Him procreatarum, quomodo Johannes Kaczor de Lak ac Georgius et Petrus, filii eiusdem Johannis, necnon Ladislaus, filius dicti Georgii *Kaczor*, necnon Ladislaus *Darabos* de Nadasd, alias de Dereske temporibus proxime preteritis quasdam porciones ipsarum possessionarias in possessionibus Zerdahel, Dezych, Gwthorfelde, Kysfalud et Haholth vocatis, in comitatu Zaladiensi existentibus habitas minus iuste et indebite ab ipsis occupassent et occupatas tenerent de presenti potencia mediante in preiudicium dictarum exponencium et dampnum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo

presente Martinus de Zenth Iwan vel Johannes de Repas aut Georgius de Wytha, sin Bartha de eadem, sew Ladislaus de Chew, sive Petrus de Thomay, neve Ladislaus de Wsa, aut Johannes vel Anthonius de Hany, aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate evocet prefatos Johannem Kaczor ac Georgium et Petrum, filios eiusdem Johannis ac alios supra nominatos contra nobiles dominas, Agatham ac Elenam et Katherinam, filias eiusdem domine Agathe ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas *(máj. 1.)* nostram personalem in presenciam racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram ipsa nostra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quid iuri videbitur expediri et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Strigonii, sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri anno undecimo, coronacionis vero quarto. *(1468 márcz. 26.)*

Unde nos mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Georgio de Witha, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum Jacobum de Cheppreg, rectorem altaris sancti Martini episcopi, fundati in ecclesia nostra prefata ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post dominicam Judica proxime preteritam *(1468 ápr. 8.)* in comitatu Zaladiensi procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus, palam et oculte *(igy)* diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et suo modo fore, facta et perpetrata rescivissent, prout eidem vestre serenitati dictum fuisset et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia contineret prescriptarum. Factaque huiusmodi inquisicione eodem

die prefatus homo vestre serenitatis presente dicto nostro testimonio prefatos Johannem Kaczor ac Georgium et Petrum, filios eiusdem Johannis, necnon Ladislaum, filium iam dicti Georgii Kaczor in Mantha ac alterum Ladislaum Darabos in Wrbanusfalwa, porcionibus scilicet ipsorum possessionariis, in eisdem habitis contra annotatas dominas, Agatham, relictam condam Basy, filii Him de Debrenthe ac Elenam et Katherinam, filias eiusdem domine Agathe ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas *(máj. 1.)* vestram evocasset personalem in presenciam racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Insinuasset ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis [in] predictis coram eadem vestra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quid iuri videbitur expediri. Datum sexto die diei execucionis premisse, anno domini supradicto.

Palóczi László országbíró 1469 november 8-án kelt okleveléből. Lásd 267. sz. a.

260.

1468 április 16. A pozsonyi káptalan jelenti Gúthi Országh Mihály nádornak, hogy midőn parancsára Bybi György semptei várnagyot Diószeg birtokába beiktatni akarta, az ó-budai apáczák tiszttartója ellenmondott, mire őket a nádori szék elé idézte.

Magnifico domino Michaeli Orzagh de Gwth, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum capitulum ecclesie Posoniensis amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, nos litteras vestras introductorias et statutorias secreto sigillo vestro consignatas nobis amicabiliter loquentes, honore quo decuit recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Posoniensis Michael Orzagh de G[wt]h, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona egregii Georgii de Bÿb, caste[llan]i castri Semthe, quomodo ipse in dominium totalis porcionis [possess]ionarie filiorum condam Bende in possessione Dyozegh vocata in comitatu Posoniensi existenti habite ipsum certo iuris titulo

concer[nentis] legittime vellet introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus Ablancz de Chepan vel Nicolaus Kwlchar aut Michael sin Jacobus de Naboyza, sew Petrus, sive Michael Bor dictus de Kayol, neve Laurencius filius Dionisi *(igy)* de eadem Kayol, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis Diozegh consequenterque totales porciones possessionarias filiorum condam Bende in eadem habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum exponentem in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis iure ipsi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra antelatum exponentem nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima post dominicam Oculi, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo. *(1468 márcz. 22.)*

Nos igitur peticionibus vestris amicabilibus satisfacere volentes, unacum prenominato Jacobo, homine scilicet vestro nostrum hominem videlicet dominum Michaelem de Kermend, socium et concanonicum nostrum nostro pro testimonio ad premissa suo modo exequenda duximus fide dignum destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum *(ápr. 11.)* novissime preterita ad faciem dicte possessionis Diozegh consequenterque totalis porcionis possessionarie filiorum condam Bende in eadem habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent et dum idem homo vester presente eodem nostro testimonio prefatum Georgium de Byb in dominium eiusdem statuere voluisset, tunc Michael Thoth dictus de Magyar officialis sanctimonia-

lium dominarum de Veteri Buda, nominibus et in personis earundem dominarum ipsis contradiccionis velamine obviasset; ob quam contradiccionis inibicionem prefatus homo vester presente dicto nostro testimonio easdem dominas contra prefatum Georgium de Byb, castellanum de Sempte ad octavas festi beati Georgii martyris nunc proxime venturas *(máj. 1.)* in vestram evocasset presenciam racionem contradiccionis earundem reddituras. Datum sexto die diei evocaionis iam dicte, anno domini suprascripto.

Kívül: Domino palatino intra scripto pro egregio Georgio de Byb, castellano castri de Sempthe contra sanctimoniales dominas de Veteri Buda ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas evocacionis relacio.

Más kézzel: Pro a(ctore) Ladislaus litteratus de Chepen cum Nitriensi.

Eredetije papiron, hátára nyomott töredezett pecséttel, fasc. 100, Nr. 3 jelzet alatt.

261.

Visegrád, 1468 június 7. Gúti Országh Mihály nádor Bybi György, semptei várnagy, mint felperes, és az ó-budai apáczák, mint alperesek között levő perből kifolyólag az alpereseket, mivel meg nem jelentek, birságban marasztalja el.

Nos Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod Ladislaus litteratus de Chepen pro egregio Georgio de Byb, castellano castri Sempthe cum procuratoriis litteris capituli Nitriensis contra religiosas dominas sanctimoniales de Weteri Buda ab octavis festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* triginta septem diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis; que iuxta continenciam litterarum capituli ecclesie Posoniensis ewocatoriarum super facto contradiccionis, statucionis totalium porcionum possessionariarum filiorum condam Bende in possessione Dyozeg vocata in comitatu Posoniensi existenti habite *(igy)* [1]

[1] Eredetileg »totalis porcionis possessionarie« volt s később javították át többes számba, de a hozzá tartozó »habite« megmaradt egyesben.

legitime evocate nostram in presenciam non venerunt, neque miserunt, unde ipsas in iudicio commisimus fore convictas, si se racionabiliter non poterunt excusare. Datum in Wysegrad, tricesimo octavo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Kivül: Pro egregio Georgio de Bÿb contra religiosas dominas sanctimoniales de Weteri Buda iudicialis ewocatoria et statutoria.

Ugyanazon kézzel: Extradata coram Thurda (?) per *Zewld.*

Eredetije papiron, záró pecsét töredékével, fasc. 100, Nr. 4 jelzet alatt.

262.

Buda, 1469 február 16. Gúti Országh Mihály nádor bizonyságlevele arról, hogy Baski Baccularius András néhai Bende fia Benedek-féle diószegi birtokot 34 arany forintért visszabocsátotta Bybi György semptei várnagy kezébe.

Nos Michael Orzag de Guth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod Andreas Baccularius dictus de Bask personaliter ab una, parte siquidem ex alia Paulus litteratus de Jaurino pro egregio Georgio de Byb, castellano castri Sempthe cum procuratoriis litteris nostris coram nobis constituti per eundem Andream est confessum in hunc modum: quod licet quedam porcio possessionaria condam Benedicti, filii Bende de Dyozeg in eadem Dyozeg vocata in comitatu Posoniensi existenti habita apud ipsum pro triginta quatuor florenis puri auri titulo pignoris extiterit, tamen eandem porcionem possessionariam dicti condam Benedicti Bende predicto Georgio de Byb pro predictis triginta quatuor florenis puri auri remisisset et resignasset, ymmo remisit et resignavit coram nobis vigore et testimonio presencium litterarum nostrarum mediante. Datum Bude, feria quinta proxima post festum beati Valen[tini] martyris, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét maradványával, fasc. 100, Nr. 6 jelzet alatt.

263.

1469 márczius 22. Gúthi Ország Mihály nádor előtt Hédervári Imre a maga és testvére, Miklós nevében István kalocsai érsek és kanczellár iránti hálából kedves familiárisának, Somlyói Péternek adja Szent-Margita, Ujfalu, Viszló nevű birtokokat oly feltétel alatt, hogy Szent-Margitán Áron György és felesége iránti kötelezettségét átveszi, teljesíti, és ha örökös nélkül hal meg, az adományozott birtokok visszaszállnak a Hédervváriakra.

Közölve: Hazai Okmánytár V. k. 206. sz.

264.

1469 április 14. A pannonhalmi konvent jelenti I. Mátyás királynak, hogy midőn Palóczi László országbíró parancsára, Pál csornai prépost és konventje javára vizsgálatot tartott, azt találta, hogy László prépost, Vasvári János és Tatai Mihály, győri kanonokok a felsőbb bírósághoz utaló oklevelet Hédervári István és Ozsvát iránt való kedvezésből kiadni vonakodtak, miért is megidézte őket.

Serenissimo principi et domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domino ipsorum metuendo conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino debitas ac devotas cum perpetua fidelitate. Literas magnifici viri, domini Ladislai de Paloch, iudicis curie vestre maiestatis nobis directas honore, quo decuit, recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie comes Ladislaus de Palocz, iudex curie serenissimi principis et domini, domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis honorabilis et religiosi viri, fatris Pauli prepositi et conventus ecclesie de Chorna, quod cum nuper, videlicet octavo die festi beati Vincencii martyris *(jan. 29.)* proxime preteriti egregii Oswaldus et Stephanus de Hederwara seriebus quarundam literarum obligatoriarum et fassionalium honorabilis capituli ecclesie Jauriensis quasdam literas metales, factum possessionis ipsorum

Oswaldi et Stephani Kysbarathy vocate tangentes, quibus mediantibus quandam particulam terre Chokatheleke vocatam, in territorio possessionis eorundem prepositi et conventus de Chorna Nogybarathy noncupate, in comitatu Jauriensi existentis, adiacentis, prenotate possessioni ipsorum Kysbarathi vocate appropriare et annectere habuissent sub certis obligaminibus et vinculis, in dictis literis obligatoriis pretacti capituli Jauriensis expressatis coram testimonio eorundem capituli ecclesie Jauriensis in dicta possessione eorundem exponencium Nagybarathy producere et exhibere debuissent, iidem exponentes unacum honorabilibus viris, dominis Ladislao preposito kathedrali ac Johanne de Waswar et Michaele de Thata, canonicis dicte ecclesie Jauriensis in loco et termino prenotatis legitime comparendo pretactum magistrum Michaelem ibidem pro factis ipsorum exponencium pro testimonio habendo, prelibati Oswaldus et Stephanus literas ipsorum metales, prout promisissent, minime exhibuissent, se in vinculis et gravaminibus in dictis literis obligatoriis prefati capituli Jauriensis convinci et agravari permittendo. Et cum iidem exponentes superinde literas ommissionales de capitulo prenotato pro se extrahere voluissent, tunc prefatus magister Michael de Thata ex consensu, voluntate et consilio dictorum domini Ladislai prepositi et Johannis de Waswar in medio capituli super premissis ob favorem dictorum Oswaldi et Stephani de Hederwara nullam fecisset fassionem, literasque ommissionales eisdem exponentibus ad plurimas ipsorum peticiones emanari facere recusassent. Ubi autem ipse magister Michael ipsam fassionem iuridicam, prout debuisset, perfecisset, extunc iidem exponentes dictam terram Chokatheleke vocatam per longum iuris processum aquisitum pro se termino et loco in eisdem iure mediante appropriare valuissent, in quibus premissis ipsis exponentibus ducentorum florenorum auri dampna intulissent potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Benedictus vel Simon de Pech aut Dominicus de Hol, sin Augustinus filius eiusdem sew

Barla de Koronczo, sive Paulus de Musly, neve Thomas Parvus de Baboth cew Matheus de *Zygeth* aliis absentibus homo regius, scita prius premissorum mera veritate, prefatos dominos Ladislaum prepositum, Johannem de *Waswar* et Michaelem de Thata, canonicos dicte ecclesie Jauriensis contra eosdem exponentes ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas regiam evocet in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi in dictis octavis coram prefato rege compareant, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expedire et (post) hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad predictas, ut fuerit expediens, prefato domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica Quasi modo, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. *(1469 ápr. 9.)*

Unde amicabilibus peticionibus dicti comitis Ladislai satisfacere volentes, ut tenemur, unacum prefato Dominico de Hol, homine vestre maiestatis nostrum hominem, videlicet religiosum fratrem Blasium presbiterum, socium nostrum conventualem ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post predictam dominicam Quasi modo proxime preteritam *(ápr. 12.)*, in comitatu Jauriensi procedendo ab omnibus, quibus decens et oportunum fuisset, nobilibus scilicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis hominibus palam et oculte diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivissent, prout dicto comiti Ladislai *(így)* dictum extitisset et quem ad modum tenor literarum suarum per omnia continet prescriptarum. Factaque huiusmodi inquisicione die in predicto annotatos Ladislaum prepositum kathedralem, Johannem de Waswar et Michaelem de Thata, canonicos ecclesie Jauriensis in porcione capitulari eiusdem ecclesie Jauriensis in possessione *Nyul* vocata, habita, contra prefatos dominum fratrem Paulum prepositum et conventum ecclesie de

Chorna ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas *(máj. 1.)* vestre serenitatis evocassent in presenciam racionem premissorum reddituros efficacem, litis pendencia inter ipsos habita non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi in dictis octavis coram vestra maiestate compareant, sive non, vos ad partis comparentis instanciam id facietis in premissis, quid iuri videbitur expedire. Datum tercio (die) diei execucionis premissorum *(így)*, anno domini supra dicto.

Kivül: Domino regi pro religioso viro fratre Paulo preposito et conventu ecclesie de Chorna contra venerabilem dominum Ladislaum prepositum ecclesie Jauriensis et alios intra scriptos ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* inquisicionis, evocacionis et insinuacionis relacio.

Pro a(ctoribus) Benedictus Zambo de Sebehaza cum eorundem.

Pro i(n causam attractis) magister Johannes de Waswar, canonicus eiusdem ecclesie.

Pro a(ctoribus) Benedictus Zambo de Sebehaza cum Chorna.

Pro a(ctoribus) Michael de Peder cum Chorna.

Transmissa est in palatinalem presenciam ad peticionem actoris.

Eredetije papiron, záró pecsét nyomával, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 16831. jelzet alatt.

265.

1469 április 29. A nyitrai káptalan előtt Berényi Jakab unokája Ferencz és leánya Dorottya kiegyezik Bybi György semptei várnagygyal a Berényi Jakab leánya, Orsolya hozománya ügyében.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod Franciscus filius Thome Magni, filii Jacobi litterati de Beren et nobilis domina Dorothea, consors Sÿmonis de Zelesen, filia videlicet dicti Jacobi de dicta Beren coram nobis personaliter constituti sunt sponte et libere confessi in hunc modum: quod licet ipsi egregium Georgium de Bÿb, castellanum castri Sempthe racione et pretextu dotis et rerum paraffernalium condam nobilis domine Ursula vocate, relicte condam Johannis Beende dicti de Dÿozek, filie videlicet prelibati condam Jacobi litterati de Beeren predicta in presencia domini vicarii Strigoniensis in causam attraxerint sew con-

venerint; causaque eadem in sede eiusdem domini vicarii aliquantulum ventilata extiterit, tamen quia ordinacione et disposicione certorum proborum et nobilium virorum prefatus Georgius Bÿbÿ de et super premissis dote et rebus paraffernalibus prefate condam domine Ursule, filie dicti Jacobi de Beeren de bonis et iuribus possessionariis annotati olim Johannis Beende de Dÿozek, domini et mariti sui de porcione puta possessionaria filiorum olim Beende de prefata Dÿozek in eadem possessione Dÿozek vocata in comitatu Posoniensi existenti habitis ipsi domine Ursule iuxta regni consuetudinem provenire debentibus eisdem Francisco, filio Thome Magni de Beeren et domine Dorothee, filie prefati condam Jacobi de eadem Beeren paratis cum duodecim florenis auri puri, veri et iusti ponderis monete Hungaricalis plenam et omnimodam impendisset satisfaccionem per solucionemque realem, ob hoc iidem Franciscus, filius Thome Magni et domina Dorothea, filia Jacobi de Beeren super premissis dote et rebus paraffernalibus predicte condam domine Ursule ac super totali realique earundem persolucione simul et satisfaccione memoratum Georgium Bÿbÿ, heredesque suos universos reddidissent et commisissent quitos et expeditos atque per omnia absolutos, ymmo reddiderunt et commiserunt sepefati Franciscus et domina Dorothea coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum sabbato proximo ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papiron, hátára nyomott, töredezett pecséttel, fasc. 100, Nr. 5. jelzet alatt.

266.

1469 július 6. A nyitrai káptalan bizonyságlevele arról, hogy Felsőnebojszai János fia György felsőnebojszai teljes birtokrészét Alsónebojszai Bor Lászlónak és fiainak 12 magyar arany forintért elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus, quod Georgius, filius condam Johannis de Felseneboÿza coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc

modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus, ipsum ad presens urgentibus, evitandis, totalem porcionem suam possessionariam in predicta possessione Felseneboÿza in comitatu Posoniensi existentem et habitam, ipsum iure hereditario concernentem, quam ipse et sui progenitores iure pacifico possiderunt et tenuerunt cum omnibus et singulis suis utilitatibus et pertinenciis universis ad eandem undique spectantibus quovis nomine vocitatis, terris videlicet arabilibus, cultis et incultis, campis, silvis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus Ladislao Bor dicto de Alsoneboÿza, necnon Petro, Thome, Laurencio et Nicolao, filiis eiusdem Ladislai in duodecim florenis auri puri, veri et iusti ponderis monete Hungaricalis, plene, uti dixit, ab eisdem habitis et perceptis, sub expeditoriis caucionis iuste asumptis usque ad tempus redempcionis eiusdem possidendam et tenendam pro pignore posuisset et obligasset, imo posuit et obligavit ipse Georgius coram nobis, asumpsitque prefatos Ladislaum Bor et predictos filios suos in pacifico dominio dicte totalis porcionis possessionarie et suarum utilitatum usque ad prescriptum tempus redempcionis eiusdem contra quoslibet impetitores et causaticos *(igy)* tueri et conservare suis propriis laboribus et expensis vigore et testimonio presencium litterarum nostrarum mediante. Datum feria quinta proxima inter octavas Visitacionis beate Marie virginis, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papiron, hátára nyomott töredezett pecséttel, fasc. 95, Nr. 4. jelzet alatt.

267.

Buda, 1469 november 8. Palóczi László országbíró Ágota asszony és leányai, Ilona, Marczaltövi Miklósné, továbbá Katalin, Hédervári Ozsvátné, felperesek kérésére az általuk Laki Kaczor János és fiai György és Péter, s György fia László, továbbá Nádasdi Darabos László ellen zalamegyei birtokaikon elkövetett hatalmaskodás miatt indított pert megszüntetvén, a megitélt 6 márka bírság fizetéséről nyugtatja a felpereseket.

Nos comes Ladislaus de Palocz, iudex curie serenissimi principis, domini Mathie, dei gracia regis Hungarie, Bohemie,

Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus, quod Nicolaus, filius Johannis de Marczalthew pro nobilibus dominabus, Agatha, relicta condam Basy, filii Him de Debrenthe, nunc vero consorte Michaelis Anyos de Fayz, ac Elena sua et Katherina Osualdi de Hedrehwara consortibus, filiabus videlicet dicte domine Agathe ex ipso condam Basy, filio Him procreatis cum procuratoriis literis capitulorum Wesprimiensis et Jauriensis, necnon conventus de Chorna ecclesiarum, iuxta continenciam literarum prefati domini nostri regis prorogatoriarum et dicti capituli ecclesie Jauriensis inquisitoriarum, evocatoriarum et insinuatoriarum in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* ex transmissione eiusdem domini nostri regis nostram in presenciam facta, in figura nostri iudicii comparendo contra Johannem Kaczor de Lak ac Georgium et Petrum, filios eiusdem Johannis, necnon Ladislaum, filium eiusdem Georgii, et alterum Ladislaum Darabos de Nadasd easdem literas annotati capituli ecclesie Jauriensis relatorias nobis presentavit hunc tenorem continentes: *Lásd a győri káptalannak I. Mátyás király parancsára 1468 április 13. tett jelentését 259. sz. a.*

Quibus presentatis idem Nicolaus de Marczalthew, legittimus procurator dictarum dominarum in personis earundem allegavit eo modo, quomodo ipse causam ipsarum prescriptam certis et racionabilibus ex causis contra prefatos in causam attractos ad presens eo gravamine, quo de regni consuetudine conveniret sopiri et condescendi facere vellet, petens nos debita cum instancia, ut eandem causam ipsarum sopiri et condescendi faceremus. Cumque nos hys perceptis causam eandem partes inter predictas modo premisso vertentem et habitam cum deponendo iudicio regali nobis et parti adverse satisfaccionem impendi debere decrevissemus. Mox prefatus procurator dictarum actricum prescriptum iudicium regale sex marcarum, puta sex florenorum auri in personis earundem coram nobis reposuit ac nobis et parti adverse omnimodam satisfaccionem impendit, ob hoc nos easdem dominas, Agatham ac Elenam et Katherinam, actrices de et super solucione et omnimoda satisfaccione dicti iudicii sex marcarum quitas et absolutas reddentes et committentes, prescriptam causam earundem domi-

narum actricum modo premisso facto in prescripto contra prelibatos in causam attractos motam et suscitatam penitus et in toto sopiri et condescendi fecimus auctoritate nostra iudiciaria mediante. Datum Bude tricesimo quarto die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papiron, a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárában Véghelyi gy. 1899/35. sz. jelzet alatt.

268.

1469 november 21. A pannonhalmi konvent I. Mátyás királynak jelenti, hogy a Hédervári Pál ellen Demeter győri püspök és társai által elkövetett hatalmaskodásokra nézve a vizsgálatot teljesítette.

Serenissimo principi domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc. domino eorum graciosissimo conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino debitas ac devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas vestras inquisitorias nobis preceptorie loquentes sumpma cum obediencia recepisse in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Panonie salutem et graciam. Exponit nobis fidelis noster egregius Paulus de Hederwara, quomodo reverendus in Christo pater dominus Demetrius, episcopus ecclesie Jauriensis ex induccione et voluntate nobilium Stephani de Koramzo, Oswaldi Belyer de *Minthzenth,* Johannis *Vertes* de Beewn, Michaelis Patha de Monorfalwa, Luce literati de Jaurino, necnon Stephani prepositi sancti Adalberti de predicto Jaurino ac Thome et Johannis Nagy vicecastellanorum eiusdem castri Jauriensis a tempore constitucionis episcopatus eiusdem ecclesie Jauriensis omnes proventus tributi tam de foro ebdomadali, quam eciam nundinarum in eadem civitate Jauriensi celebratarum ipsi exponenti provenire debentes recipi et exigi fecisset ac in usum suum convertisset, eo non contentus circa festum Nativitatis beate Marie virginis, *(szept. 8. körül)* cuius iam prima instaret revolucio annualis, missis et destinatis quam pluribus familiaribus suis similiter ex consensu et voluntate Stephani de Koromzo

ac aliorum predictorum ad possessionem eiusdem Pauli de Hederwara Kyralfelde vocatam, in eodem comitatu Jauriensi existentem, ibique maccella carnificum confringi ac carnes de eisdem asportari fecisset; ceterum idem dominus episcopus hys diebus proxime preteritis ex induccione et voluntate Stephani de Koramzo et aliorum predictorum missis et destinatis quibusdam familiaribus et iobagionibus videlicet Mathia Kornis, Petro *Kertez*, Jacobo de Abday, Bartholomeo Gyako, Elia Kertez, Benedicto *Dwl*, Petro Nywly, Stephano Kechey, Martino *Dwnamelleky*, Thoma *Kalmar*, Blasio Zabo, Dominico similiter Zabo, Johanne Kalmar, altero Johanne Balany, Lamperto, Blasio Detreh, Gregorio *Santha*, Emerico *Zekeres* et Valentino Morocz ad possessionem dicti exponentis Kyralfelde predictam, ibique penes eandem civitatem Jauriensem quandam piscinam per totam ebdomadam depiscari fecisset potencia mediante. In quibus omnibus predictis eidem exponenti plus quam quingentorum florenorum auri dampna intulisset in preiudicium eiusdem exponentis et dampnum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius Thakacz, aut Michael de Ewrken, vel Petrus de eadem Ewrken, sin Georgius de Alap, sive Michael et Thomas de Baych, sew Petrus de Bewn, aut Barnabas de Koromzo, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Posonii, die dominico proximo ante festum beati Galli confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronacionis vero sexto. *(1469 okt. 15.)*

Unde nos mandatis ipsius vestre serenitatis obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Thoma de Baych, homine vestre serenitatis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Symonem sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retullerunt eo modo, quomodo ipsi secundo die festi beate Katherine virginis et martyris *(nov. 26.)* pro-

xime preterito in comitatu Jauriensi simul procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic fore facta et perpetrata, dempto certo numero dampnorum illatorum, fuisse rescivissent, quemadmodum vestre serenitati dictum extitisset et prout tenor literarum vestrarum per omnia contineret prescriptarum. Datum sexto die diey inquisicionis prenotate, anno domini supradicto.

Kivül: Personali presencie domini regis pro egregio Paulo de Hederwara. Inquisicionis relacio.

Eredetije papíron, zárlatán pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 20.

269.

1469 deczember 31. A győri káptalan bizonysága arról, hogy Mátyás király parancsára Szentvidi Vrach Domokos fiait Mihályt és Tamást Hédervári Pál medvei és radványi birtokrészeibe zálogjog czímén ellenmondás nélkül beiktatta.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nos literas statutorias serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri graciosi nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec (verba):

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie. Croacie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Michaëlis et Thome filiorum Dominici Vrach de Zenthwÿd, quomodo ipsi in dominium totalium porcionum possessionariarum egregii Pauli de Hederwara in possessionibus utraque Medwe et Radwan vocatis omnino in comitatu Jauriensi existentibus habitarum ipsis titulo pignoris concernencium legittime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valentinus de Zap vel Philippus de eadem aut Stephanus *Fodor* de *Estergathew*,

sive Michaël Patha de *Rewfalw*, ceu Simon vel Martinus de Pok, neve Stephanus de Koromzo, aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum utriusque Medwe et Radwan, consequenterque dictarum porcionum possessionariarum prefati Pauli de Hederwara in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Michaëlem et Thomam, filios Dominici in dominium earundem, statuatque easdem eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso titulo pignoris possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Michaëlem et Thomam, filios Dominici nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo sancte Elizabeth vidue, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronacionis vero sexto. *(1469 nov. 19.)*

Unde nos preceptis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Philippo de Zap, homine eiusdem domini regis nostrum hominem, videlicet discretum dominum Jacobum presbyterum, rectorem altaris sancti Demetrii martyris fundati in dicta nostra ecclesia ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod prefatus homo regius presente ipso nostro testimonio sabbato proximo post festum beate Lucie virginis proxime preteritum *(decz. 16.)* et aliis diebus sequentibus ad id aptis et legitime sufficientibus ad facies prescriptarum possessionum utriusque Medwe et Radwan vocatarum consequenterque porcionum possessionariarum Pauli de Hederhwara in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem et signanter Valentino de Zap, Andrea Janossa et Petro Banko de eadem Zap, item Luca

dicto Abraham de Radwan, Barnaba de Medwe prefati Emerici bani, Georgio similiter Abraham de dicta Radwan, Osualdi de Hedrehwara, Damiano de eadem Radwan, Stephani de iam dicta Hedrehwara villicis in eisdem possessionibus per ipsos, scilicet Emericum banum, Osualdum et Stephanum constitutis inibi legittime convocatis et presentibus accessisset introduxissetque prefatos Thomam et Michaëlem in dominium dictarum porcionum possessionariarum statuissetque easdem eisdem simul cum universis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso titulo pignoris possidendas, tenendas et habendas, nemine contradictore ipsis apparente, consuetis eciam diebus iuxta regni consuetudinem in faciebus dictarum porcionum possessionariarum moram facientibus. Datum sedecimo die diei statucionis premisse, anno domini supradicto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával az Országos Levéltárban M. O. D. L. 16925. jelzet alatt.

270.

1470 január 8. A székesfehérvári keresztesek konventje előtt Derecskei Pál fiának Istvánnak a fia, László a saját és testvérei János, István és Krisztina nevében megjelenvén tiltakozva jelentette, hogy atyjuk, Derecskei István Ozorát és Ozoravárát tartozékaival együtt Gúthi Országh Mihály nádor előtt eladta Hédervári Lőrincz fiainak, Imre bánnak és Miklósnak az ő akaratuk ellenére és nagy kárukra, a mi ellen — atyját a konvent előtt találván — szemtől-szembe tiltakozik.

II. Lajos király 1523 szept. 15. kelt bírói átiratából. L. M. Tört. Tár VI. köt. 36. l.

271.

1470 márczius 30. A szegszárdi convent előtt Derecskei István megjelenvén Ozorának Hédervári Lőrincz fiai, Imre és Miklósnak történt eladásáról tett bevallását fiai tiltakozása miatt visszavonja, azért a saját és fiai János, István és László nevében az említett Hédervári testvéreket Ozora elfoglalásától tiltja.

II. Lajos király 1523 szept. 15. kelt bírói átiratából. L. M. Tört. Tár VI. köt. 36. l.

272.

Esztergom, 1470 május 21. Tamás esztergomi érseki vikárius, Hédervári Ozsvát, a kisbaráti egyház kegyurának panaszára több plébánosnak meghagyja, hogy Kanizsai Lászlót és embereit, a kik a kisbaráti templomot feltörték és kirabolták, intsék meg, és hogy kiátkozás terhe alatt 15 nap alatt adják vissza az elrablott tárgyakat; a kik pedig magokat nem érzik bűnösnek, azokat idézzék meg.

Thomas decretorum doctor, prepositus Castriferrei ac canonicus Strigoniensis ecclesiarum, necnon reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis miseracione divina archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, primatis Hungarie et apostolice sedis legati nati vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis dilectis nobis in Christo discretis veris dominis de Moroczhyda, de Zenth Myhal, de Chanak, de Marchaltew, de Papocz et de Zaan ecclesiarum plebanis Jauriensis dyoceseos, qui presentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire. Querelam pro parte egregii Osualdi de Hedrehwara, patroni parochialis ecclesie beatorum Cosme et Damiani martyrum de Kysbarathy dicte dyoceseos nobis allatam recepimus continentem, quomodo alias egregii et nobiles Stephanus de Chorna, Emericus de Kald et Thomas de Polyan, tunc familiares magnifici domini Ladislai de Kanysa, nescitur quo spiritu ducti ex transmissione eiusdem domini Ladislai ad dictam ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani hostiliter irruendo et eandem hostio eiusdem confracto intrando abinde multa bona et res tam ipsius ecclesie, ut puta: libros, calices, cruces, indumenta sacerdotalia et alia ducentos florenos auri, que eciam eiusdem exponentis propria causa tucioris conservacionis ibi per eum deposita in valore trium milium florenorum intraque vel ultra valencia abstulissent et recepissent et eadem sic ablata et recepta usque ad prefatum dominum Ladislaum portassent, ibique unacum eodem domino Ladislao inter se dividendo, quo eorum placuisset voluntati, fecissent et exposuissent ac ab eisdem ecclesia et exponente prorsus alienassent, sacrilegium ipsi propter hoc incurrere non for-

midantes, in ipsorum exponentis et ecclesie preiudicium et dampnum valde magnum. Quare fuimus pro parte ipsius exponentis debita cum instancia requisiti, ut sibi et dicte ecclesie superinde de opportuno iuris remedio providere et ammonicionem cum summa excommunicacionis auctoritate apostolice legacionis nate contra prefatos dominos Ladislaum, Stephanum, Emericum et Thomam dare, decernere et concedere dignaremur.

Nos autem huiusmodi requisicionibus veluti iustis et iuri consonis inclinati devocioni vestre insolidum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et alterum vestrum huiusmodi mandatum nostrum exequi recusantes seu recusantem trium dierum canonica monicione premissa a die exhibicionis presencium vobis fiende computando ferimus in hys scriptis, districte precipiendo committimus et mandamus, quatenus mox visis presentibus ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus ad pretactos dominum Ladislaum, Stephanum de Chorna, Emericum de Kald, et Thomam de Polÿan personaliter accedatis, ipsosque auctoritate nostra diligenter requiratis et moneatis, quos et vos harum serie sic requirimus et monemus, ut ipsi infra quindecim dierum spacium a die huiusmodi vestrarum requisicionis et monicionis de ipsis fiende computando, quorum dierum spacium quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos dies quinque pro tercio et peremptorio termino monicioneque canonica et sub excommunicacionis pena eis presentibus assignando, quam in eos nisi fecerint, que ipsis presentibus mandamus dicta canonica monicione premissa ferimus in hÿs scriptis de dictis rebus et bonis prefatorum exponentis et ecclesie plenam et omnimodam satisfaccionem impendere debeant et teneantur. Qui si id fecerint, bene quidem, alioquin lapso dicto quindecim dierum spacio eosdem Ladislaum, Stephanum, Emericum et Thomam in vestris et in cuiuslibet vestrum ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis infra missarum solemnia, dum maior in eisdem ad divina audienda populi convenerit multitudo, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis ac in signum maledicionis eterne in terram proiectis excom-

municetis et excommunicatos publice denunccietis, seu faciatis denuncciari tamdiu, donec de pretactis rebus et bonis annotatis exponentibus et ecclesie satisfecerint realiter et cum effectu, a nobisque aliud superinde habueritis in mandatis et de eorum absolucione nobis constiterit evidenter salvo reservato. Quod si qui ex eisdem monitis et requisitis per vos se premissorum occasione minus iuste et indebite gravatos fore allegarent, extunc tales in nostram peremptorie citetis presenciam ad terminum competentem ad dicendum et causam racionabilem, si quam iustam haberent, quarum ad premissa non teneantur allegandi, aliosque prefato exponenti vel ipsius legittimo procuratori super premissis de iure responsuros a nobisque debite iusticie complementum recepturos usque ad sentenciam diffinitivam inclusive, certificando eosdem sic citatos, quod sive ipsi in dicto citacionis termino Strigonii coram nobis compareant, sive non, ipsis ulterius non ibi in partibus, sed per edictum in foribus huius alme ecclesie Strigoniensis more solito publice citatis ad partis coram nobis comparentis instanciam in causa et causis huiusmodi, prout iuris fuerit, ad ulteriora procedemus ulterius partis absencia vel contumacia in aliquo non obstante, et post hec seriem ipsius vestre execucionis, ac quitquid *(igy)* in premissis feceritis, nobis suo modo conscienciose rescribatis, presentes in specie remittentes. Datum Strigonii, vicesima prima die mensis Maii, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Ladislaus de Doroghaza
notarius.

Eredetije papiron, aljára nyomott zöld pecsét nyomaival, fasc. 44, Nr. 17. jelzet alatt.

273.

1470 július 18. A pannonhalmi konvent előtt Hédervári Pál és Demeter győri püspök a köztük fenforgó hatalmaskodási per eldöntését az általuk választandó hat bíró itéletére bízzák.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus, quod venerabilis dominus Johannes lector et canonicus ecclesie Jauriensis pro reverendo

in Christo patre domino Demetrio, episcopo ecclesie Jauriensis predicte cum procuratoriis literis eiusdem ab una, parte siquidem ex altera nobilis Paulus literatus de Chaford pro egregio Paulo de Hederwara similiter cum procuratoriis literis dicti capituli ecclesie Jauriensis ad nostram veniendo presenciam vigore procuratorio confessi sunt in hunc modum, quod quamquam inter prefatos dominum episcopum et Paulum de Hederwara racione, pretextu tercie partis tributi in civitate Jauriensi exigi soliti ac nonnullorum actuum potenciariorum et eorum occasione in curia regia contra sese cause et differencia suborte extiterint et ventilate, tamen ipse partes saniori ducte consilio huiusmodi causas et differencias arbitrio et disposicioni certorum sex honestorum virorum per ipsas partes equali numero eligendorum submisissent discuciendas et terminandas, ymmo prescripti procuratores auctoritatibus premissarum literarum procuratorialium submiserunt coram nobis eo modo, quod prescripte partes cum eorundem arbitris et amicabilibus compositoribus in festo beati Augustini episcopi proxime venturo *(aug. 28.)* in civitate Jauriensi in claustro scilicet beate Elizabet in eadem civitate constructo comparere ibique prescripte partes acciones et acquisiciones ipsorum in presenciis eorundem arbitrorum contra sese proponere, allegare et respondere, literalia eciam instrumenta eorundem factum dicti tributi tangencia ac alias quaslibet literas inquisitorias, ewocatorias, insinuatorias et prohibitorias contra sese quomodolibet emanatas exhibere, producere teneantur, et ipsi arbitri auditis proposicionibus et responsionibus, visis eciam earundem parcium iuribus, quidquid in huiusmodi causa partes inter predictas arbitrarent, disponerent et terminarent, extunc prescripte partes id acceptare deberent et termanerentur *(igy)*. Ubi autem aliqua parcium prescriptarum arbitracionalium *(igy)* sew disposicionem huiusmodi assumptorum arbitrorum acceptare nollent, extunc premisse partes in futuris octavis occurentibus acciones suas prosequi valeant atque possint harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 21.

274.

1470. Hédervári Imre és Miklós, H. Lőrincz fiai Pest vármegyében lévő Sóskuth nevű birtokukat 2000 arany forintért Ernst János budai polgárnak örökösen eladják.

N. R. A. Fasc. 483, Nr. 34. alatt van egy Wezinger Károly regestrator által készített kivonat a Mátyás királyféle átirat 13. §-ból. Az 1470. évi átirat eredetije 1849 november 24-én kiadatott a királyi jogügyek akkori igazgatójának és azóta nem került vissza.

275.

1471 május 2. A pannonhalmi konvent előtt a Hédervári Pál ügyvéde Chaford Pál megbizójának szabadi és ujfalusi birtokrészeit Wrach Mihálynak és Tamásnak elzálogosítja.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus, quod nobilis Paulus literatus de Chaford cum procuratoriis literis ecclesie Jauriensis pro parte egregii Pauli de Hederwara coram nobis personaliter constitutus fassus exstitit eo modo, quomodo ipse pro certis causis ipsius prefati Pauli totales porciones possessionarias in possessionibus Zabadi, Wyfalw vocatis, in comitatu Jauriensi existentibus habitas, ipsum predictum Paulum tangentes et concernentes cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, videlicet taxis ordinariis, muneribus, birsagiis, terris arrabilibus, cultis et incultis, silvis, nemoribus, aquis . . . . . aquarumque decursibus, pratis, fenetis, generaliter quibuslibet integritatum vocabulo ad easdem porciones possessionarias spectantibus et pertinere debentibus necnon novem iugera terrarum arabilium in . . . . . dy heth . . . . . vocate versus orientem inter duas vias communes habitas Michaëli et [Thome Wrach de Zenthwÿd] sexaginta sex florenis auri puri pignori obligasset, ymo impignoravit et . . . . . obligavit nomine procuratorio usque tempus redempcionis nostri in presencia obligans se . . . . . Paulus de Chaford virtute procuratoria, iam dictum Paulum de Hederwara prescriptos Michaëlem et Thomam et ipsorum heredes in dominio predictarum porcionum possessionariarum et terra-

rum arabilium infra tempus redempcionis propriis laboribus et expensis tueri et conservare testimonio literarum mediante. Datum in festo beati Sigismundi regis et martyris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 17213 jelzet alatt.

276.

1471 május 5. A fehérvári káptalan előtt Hédervári Pál családi birtokrészeinek fele részét vejének, Marczaly Lászlónak, 3000 arany forint fejében zálogba adja.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregius Paulus de Hederwara onera et quelibet gravamina generosarum puellarum Magdalene et Agathe filiarum suarum quoad infrascripta super se assumpmendo coram nobis personaliter constitutus libere et sponte vive vocis oraculo confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro certis et arduis suis negociis expediendis et presertim pro maritacione sive nupciarum celebracione prefate generose puelle Magdalene, filie sue, magnifico Ladislao filio Georgii filii bani de Marczalÿ ritu sacre Romane ecclesie matrimonialiter desponsate ab eodem domino Ladislao de Marczalÿ tria milia florenorum auri levasset et recepisset, pro quibus idem de rehabicione dictorum trium milium florenorum auri ipsum dominum Ladislaum volens reddere certum et securum: directam et equalem medietatem totalium porcionum suarum possessionariarum in possessionibus Zamolÿ, Wÿffalw, Lodomer, Chanad, Zenthpal, Dwnazeg, Assowan, Olthwa, Radwan, utraque Medwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Ewthwenÿ et Hederwara in Jauriensi, Nowak in Mossoniensi, Selÿ, Darno, Lypolthfalwa, Remethe, Wamosbodog et Gÿwlwez, in Posoniensi, Dobron in Wesprimiensi, Aborgatha, Streen, Chakan, Laak, Zenthkwth, Salman, Zombathfalw et Bÿkes in Castriferrei comitatibus existentibus habitarum, cum omnibus earum

utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, campis, piscinis, pratis, fenetis, silvis, virgultis, nemoribus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, danubiis, piscaturis, piscinis, tributis et generaliter quarumlibet integritatum utilitatibus ad dictam medietatem prescriptarum totalium porcionum possessionariarum spectantibus et pertinere debentibus prefato magnifico Ladislao, filio Georgii, filii bani de Marczalÿ et suis heredibus pro prescriptis tribus milibus florenorum auri puri Hungaricalibus iusti et legalis ponderis, ut idem Paulus retulit, ab eodem magnifico Ladislao plene habitis et levatis pignori obligasset, ÿmmo impignoravit coram nobis tali modo, quod dum et quando successu temporum idem egregius Paulus de Hederwara aut sui heredes dictam medietatem prescriptarum suarum porcionum possessionariarum a prefato Ladislao, filio bani redimere possent atque vellent, extunc idem Ladislaus, filius bani easdem eidem vel successoribus suis, rehabitis dictis tribus milibus florenorum auri, remittere et reassignare debeat et teneatur; assumpmens nichilominus prefatus Paulus de Hederwara prenominatum magnificum Ladislaum, filium bani de Marczalÿ in dominio medietatum prescriptarum porcionum possessionariarum et pertinenciarum earundem usque tempus redempcionis contra quoslibet impetitores tueri, protegere et conservare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eidem duximus concedendas. Datum die dominico proximo post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, venerabilibus ac honorabilibus viris dominis Nicolao Bodo preposito, domino prelato nostro, Mathia similiter Bodo dicto de Gerkÿ lectore, Michaele de Boroh cantore, Petro de Sarÿ custode, Martino de Zykzo et Michaele de Alba decanis ecclesie nostre prefate existentibus.

Gúti Országh Mihály nádor 1478 deczember 2-án kelt átiratából. (Lásd 314. sz. a.)

277.

1471 május 10. A szekszárdi konvent előtt Hédervári Miklós és Imre Ujlaki Miklós vajdát és fiát Lőrinczet, Berekfalvi Zopa Imrét és Gáthi Horváth Gergelyt eltiltják Somogy, Valkó, Arad, Csanád és Bihar megyékben fekvő felsorolt birtokaiknak bármi módon való elfoglalásától.

Nos conventus monasterii Saxardiensis memorie commendamus per presentes, quod magister Johannes de Thewlge in personis magnificorum dominorum Emerici et Nicolai, filiorum condam Laurencii palatini de Hederwara in nostram personaliter veniens presenciam magnificum Nicolaum waywodam de Wylak et Laurencium, filium eiusdem ac Emericum Zopa de *Berekfalwa*, necnon Gregorium *Horwath* de Gath et alios quoslibet ab occupacione, detencione conservacioneque et statuifaccione castri Wywar,[1] ac porcionum possessionariarum in possessionibus Omak et tributi in eadem habiti, Nebanch, Myzar, Keczel ac tributi in eadem habiti, Ryngewsar, Zarkaberky, Dewshida et tributi in eadem habiti, Egres, Azalo, Zana, Iwanfalwa, Zenthpal, Peleske, Magyarfalw, Bekastho, Gwrlycze, Zerdahel, Waras, Rwpol, necnon tributi in eadem habiti, Malyhna, Rwpwlfew, Baar, Marczado, Warwyze, Silwas, Zend et Dada in Simigiensi, item opidi Hedrechel et tributi in eadem habiti ac possessionum Wysnye, Kapolnaswysnye Daswysnye, Henche et tributi in eadem habiti, Gyengyes, Kenez, Kadarkwth ac tributi in eadem habiti, Gegeh et Zenthkeral in predicto Simigiensi ac Maysa in Baronya, item castri Debregezth, et opidi similiter Debregezth ac tributi in eadem habiti, necnon possessionum Menthzenthfalwa, Cozmod, Thatha, Zarwasd, Wyfalw, Zak, Banbalyaia, Byrolth et predii Warad in Tholnensi, item opidi Nemethy ac tributi in eadem habiti et pertinenciarum possessionum Tarnok, Werbanya et Brygh ac earum pertinenciarum in Walko, item possessionis Zablathya et castelli Beletincz, vadi et tributi ibidem habitorum, necnon earundem pertinenciarum in eodem Valko, item universarum possessionum in districtu Zarrazermelleke vocato

[1] Azaz: Kaposujvár.

in Orodiensi qualitercunque vocatarum ac possessionis Hodwasarhel eiusdemque pertinenciarum in Chanadiensi, item possessionis Abraan et eiusdem pertinenciarum in Byhoriensi comitatibus existencium et habitarum, ipsos omnis iuris titulo concernencium, usuum, fructuum et quarumlibet utilitatum predictorum castrorum, castelli, opidorum, possessionumque et porcionum possessionariarum, necnon pertinenciarum eorundem percepcione et percipifaccione seque quovis quesito colore in domynium eorundem et pertinenciarum ipsorum intromissione et sibi ipsis usurpacione factis vel fiendis prefatus Johannes, quorum supra, nominibus et in personis publice et manifeste prohibuit coram nobis lege regni requirente, testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Johannis ante portam Latinam, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 22.

278.

Tata, 1471 május 30. Rozgonyi János országbíró meghagyja Győr vármegye hatóságának, hogy mivel Pál csornai prépost valamely marha elhajtása miatt közte és Hédervári Ozsvát között keletkezett perben hozott ítéletet gyanúsnak ítélte, az ügyet az ítéletlevéllel együtt küldje át a személyes jelenlét bíróságához.

Nobilibus viris, comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Jauriensis comes Johannes de Rozgon, iudex curie serenissimi principis, domini Mathie, dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona religiosi viri, fratris domini Pauli prepositi ecclesie de Chorna, quomodo vos quandam causam in sede vestra iudiciaria inter ipsum ab una ac egregium Osvaldum de Hederwar racione detencionis cuiusdam pecudis motam adiudicassetis et ipsum in birsagiis duarum marcarum denariorum condempnassetis et ex eo eundem agravare pretenderetis in sui iuris preiudicium et dapnum manifestum. In quo vos idem exponens haberet iudices pro suspectis, et quia coram iudicibus suspectis non sit tutum causantibus litigare,

igitur vestras amicicias presentibus petimus diligenter, quatenus causam premissam, per vos, ut prefertur, finaliter adiudicatam, simulcum tota serie vestre adiudicacionis literis vestris formam iudicariam vestre (deliberacionis) in se continentibus ad octavas festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* in curiam regiam personali presencie eiusdem domini nostri regis transmittendo rescribatis. Datum in Thatha, feria quinta proxima ante festum Penthecostes domini, anno eiusdem millesimo CCCC° lxxj°.

Kívül: Nobilibus viris, comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Jauriensis pro honorabili Paulo preposito de Chorna introductoria cause.

Eredetije papiron, záró pecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 17222. jelzet alatt.

279.

Buda, 1471 szeptember 16. Gúti Országh Mihály bizonyítja, hogy a budai országgyűlésre egybesereglett győrmegyei nemeseket kivallatván, megtudta, hogy Pál csornai prépost nagy-baráti jobbágyai Hédervári István és Ozsvát Kis-Baráti nevű birtokára törvén, a jobbágyok ingóságait elvitték, a plébánost elfogták, a templom ajtaját feltörték s az ott levő okleveleket elvették s Hédervári István és Ozsvát többszörös megkeresésére sem adták vissza.

Nos Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod cum nos ad instanciam et legittimam peticionem egregiorum Osualdi et Stephani de Hederwara una cum magistris Nicolao de Ethee, personalis presencie regie maiestatis notario ac Stephano de Roÿcha, reverendissimi in Christo patris, domini Gabrielis electi et confirmati archiepiscopi ecclesiarum Colocensis et Bachiensis canonice unitarum, sumpmi et secretarii cancellarii regie maiestatis ac iudiciis in causa in presencia iudicis curie regie vertenti per maiestatem regiam deputati hominibus nostrum hominem, videlicet Johannem de Mekche ad infrascriptam inquisicionem faciendam duxissemus destinandum; tandem iidem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quomodo ipsi die dominico proximo

post festum Exaltacionis sancte crucis proxime preteritum *(szept. 15.)* in hac civitate Budensi celebrata simul procedendo, a nobilibus comitatus Jauriensis ad presentem congregacionem generalem dominorum prelatorum et baronum ac procerum regni Hungarie predicti universorum confluentibus diligenter inquirendo talem de infrascriptis scivissent certitudinis veritatem, quomodo circa festum Penthecostes proxime preteritum *(jún. 2. körül)* religiosus frater Paulus, prepositus ecclesie sancti Michaelis archangeli de Chorna missis et destinatis Johanne, Petro et Andrea *Chege* dictis, Stephano *Borz,* Ambrosio Magno, Stephano Bothffy, Alberto Pathonay, Gregorio Kaÿraÿ, Andrea Erdely, Petro Tharchy, Blasio *Polgar*, Ambrosio Gyurgffy, Johanne filio Blasii, Petro filio Ambrosii,[1] Francisco Nemeth, Briccio Kasmer, Johanne Zabo, Petro filio Anthonii, Luca *Sarkan*, Elia Czÿller, Benedicto Alfeldy, Alberto filio Georgii, Johanne Czÿller, Paulo Sartore, Jacobo Bakay, Stephano Pathonaÿ, Paulo Magno, Dominico Gÿwla, Johanne Desy, Michaele Repasy, Blasio *Falw*, Dominico Pap, Johanne de *Zenthmarthon*, altero Johanne Marcus, Thoma similiter Marcus, Demetrio Chege, Gregorio similiter Chege, Jacobo Damyani, Luca Adam, Thoma Thranch, Johanne *Madar*, Elia *Santha,* Gregorio Benke, Gregorio Dekan, Andrea *Portas*, Thoma *Zÿlwas*, Johanne Dekan, Mathia *Sÿwegh,* Egidio Ban, Benedicto Thoth, Nikolao *Fekethw,* Francisco Baso, Emerico Redech, Petro *Parvvo (igy)* Stephano *Zeges*, Petro Magno et Emerico Sÿwegh iobagionibus suis in possessione eiusdem Naghbarath vocata, in dicto comitatu Jauriensi existenti commorantibus armatis manibus et potenciariis ad possessionem prefatorum Osualdi et Stephani de Hederwara Kysbarath vocatam in eodem comitatu Jauriensi existentem, consequenterque domum et curiam prescriptorum Osualdi et Stephani in eadem Kysbarath habitas, ubi hosthiis domorum vi confringendis universas et quelibet res et bona prefatorum iobagionum Osualdi et Stephani domo et curia in eisdem repertas et inventa penitus et per omnia aufferri et hÿs non contenti idem Johannes Chege et alii prescripti similiter ex

[1] Valószínűleg tévedésből kétszer írja: «Petro filio Ambrosii».

voluntate annotati Pauli prepositi de Chorna domini videlicet ipsorum quendam discretum Dominicum presbiterum, plebanum ecclesie sanctorum Cozme et Damiani martyrum in dicta possessione Kysbarath vocate, in dicto comitatu Jauri ensi existenti constructe detineri, ipsumque tamdiw detentum conservari, donec claves ab eodem aufferri, valvasque dicte ecclesie aperiri et res eciam et bona tam ipsorum Osualdi et Stephani de Hederwara, quam iobagionum ipsorum, necnon litteras et litteralia instrumenta eorundem factum iurium certarum possessionum tangentes et concernencia in eadem ecclesia causa tucioris conservacionis repositas et locata penitus asportari fecissent, quas et que ad plurimas requisiciones eorundem Osualdi et Stephani reddere et restituere recusassent recusarentque eciam modo potencia mediante in preiudicium et dampnum annotatorum Osualdi et Stephani de Hederwara valde magnum. Datum Bude predicta, secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Eredetije pariron, hátára nyomott pecsét töredékeivel, fasc. 44, Nr. 18. jelzet alatt.

280.

Buda, 1471 október 9. Mátyás király Hédervári Imrét a lengyelek ellen hadba szólítja.

Commissio domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc.

Magnifice [fid]elis nobis dilecte! Ecce movebimus nos et exercitum nostrum contra Polonos, qui regnum nostrum subintrare iam de facto contendunt. Pro eo fidelitati vestre mandamus, quatenus .... priora scripta nostra, cum omnibus equitibus et viribus vestris more exercituantium insimul .... adversus ipsos Polonos absque omni mora et non expectatis aliis litteris nostris proficis .... acturi ibi nobiscum ac aliis fratribus vestris, quibus eciam similia scripta [nostr]a misimus, ea que pro defensione regni nostri contra ipsos Polonos necessa[ria] fore videbuntur. Secus, si periculum vestrum et tocius regni evitare cupitis, non facturi. Datum Bude, in festo

beati Dyonisii martiris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, regni nostri anno quartodecimo, coronacionis vero octavo.

Kivül: Magnifico Emerico de Hedrehwara, fideli nobis dilecto.

Eredetije papiron, a zárópecsét nyomaival, fasc. I, Nr. 6.

281.

1471 október 26. A győri káptalan bizonyságlevele arról, hogy Wras Domokost és fiait, Mihályt és Tamást a Hédervári Pál által elzálogosított szabadii és újfalvi birtokrészekbe zálog czímén ellenmondás nélkül beiktatták.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nos literas statutorias serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Dominici Wras de Zenthwÿd ac Thome et Michaëlis, filiorum eiusdem, quod ipsi in dominium directarum et equalium medietatum possessionum, seu porcionum possessionariarum Pauli de Hedrehwara in possessionibus Zabadÿ et Wyfalw vocatis in comitatu Jauriensi existentibus habitarum, ipsos titulo pignoris concernencium legittime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valentinus aut Philippus de Zap, sin Stephanus de Eztergathew seu Michaël de Ewrken, aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Zabadÿ et Wyfalw consequenterque directarum et equalium medietatum earundem vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Dominicum Wras de dicta Zenthwÿd ac Thomam et Michaëlem, filios eiusdem in dominium earundem, statuatque et committat easdem eisdem simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso iure ipsis incumbenti possidendas, si non fuerit

contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo post festum Exaltacionis sancte crucis anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, regni nostri anno quartodecimo, coronacionis vero octavo. *(1471 szept. 15.)*

Nos enim mandatis ipsius domini nostri domini regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Valentino de Zap, homine ipsius domini regis nostrum hominen, videlicet discretum dominum Stephanum presbyterum de Papa, rectorem altaris sancti Egidii abbatis fundati in prefata ecclesia nostra ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus Valentinus, homo eiusdem domini regis, presente ipso nostro testimonio feria sexta proxima post festum beati Dÿonisii episcopi proxime transactum *(1471 okt. 11.)* et aliis diebus inmediate sequentibus, ad id aptis et sufficientibus, ad facies predictarum possessionum Zabadÿ et Wÿfalw vocatarum consequenterque directarum et equalium medietatum earundem scilicet porcionum possessionariarum annotati Pauli de Hedrehwara in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis et signanter Oswaldo et Stephano de dicta Hedrehwara, necnon Paulo Anthal de dicta Zabadÿ, villico predictorum Emerici bani et Nicolai de iam dicta Hedrehwara per ipsos in eadem Zabadÿ constituto, inibi legittime convocatis et presentibus accessisset, introduxissetque prefatos Dominicum Wras de Zenthwÿd predicta, necnon Thomam et Michaëlem, filios eiusdem in dominium earundem statuissetque et commisisset easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso iure ipsis incumbenti possidendas nemine contradictore ipsis

inibi apparente, consuetis eciam diebus iuxta huius regni consuetudinem in faciebus earundem moram facientibus. Datum sedecimo die diei statucionis premisse, anno domini supra dicto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 17249. jelzet alatt.

282.

1471 deczember 26. A győri káptalan bizonysága arról, hogy Mátyás király parancsára Hédervári Imrét, Miklóst, Istvánt és Ozsvátot királyi szóval megintette, hogy Hédervári Pál szabadii és ujfalvi birtokrészeit vegyék zálogba. Mivel az említettek nem akarták zálogba venni, H. Pál azon birtokokat bárkinek elzálogosíthatja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nos literas amonitorias serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri generosi nobis directas sumpma cum honore recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in persona fidelis nostri Pauli de Hedrehwara, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens urgentibus evitandis directas et equales medietates possessionum seu porcionum possessionariarum suarum in possessionibus Zabadÿ et Wÿfalw vocatis in comitatu Jauriensi existentibus a se titulo pignoris alienare vellet, quarum scilicet porcionum possessionariarum ad se recepcio et empcio propter contigue vicinitatis et consanguineitatis affinitatem Emerico bano de Hedrehwara, Nicolao, Stephano et Osualdo de eadem Hedrehwara iuxta consuetudinem regni magis, quam aliis vicinis et commetaneis attineret et conpeteret. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valentinus aut Philippus de Zap, sin Stephanus de Eztergathew, sive Michaël de Ewrken, aliis absentibus homo noster ad prefatos Emericum banum de dicta Hedrehwara, Nicolaum, Stephanum et Osualdum de eadem consequen-

terque alios vicinos et commetaneos dictarum possessionum Zabadÿ et Wÿfalw accedendo amoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi vel eorum alter dictas directas medietates predictarum possessionum ab ipso exponente premisso pignoris titulo ad se recipiant, qui si fecerint bene quidem alioquin idem exponens prescriptas medietates dictarum possessionum cui maluerit liberam impignorare habeat potestatis facultatem, et post hec huiusmodi amonicionis seriem, ut fuerit expediens, nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, regni nostri anno quartodecimo, coronacionis vero octavo. *(1471 szept. 15.)*

Unde nos mandatis ipsius domini nostri domini regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prenominato Valentino de Zap, homine eiusdem domini regis nostrum hominem, videlicet discretum dominum Stephanum presbyterum de Papa, rectorem altaris sancti Egidii abbatis fundati in dicta ecclesia nostra ad premissam amonicionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus Valentinus, homo ipsius domini regis presente ipso nostro testimonio feria quarta proxima post festum Concepcionis beate Marie virginis proxime transactum *(1471 decz. 11.)* ad facies prescriptarum possessionum Zabadÿ et Wÿfalw consequenterque porcionum possessionariarum annotatorum Emerici bani, necnon Nicolai, Stephani et Osualdi de dicta Hedrehwara in eisdem possessionibus Zabadÿ et Wÿfalw habitarum accessisset, in quibus scilicet porcionibus possessionariis eorundem Emerici, Stephani, Nicolai et Osualdi amonuisset eosdem Emericum banum, Nicolaum, Stephanum et Osualdum, dixissetque et commisisset eisdem verbo ipsius domini regis, ut ipsi, aut alter eorum prescriptas directas medietates possessionum Zabadÿ et Wÿfalw, scilicet porciones possessionarias memorati Pauli de dicta Hedrehwara ab ipso Paulo titulo pignoris ad se recipiant; ubi vero iidem id facere recusaverint, extunc ipse Paulus prescriptas medietates possessionum, cui maluerit, liberam impignorare habebit potestatis

facultatem. Datum sedecimo die diei amonicionis prenotate, anno domini supra dicto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 17250. jelzet alatt.

283.

1472 január 3. A győri káptalan jelenti Mátyás királynak, hogy az ő parancsára Pál csornai prépostot és nagy-baráti jobbágyait Hédervári István és Ozsvát Kis-Baráti birtokán elkövetett hatalmaskodás miatt megidézte.

Serenissimo principi domino Mathie dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc. domino eorum gracioso capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Litteras vestras nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum egregiorum Osualdi et Stephani de Hedrewara, quomodo circa festum Penthecostes proxime preteritum *(jún. 2. körül)* religiosus frater Paulus prepositus ecclesie beati Michaelis archangeli de Chorna missis et destinatis Johanne, Petro et Mathia Chege dictis, Stephano Borz, Ambrosio Magno, Stephano Bothffÿ, Alberto Pathonaÿ, Gregorio Kaÿarÿ, Andrea Erdelÿ, Petro Tharchÿ, Blasio Palogar, Ambrosio Gÿerghffÿ, Johanne filio Blasii, Petro filio Ambrosii, Francisco Nemeth, Briccio Kasmer, Johanne Zabo, Petro filio Anthonii, Luca Sarkan, Elia Czÿller, Benedicto Alfewldÿ, Alberto filio Georgii, Johanne Czÿller, Paulo Sartore, Jacobo Bakon, Stephano Pathonaÿ, Paulo Magno, Dominico Gÿwla, Johanne Desÿ, Michaele Repasÿ, Blasio Falw, Dominico Pap, Johanne de Zenthmarthon, altero Johanne Marcus, Thoma similiter Marcus, Demetrio Chege, Gregorio similiter Chege, Jacobo Damiani, Luca Adam, Thoma Thranch, Johanne Madar, Elia Santha, Georgio Benke, Gregorio Dekan, Andrea Parthas, Thoma Zÿlwas, Johanne Dekan, Mathia Sÿwegh, Egidio Ban, Benedicto Toth, Nicolao Fekethew, Francisco Baso, Emerico Bedech, Petro Parvo, Stephano Zeges, Petro

Magno et Emerico Sÿwegh, iobagionibus suis in possessione eiusdem Naghbarath vocata in dicto comitatu Jauriensi existenti commorantibus armatis manibus et potenciariis ad possessionem prefatorum Osualdi et Stephani de Hedrewara Kysbarath vocatam in eodem comitatu Jauriensi existentem, consequenterque domum et curiam iobagionum prescriptorum Osualdi et Stephani in eadem possessione Kysbarath habitas, ubi hostiis domorum confringendis universas et quelibet res et bona prefatorum iobagionum Osualdi et Stephani domo et curia in eisdem repertas et inventa penitus et per omnia aufferri et hÿs non contenti idem Johannes Chege et alii prescripti similiter ex voluntate annotati Pauli prepositi de Chorna, domini videlicet ipsorum quendam discretum Dominicum presbiterum, plebanum ecclesie sanctorum Cozme et Damiani martyrum in dicta possessione Kysbarath vocate in dicto comitatu Jauriensi existenti constructe detineri ipsumque tamdiu detentum conservari, donec claves eiusdem ecclesie ab eodem aufferri, valvasque dicte ecclesie aperiri, res eciam et bona tam ipsorum Osualdi et Stephani de Hederwara, quam iobagionum ipsorum, necnon litteras et litteralia instrumenta eorundem factum iurium certarum possessionum tangentes et concernencia in eadem ecclesia causa tucioris conservacionis repositas et locata penitus asportari fecissent, quas et que ad plurimas requisiciones eorundem Osualdi et Stephani reddere et restituere recusassent recusarentque eciam modo potencia mediante in preiudicium et dampnum annotatorum Osualdi et Stephani de Hedrewara valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Michael de Erken, sin Ladislaus de Zap aut Philippus de eadem, aliis absentibus homo noster evocet memoratum Paulum prepositum contra annotatos exponentes ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas *(jan. 13.)* nostram personalem in presenciam racionem de premissis redditurum efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; prescriptos quoque iobagiones eiusdem eidem statuere committentes, insinuando ibidem eidem, ut sive ipse octavis in predictis coram eadem nostra personali presencia compareat

et dictos iobagiones eidem statuere commissos statuat sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri et post hec huiusmodi evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et statuere commissorum nominibus octavas ad predictas dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Exaltacionis sancte Crucis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, regni nostri anno quartodecimo, coronacionis vero octavo. *(1471 szept. 16.)*

Unde nos mandatis vestris in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Ladislao de Zap, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum Jacobum presbiterum de Jaurino, rectorem altaris sancte Katherine virginis in dicta ecclesia nostra fundati ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus Ladislaus homo vester presente ipso nostro testimonio in festo beati Thome martyris proxime preterito *(decz. 29.)* prefatum fratrem Paulum prepositum de Chorna in porcione sua possessionaria, in possessione Naghbarathÿ vocata habita contra annotatos exponentes ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas *(jan. 13.)* vestram personalem evocasset in presenciam racionem de premissis redditurum efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prescriptosque iobagiones suos eidem ibidem statuere commisisset; insinuasset ibidem eidem, ut sive ipse octavis in predictis coram eadem vestra personali presencia compareat et dictos iobagiones suos eidem statuere commissos statuat, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum sexto die diei execucionis premisse, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Kivül: Personali presencie domini regis pro egregiis Osualdo et Stephano de Hedrehwara contra religiosum fratrem Paulum prepositum ecclesie sancti Michaelis de Chorna ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* evocacionis et insinuacionis relacio.

Eredetije papiron, záróp:cséttel, fasc. 44, Nr. 19. jelzet alatt.

284.

1472 február 1. A győri káptalan előtt egyrészről Zelÿi Jakab fia Péter és testvérei, másrészről Zelÿi Lerincz Pál és testvérei vallják, hogy verekedés, sebesítés és vérontás miatt támadt pörükben fogott bírák ítélete alapján úgy egyeztek meg, hogy Pál és testvérei, mivel több vért veszítettek, Pétertől és testvéreitől 2 arany forintot kapnak.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Petrus filius Jacobi de Zelÿ onera Stephani et Nicolai de eadem fratrum uterinorum, aliorum eciam quorumlibet proximorum et consanguineorum suorum, quoad infrascripta per omnia super se assupmendo ab una, parte siquidem ab alia Paulus *Lerincz* dictus de dicta Zelÿ similiter onera Mathei de Hedrehwara, Johannis et Blasii de iam dicta Zelÿ, fratrum carnalium ac aliorum omnium consanguineorum et propinquorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, in se recipiendo coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, quod licet inter easdem partes de et super verberibus, vulneribusque et sanguinum effusionibus ipsarum parcium in alterutrum commissis litis et controversionis materia exorta fuerit, tamen ipse partes cupientes pacis quiete frui, quam fomite iurgiorum sese vicissim perturbare et molestare de nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem parcium amancium composicione et ordinacione intervenientibus de et super premissis verberibus vulneribus et sanguinum effusionibus, necnon aliis iniuriis et nocumentis exinde consecutis, modo et ordine subsripto concordassent et pacificate extitissent, concordatasque et pacificatas fore retulerunt coram nobis eo modo, quod quia prefatus Paulus una cum fratribus suis supradictis maiores suscepisset sanguinum effusiones, quam annotatus Petrus et fratres sui predicti, ob hoc idem Petrus et sui fratres eisdem Paulo, Stephano et Nicolao [1] duos florenos auri puri dedissent et solvissent, ipseque partes sese mutuo et alternatim ipsarumque heredes de et super premissis ver-

[1] *Johanni et Blasio* helyett.

beribus, vulneribus et sanguinum effusionibus, necnon quibusvis iniuriis, dampnis et nocumentis hactenus in alterutrum commissis et illatis, quitos et expeditos ac modis omnibus absolutos commisissent et reliquissent, ymmo commiserunt et reliquerunt nostri in presencia tali obligaminis vinculo per ipsas partes interposito, quod si qua parcium earundem, vel ipsarum heredes temporum in eventu premissam disposicionem proborum virorum quoquo modo infringeret aut premissorum occasione contra partem alteram litem et controversiam suscitaret, vel se superinde iactitaret aut . . . . . premissis gloriaretur et hoc pars altera testimonio duorum aut trium hominum, quibus fides adhibetur comprobare posset et valeret, extunc talis pars contra partem alteram in quinquaginta marcis denariorum salva porcione iudicis convincatur et convinci debeat ipso facto; ad que premissa eedem partes se sponte obligarunt nostri in presencia vigore et testimonio presencium mediante. Datum sabbato proximo ante festum Purificacionis beate Marie virginis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 106. Nr. 1. alatt. — V. ö. 290. sz.

285.

Visegrád, 1472 október 18. Mátyás király a Hédervári Ozsvát és István kérésére megujítja azon határpört, a melyben őket Pál csornai prépost javára a nádor elitélte, mert azóta ujabb okleveleik kerültek elő; azért meghagyja a győri káptalannak, hogy a pörös feleket okleveleik bemutatása végett idézze meg a királyi személyes bíróság elé.

De commissione domini regis.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Noveritis, quod pro parte et in personis fidelium nostrorum egregiorum Osualdi et Stephani de Hederwara nostre expositum extitit maiestati in hunc modum, quomodo licet inter ipsos ab una ac religiosum fratrem Paulum prepositum ecclesie de Chorna partibus ab altera racione et pretextu certarum

terrarum arabilium Chokathelek vocatarum intra veras metas possessionis eorundem exponencium Kÿsbarathÿ vocate in comitatu Jauriensi existentis adiacencium in octavis festi beati Jacobi apostoli *(aug. 1.)* proxime preteriti celebratis certe lites et controversionis materie exorte fuerint et suscitate, tamen iidem exponentes eo tunc sufficientes litteras et litteralia instrumenta manibus ipsorum ex eo, quod eedem et eadem in manus alienas devenerant, non habuissent, quibus mediantibus iura ipsorum tueri valuissent, ob hoc easdem et eadem debito et opportuno tempore exhibere et producere neglexissent, propter quam prefatus Paulus prepositus pro sui parte coram magnifico Michaele Orzagh de Gwth, regni nostri Hungarie predicti palatino quasdam litteras et litteralia instrumenta extrahere et . . . . . in preiudicium iurium prefatorum exponencium et dampnum . . . . . super ipsis terris arabilibus pro ipsorum . . . . . emanata reperissent, quibus . . . . . easdem terras arabiles iuri ipsorum pertineri debere de facili possent comprobare. Supplicatum itaque [extitit nostre] maiestati per eosdem exponentes, ut ipsis circa premissa de remedio iuris proinde dignaremur opportuno. Verum quia nos prefatos exponentes eorum iustis iuribus de facili et ex improviso destitui et frustrari nolumus, eisdem id graciose, sed et ex plenitudine nostre regie potestatis annuendum duximus et concedendum, ymmo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipsi non obstante premissa adiudicacione, singulisque processibus exinde secutis universas litteras et litteralia instrumenta, si quas et que facto in premisso pro ipsorum parte haberent confectas et emanata, in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* nunc venturis coram nobis aut nostra personali presencia, prelatisque et baronibus nostris de novo et ex novo producere et exhibere valeant atque possint ex presenti nostra concessione et annuencia speciali, ubi et prefatus Paulus prepositus modo simili omnia sua iura, sed et universas litteras et litteralia instrumenta, si quas et que similiter facto in premisso pro se haberet confectas et emanata, exhibiturus comparere teneatur.

Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Emericus de Wag aut Stephanus de Koromzlo, vel Nicolaus, sin Michael de Marczelthew, seu Georgius Horwath de Zemere, sive Georgius de Baÿchÿ, neve Andreas de Karcha, cew Blasius de Barÿ, aliis absentibus homo noster prefatum Paulum prepositum pretacta iura sua, singulosque processus exinde secutos exhibiturum contra annotatos exponentes similiter pretactas eorum litteras et litteralia instrumenta, quas et que facto in premisso pro se habent confectas et emanata de novo et ex novo producturos ad prefatas octavas festi Epiphaniarum domini, *(jan. 13.)* ut prefertur, proxime, affuturas nostram personalem evocet in presenciam novum iudicium, novamque discussionem causarum predictarum, sed et finalem conclusionem in eisdem causis recepturos, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; insinuando ibidem eisdem, ut si venerint [et] pretacta eo[rum littera]lia instrumenta exhibuerint, novumque iudicium in premissis receperint, bene quidem; alioquin non obstante quarumpiam parcium absencia et non veniencia, eadem nostra persona-[lis] presencia ad [part]is [co]mparentis instanciam id faciet [in premissis], quod iuri videbitur expediri et post hec ipsarum [ev]ocacio[nis] et insinu[acionis seriem cum] nomine evocati, ut fuerit expediens, octavas ad prescriptas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Wyssegrad, in festo beati Luce ewangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero quarto.

Az oklevél hátlapján: Regius homo Stephanus de Koromzo, capituli magister Nicolaus archidiaconus Papensis et canonicus; evocacio facta fuit in festo Undecim milium virginum *(okt. 21.)* Paulum prepositum de Chorna in porcione sua possessionaria in Naghbarathÿ habita contra intra scriptos ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)*.

Eredetije szakadozott papiron, aljára nyomott pecséttel, fasc. 44, Nr. 20. jelzet alatt.

286.

1472 október 23. A győri káptalan Mátyás királynak jelenti, hogy a Csókatelekért folyt és felujított pörre megidézte Pál csornai prépostot és úgy őt, mint a felperes Hédervári Ozsvátot és Istvánt figyelmeztették okleveleik bemutatására.

Serenissimo [principi, domino] Mathie dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc. domino eorum graciosissimo capitulum [ecclesie Jauriensis] oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Literas ei[usdem vestre serenitatis] graciosas in Wÿsegrad, in festo beati Luce ewangeliste proxime transacto pro [egregiis] Osualdo et Stephano de Hedrehwara et contra religiosum fratrem Paulum prepositum ecclesie de Chorna datas et emanatas [1] nobisque preceptorie loquentes sumpma cum [obediencia] recepimus et mandatis vestris in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, iuxta quarum continenciam una cum Stephano de Koromzo, homine eiusdem vestre serenitatis inter alios homines vestros in dictis literis vestris conscriptos nominatim conscripto nostrum hominem videlicet honorabilem magistrum Nicolaum archidiaconum Papensem, socium et concanonicum nostrum ad ea exsequenda et peragenda, que in dictis literis vestris continentur, nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, eo modo, quomodo prefatus Stephanus, homo ipsius vestre serenitatis presente ipso nostro testimonio in festo Undecim Milia virginum similiter proxime preterito *(okt. 21.)* preallegatum fratrem Paulum prepositum de Chorna in porcione sua possessionaria in possessione Naghbarathÿ vocata, habita, universa iura sua literasque et literalia instrumenta ac singulos processus, si quas et que super facto certarum terrarum arabilium Chokathelek vocatarum in comitatu Jauriensi existencium in di[ctis literi]s vestris graciosis expressatarum pro se haberet confectas et emanata de novo exhibiturum co[ntra an]notatos Osualdum et Stephanum de Hedrehwara, similiter universas literas et litera[lia instru]menta

[1] Lásd 285. sz. a.

eorum, quas et que super facto dictarum terrarum arabilium pro se habent confectas [et emanat]a, de novo et ex novo exhibituros et producturos ad octavas festi Epiphaniarum domini proxime ve[nturas] *(jan. 13.)* vestram personalem evocasset in presenciam, novum iudicium novamque discussionem sew finalem conclusionem in causa inter easdem partes occasione dictarum terrarum arabilium mota recepturos, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Insinuasset ibidem eidem et tandem dictis Osualdo et Stephano in possessione eorum Kÿsbarathÿ vocata, ut sive ipsi in dictis octavis coram eadem personali presencia compareant et pretacta eorum literalia instrumenta exhibeant, novumque iudicium causa in premissa recipiant, sive non, non obstante partis non comparentis absencia, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum tercio die diei execucionis premisse, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Kívül: Personali presencie domini regis pro egregiis Osualdo et Stephano de Hedrehwara contra religiosum fratrem Paulum prepositum ecclesie de Chorna ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* evocacionis et insinuacionis relacio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomaival, fasc. 44, Nr. 21. jelzés alatt.

287.

1472. Hédervári Imre és Miklós az ozorai várhoz tartozó Nylas nevű birtokot az ozorai egyháznak adományozzák atyjuk, anyjuk és testvéreik lelki üdvéért.

Fordítva a Viczay Ádám által Eszterházi Pál nádornak átadott oklevelekről 1698. felvett latin regestából. Nr. 22. — Fasc. 52. Nr. 41.

288.

1473 január 21. A székesfehérvári keresztesek konventje előtt Dereczkei Pál fia, István fia, István, a maga és testvérei János és László, továbbá Pakosi Zemere özvegye, Krisztina és ennek fia, Földvári Zwbor János nevében tiltakozik az ellen, hogy atyja akaratuk ellenére Ozora várát és mezővárosát tartozékaival együtt néhai Hédervári Lőrincz fiainak, Imre bánnak és Miklósnak örök áron eladta.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod

Stephanus, filius Stephani, filii Pauli de Dereczke in sua ac Johannis et Ladislai fratrum carnalium suorum et nobilis domine Cristine, relicte condam Zemere de Pakos et Johannis Zwbor de *Fewldwar*, filii eiusdem domine Cristine personis coram nobis personaliter constitutus dixit et protestatus extitit in hunc modum, quod prout ipse et alii, qui supra percepissent, prefatus Stephanus, filius Pauli, pater suus castrum Ozora vocatum et opidum similiter Ozora nuncupatum, in comitatu Tholnensi existencia et habita cum possessionibus et pertinenciis ad ipsum castrum et opidum spectantibus, in quibusvis comitatibus existentibus et habitis preter et contra voluntatem ipsius Stephani et aliorum predictorum coram magnifico domino Michaele Orzaagh de Gwth, regni Hungarie palatino, magnifico Emerico bano et Nicolao fratri carnali eiusdem, filiis condam Laurencii de Hederwar perpetuo fassus fuisset et asscripsisset in preiudicium, iurisque derogamen et dampnum ipsius Stephani et aliorum predictorum valde magnum, nunc vero idem Stephanus memoratum Stephanum filium Pauli de Dereczke, patrem suum nostri in presencia facie ad faciem reperiendo a premissa fassione et asscripcione prescriptorum castri Ozora et opidi similiter Ozora appellati et eorundem pertinenciarum prescriptis Emerico bano et Nicolao fratri eiusdem quomodolibet factis aut fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis presencium testimonio mediante. Datum in festo beate Agnetis virginis et martiris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, fasc. 50, Nr. 19. jelzés alatt.

Kiadva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki bírói átiratában: Magyar Történelmi Tár VI. 37.

289.

1473 május 1. A nyitrai káptalan előtt néhai Sarthwani Dénes fia Zsigmond nebojszai részbirtokát, mely őt özvegy anyja után megilleti, Nebojszai Bor Lászlónak és fiainak 28 arany forintért elzálogosította.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus, quod Sigismundus, filius condam Dyonisii de Sarthwan onera nobilis domine Dorothee, relicte dicti condam Dyonisii, matris videlicet sue in infrascriptis in se assumendo coram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus, ipsum ad presens urgentibus, evitandis totalem porcionem suam possessionariam, in possessione Neboyza, in comitatu Posoniensi existentem, habitam, ipsum post dictam dominam Dorotheam, matrem videlicet suam, iure hereditario concernentem, cum omnibus utilitatibus, terris puta arabilibus, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus et generaliter cunctis usibus, ad ipsam porcionem possessionariam undique spectantibus et spectare debentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis Ladislao Bor dicto de predicta Neboÿza ac Thome, Petro et Nicolao filiis eiusdem Ladislai pro viginti octo florenis auri, plene, ut dixit, ab eisdem habitis et perceptis usque ad tempus redempcionis pignori posuisset et obligasset, ymmo posuit et obligavit coram nobis harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum sabato, videlicet ipso die festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomaival, fasc. 95, Nr. 5. alatt.

290.

1473 szeptember 14. A pozsonyi káptalan előtt Hédervári Ozsvát tiltakozik az ellen, hogy a pozsonymegyei bíróság három királyi parancsot nem hajtott végre és neki, meg Péter nevü jobbágyának járó pénzösszeg kifizetését már háromszor megtagadták.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod egregius dominus Oswaldus de Hedrehwara

nostram personaliter adeundo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo licet ipse iam trinas litteras commissionales et preceptorias domini nostri regis in sede iudiciaria domini comitis Posoniensis coram presencia eiusdem domini comitis et iudicibus nobilium eiusdem comitatus Posoniensis produxisset et iuxta contenta earundem litterarum regalium de quinquaginta marcis denariorum, in quibus circumspecti Paulus et Johannes, filii Laurencii, iobagiones videlicet egregii domini Stephani de eadem Hedrehwara in possessione Zely commorantes iuxta obligamina eorum spontanea in litteris capituli ecclesie Jauriensis fassionalibus et obligatoriis superinde confectis expressata contra providum Petrum Jacobi in eadem Zely commorantem convicti fuissent in eadem sede iudiciaria dicti domini comitis sibi ipsi et dicto Petro iobagioni suo iusticia mediante satisfaccionem fieri et impendi postulasset et requisivisset, tamen tunc ibidem sicuti et antea iam terciario huiusmodi iusticie et satisfaccionis impensio eisdem abnegata fuisset in preiudicium et dampnum dicti exponentis et iobagionis sui supradicti, contemptumque mandatorum dicti domini nostri regis et litterarum suarum regalium manifestum, super qua protestacione memorati domini Oswaldi presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in festo Exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, fasc. 106, Nr. 2. jelzet alatt. — V. ö. 284. sz.

291.

1473 okt. 6. A pannonhalmi konvent előtt Hédervári Pál Felsőfalu nevű birtokrészt, kivévén azt Királyfalu mezőváros területéből, tartozékaival együtt Babóthy Tamásnak, feleségének, Zsófiának és fiának, Jánosnak adományozza.

Conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire,

quod magnificus Paulus de Hedrevara onera et quelibet gravamina omnium fratrum, necnon filiorum ac filiarum, Adviga, Frosina, Magdalena et Agatha vocatarum, aliorumque proximorum et consanguineorum suorum super se assumendo coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse quandam particulam terre sue Felsewfalw vocatam, iuxta fluvium Danubii a parte aquilonari, inter scilicet possessiones Zenthwÿd et Malomsok vocatas, in comitatu Jauriensi existentem et habitam, de terris oppidi sui Kiralyfeldew vocati excisam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis ad ipsam particulam terre spectantibus et pertinere debentibus, signanter vero cum porcione Danubii et loco molendini, in eodem decurrentis, ac medietate Kiralyfedÿ-Zigeth et loco vadi videlicet *Zabadrew* vocati in predicto comitatu Jauriensi adiacentis nobili Thome de Babad ac honeste domine Sophia vocate, consorti et Joanni, filio suis ac per eos ipsorum heredibus et posteritatibus universis pro fidelitate et fidelibus serviciis iam dicti Thome de Babad, que idem sub locorum et temporum varietate predicto Paulo de prefata Hedrewara non parcendo rebus, nec persone exhibuisset et impendisset, dedisset, donasset et ascripsisset, imo dedit, donavit et ascripsit nostri in presencia iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam illo iure, quo hucusque prenominatus Paulus de Hedrewara tenuisset et possedisset, nullum ius, nullamve proprietatem sibi ipsi in dicta terra reservando. Assumens nihilominus prefatus Paulus de dicta Hedrewara in sua et aliorum fratrum, necnon filiorum et filiarum suorum personis, prenominatum Thomam de prescripta Babad ac dominam Sophia vocatam, consortem et Joannem, filium suos ac ipsorum heredes ac posteritates universos in pacifico dominio iam dicte terre contra quoslibet illegitimos impetitores, causidicos et actores tueri, protegere et defensare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Thome de Babad et posteritatibus suis universis iurium ipsorum ad cautelam duximus concedendas. Datum feria

quarta proxima post festum beati Francisci confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

A pozsonyi káptalan 1768 november 1-én kelt hiteles átiratából. — Ugyanazon évben Báthory István országbíró 1473 november 24-én kelt parancsára a pannonhalmi konvent deczember 3-án bevezette s a beiktatásról deczember 18-án végleges oklevelet állított ki. Országos Levéltár M. O. D. L. 17496. jelzet alatt.

292.

1473 deczember 3. Bálint, ozorai plébános, alesperes és társai előtt Anna, Hédervári Imre, pozsegai főispán felesége és néhai Garai László nádor leánya végrendeletet tevén, összes birtokai és jogai örökösévé férjét teszi.

In nomine domini amen. Per hoc presens scriptum cunctis, quibus incombit, pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, die eciam tercia mensis Decembris, hoc est feria sexta proxima ante festum beate Barbare virginis et martyris, hora terciarum vel quasi in castro habitacionis sue Ozora, Quinqueecclesiensis dyocesis, magnifica domina Anna, consors similiter magnifici domini Emerici bani de Hedrechwara, comitis in Posega etc. necnon quondam magnifici domini Ladislai de Gara, regni Hungarie palatini filia in lecto infirmitatis decumbens, quamvis egra corpore, sana tamen per omnia mente, composque racionis, cogitans, quod pulvis esset et ad ipsum reverti debeat, ad quem omnis caro veniet; volens igitur transitoria felici commercio mutare in eterna ac pro domo lutea celeste sibi habitaculum preparare, non vi, metu coacta, nec aliqua collusione circumordinata, sed sponte, libere et animo prius bene deliberato, ut dixit, suum ultimum ac finale de rebus et bonis, sibi ab omnium conditore datis, ac collatis, testibusque coram infrascriptis tale condidit testamentum.

Primitus omnium animam suam omni re mundana preciosissimam ipsi deo altissimo, salvatori omnium, Jesu Christo et sue genitrici, Marie gloriose virgini humiliter ac devotissime commendavit, corpus autem suum fragile sepulture terranee tradi commisit et delegavit.

Tandem omnia bona sua temporalia, videlicet castra, castella, fortalicia, civitates, opida, villas, possessiones et porciones possessionarias cum omnibus utilitatibus sibi invicem pertinentibus, et vestes, gemmas, ornamenta, monilia, vasa aurea et argentea, ceteraque clenodia eorundem metallorum pecunias et pigno[ra, liter]as ac literalia instrumenta, iura videlicet sua omnia, erga eam spectancia, communiter omnia bona sua mobilia et immo[bi]lia, quovis nomine ac vocabulo vocitata, tam hereditario iure per masculinam vel femininam lineam, quam eciam, testamentario a parentibus suis et undecunque ad eam devoluta ac pertinencia et ipsam quomodolibet concernencia prefato domino Emerico bano, domino et marito suo legavit atque dimisit penitus et omnino.

In eisdemque rebus et bonis disponendis ultime voluntatis sue . . . . . fidei commissarium eundem dominum et maritum suum constituit ac deputavit, petendo affectuose . . . . , . dem loqui corporaliter non posset, ut huiusmodi testamentum suum ultimum ac finale . . . . . sorcietur effectum, et ut eius anime salutem, quamdiu ipse supervixerit, iugi sue comme[ndaret] . . . . . ecclesie katholice sancte.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas suas testamentarias ipsa dicta domina Anna sigillo proprio cum sigillis testium infrascriptorum protunc ibi presencium fecit consignari ac roborari, presentibus ibidem honorabilibus ac discretis, necnon religiosis viris, dominis Valentino plebano de Ozora predicta, necnon vicearchidiacono loci eiusdem, confessore videlicet ac patre suo spirituali, Blasio presbitero de tali dioecesi talis, fratre Johanne presbitero de tali, patre videlicet et similiter confessore suo, ac fratre Ladislao de tali laico ordinis minorum sancti Francisci, nobilibusque Bernaldo de tali ac Petro Thethetleni et Zazko etc. aliisque quam pluribus testibus, fide dignis, ad premissa vocatis et rogatis.

(A pecsétek helyét egymás mellett, négy körrel jelölték ki; mégsem ide, hanem az oklevél hátlapjára kerültek, a mint az ott látható pecsétnyomok bizonyítják.)

Nos Valentinus plebanus de Ozora et vicearchidiaconus loci eiusdem tenore presencium et serie scripturarum manuum nostrarum significamus, quibus incumbit universis, quod ad instanciam et legitimam peti[cion]em magnifice domine Anne, consortis magnifici domini Emerici bani de Hedrechwara, comitis in Posega, in die tali, dum cum Christo visitassemus eam, licet egra corpore, mente omnino sana post suam veram confessionem, sacratissimique corporis percepcionem coram nobis, tamque suo confessore, necnon utriusque sexus hominibus, inibi ob reverenciam prescripti sacratissimi corporis Christi, causaque indulgencie congregatis talem condidit disposicionem testamentariam, ut premissa est. In cuius testimonium unacum sigillo ipsius prefate domine pariter cum contestibus nostris, videlicet fratre Johanne ordinis minorum ac nobilibus tali et tali et nostra appressimus sigilla.

Et ego frater Johannes ordinis minorum sancti Francisci notum facio omnibus Christi fidelibus, salutem diligentibus, quod cum ipsa prefata domina Anna tempore, quo gravius egrotari cepit quasi continuus coram eadem steti, verbis salubribus consolando interque verba die prefata testibus prefatis presentibus illam disposicionem testamentariam, sic ut premissum est, de verbo ad verbum fieri vidi et audi et eiusdem ad instantem, peticionem sigillum meum simulcum domino plebano prefato, testibusque prescriptis apposui, manum propriam ascribendo.

Eredetije papiron, hátán pecsét nyomaival, fasc. 108, Nr. 2 alatt.

293.

1474 márczius 6. A pannonhalmi konvent Gúthi Országh Mihály nádor parancsára Darnói László fiát, Jakabot ladaméri két jobbágytelekbe ellenmondás nélkül beiktatja.

Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Michaelis Orzag de Gwth,

regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum introductorias et statutorias pro parte Jacobi, filii Ladislai de Darno emanatas, nobisque presentatas, reverencia, qua decuit, recepimus hunc tenorem continentes.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Jacobi, filii Ladislai de Darno, quomodo ipse in dominium quarundam duarum sessionum iobagionalium in possessione Ladamer vocata, in comitatu Jauriensi existenti habitarum, in quarum una Thomas, filius condam Johannis Zabo ad presens resideret, alia autem earum penes eandem sessionem a parte australi edificiis penitus carens haberetur, ipsum exponentem certo iuris titulo concernencium legittime vellet introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valentinus, vel Philippus de Zap aut Michael, sin Thomas de Baÿch, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis Ladamer vocate consequenterque prescriptarum duarum sessionum iobagionalium in eadem habitarum vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat memoratum Jacobum exponentem in dominium earundem, statuatque easdem eidem simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, iure sibi incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Jacobum filium Ladislai nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus ac termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. *(1473 decz. 19.)*

Nos itaque amicabilibus peticionibus prefati domini Michaelis Orzag de Gwth, regni Hungarie palatini annuentes,

ut tenemur, una cum prenominato Valentino de Zap, homine ipsius domini palatini nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Simonem, sacerdotem nostrum conventualem, unum scilicet ex nobis, ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio transmisimus fide dignum, qui quidem, dicti domini palatini et noster homines, demum exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur divinum officium, Esto mihi etc. similiter proxime preteritam *(1474 febr. 19.)* ad facies dicte possessionis Ladamer consequenterque prescriptarum duarum sessionum iobagionalium in eadem habitarum, vicinis et commetaneis earundem inibi legittime convocatis et nominatim nobilibus Thoma et Michaele Vrach dictis de Zenthvÿd, Jacobo de Zap, Matheo Berkes, Jacobo Medwe et Emerico Annos de eadem Ladamer, iobagionibus magnifici Emerici de Hedrehwara in persona eiusdem, presentibusque accedendo introduxissent memoratum Jacobum filium Ladislai in dominium earundem statuissentque easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis iure sibi ex premissis incumbenti per eundem perpetue possidendas nemine sibi contradicente, ibique tribus diebus, ut regni requirit consuetudo, permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri (munimine) roboratas prefato Jacobo filio Ladislai de Darno, ipsius posteritatibus duximus concedendas iurium suorum ad cautelam. Datum sextodecimo die diei introduccionis et statucionis prenotatarum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Eredetije hártyán, melyről a függő pecsét hiányzik, fasc. 32, Nr. 1. alatt.

294.

1474 július 13. A csornai konvent előtt Hédervári Ozsvát saját, valamint fiai s örökösei perében többrendbeli vasmegyei birtokát Theyedi Imre, szombathelyi várnagynak elzálogosítja.

Nos conventus monasterii beati Michaelis archangeli de Chorna memorie commendamus, quod egregius Oswaldus filius condam Nicolai de Hedrewara onus et gravamen Francisci et Johannis filiorum ac aliorum quorumlibet fratrum et proximorum suorum, si iidem in infrascriptis persistere nollent, super se assumendo coram nobis personaliter constitutus confessus est viva voce in hunc modum, quod ipse pro quibusdam arduis necessitatibus suis expediendis eum ad presens urgentibus evitandis totales porciones suas possessionarias in Stren, Zenthkwth, Zombathfalw, Salman, Bÿczkes et Laak vocatis possessionibus in comitatu Castriferrei existentibus habitas cum universis censibus, redditibus consuetis et inconsuetis serviciorumque rusticorum et muneralibus eorundem, item montibus vinearum et earundem proventibus, terris arabilibus, cultis et incultis, silvis nemoribus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, ac generaliter cunctarum utilitatum integritatibus ad prescriptas porciones possessionarias spectantibus egregio Emerico de Theÿed, castellano castri Sabbariensis, necnon nobili domine Martha vocate consorti ac Stephano filio suis ipsorumque heredibus universis pro centum florenis auri puri, boni et iusti ponderis, monete Hungaricalis plene, ut dixit, ab eisdem habitis et receptis pignori obligasset, ymmo obligavit eisdem coram nobis, tali modo, quod quandocunque idem Oswaldus aut filii vel heredes eorundem ab eisdem Emerico de Theÿed, consorte aut filio vel heredibus eorundem redimere possent, extunc iidem easdem eisdem omni rerum estimacione seclusa in eadem moneta florenorum auri rehabita remittere et resignare deberent et tenerentur. Assumens nichilominus ydem Oswaldus suo et dictorum filiorum suorum nominibus eundem Emericum ac alios predictos medio tempore in pacifico dominio

dictarum porcionum possessionariarum contra quoslibet impetitores semper et ubique conservare, tueri et defensare propriis eorum laboribus et expensis. Quod si ydem Oswaldus aut filii sui vel heredes eorundem ipsos Emericum de Theÿed consortemque ac filium vel heredes eiusdem in dominio prescriptarum porcionum possessionariarum conservare non valerent vel non curarent, extunc iidem Emericus ac alii prenominati in dominium totalium porcionum possessionariarum pretacti Oswaldi de Hedrewara in Kysbarath, Aswan et Hedrewara predicta possessionibus vocatis in comitatu Jauriensi existentibus habitarum introeundi easdemque cum omnibus utilitatibus absque requisicione alicuius iudicis ordinarii tantummodo vigore presencium pro se occupandi, utendi et possidendi haberent potestatis facultatem contradiccione eiusdem Oswaldi ac filiorum et heredum suorum non obstante. Ubi vero idem Oswaldus et alii prenotati iam fatum Emericum de Theyed et alios preallegatos in pacifico dominio iam tactarum porcionum possessionariarum in Kysbarath, Aswan et Hedrewara habitarum conservare, tenere et defensare nollent vel non curarent, extunc iidem contra eosdem Emericum et alios prescriptos in facto potencie convincerentur et convinci deberent eo facto. Ad que premissa idem Oswaldus de Hedrewara se ac filios et heredes suos sponte obligavit coram nobis vigore presencium mediante. Datum in festo beate Margarethe virginis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 24.

295.

Buda, 1475 január 18. Báthori István országbíró memorialisa arról, hogy Hédervári Pál szemtől-szembe tiltakozván az ellen, hogy Hédervári Ozsvát az őt örökség czímén megillető Lipoltfalva felét birtokolja, Hédervári Ozsvát azt felelte, hogy neki ahhoz oklevelek alapján joga van, a melyeket az országbíró által kitüzött határnapon bemutat.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie,

Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod nobis feria sexta videlicet in festo beati Marcelli pape *(jan. 16.)* unacum dominis prelatis, baronibus et regni nobilibus hic Bude penes prefatum dominum nostrum regem constitutis et existentibus egregius Paulus de Hederwara personaliter in nostram veniens presenciam egregium Oswaldum de eadem Hederwara coram nobis similiter personaliter ac facie ad faciem repertum, eundem ab ulteriori detencione et conservacione directe et equalis medietatis possessionis Lypolthfalwa vocate in comitatu Posoniensi existentis eundem Paulum de Hederwara iure hereditario concernentis usuque fructuum ac quarumlibet utilitatum eiusdem percepcione sew percipifaccione prohibuit et contradixit publice et manifeste coram nobis. Quo audito prefatus Oswaldus de dicta Hederwara personaliter ut premittitur in eandem nostram ex(s)urgendo presenciam, nolens huiusmodi personalem prohibicionem contra se acrescere permittere, respondit ex adverso, quomodo dicta medietas prescripte possessionis Lypolthfalwa eidem vigore instrumentali attineret, super eademque litteras et litteralia instrumenta pro sui parte haberet confectas et emanata, quas et que ipse non ad presens, sed in termino ulteriori per nos eidem dando exhibere promptus esset et paratus. Pro eo nos hÿs perceptis iudicantes commisimus eo modo, ut annotatus Oswaldus de Hederwara universas litteras et litteralia instrumenta, si quas et que in facto medietatis antelate possessionis Lÿpolthfalwa pro sui parte habet confectas et emanata, in octavis festi beati Jacobi apostoli nunc venturis *(aug. 1.)* coram nobis producere et exhibere debeat et teneatur, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeamus inter partes in premissis dictante iuris equitate. Datum Bude predicta, tercio die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

A győri káptalan 1478 szeptember 25-én kelt okleveléből. (Lásd 311. sz. a.)

296.

1475 január 29. A győri káptalan Mátyás királynak jelenti, hogy a midőn parancsa szerint Hédervári Pált mindkét Bánhida birtokába zálogjog czímén be akarta iktatni, a Rozgonyi János és Ozsvát ügyvéde ellenmondott, a miért őket a személyes jelenlét bírósága elé megidézte.

Serenissimo principi, domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc. domino eorum graciosissimo capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Litteras vestras nobis directas supma cum obediencia recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in persona egregii Pauli de Hedrehwara, quomodo ipse in dominium utrarumque possessionum Banhyda vocatarum in comitatu Komaroniensi existencium, quas ab invicem quidam fluvius separaret, ipsum exponentem titulo pignoris concernencium legittime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Symon Was de Dÿnnÿe, aut Martinus, vel Johannes similiter Was de eadem Dÿnnÿe, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum utrarumque Banhÿda vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum exponentem in domÿnium earundem possessionum statuatque easdem eidem exponenti simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso iure impignoraticio eidem incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Paulum exponentem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post

festum beati Pauli primi heremite, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, regni nostri anno decimo septimo, coronacionis vero undecimo. *(1475 jan. 12.)*

Unde nos mandatis vestris in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Symone de Dynnÿe, homine vestro, nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Ambrosium de Pa . . . . a, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod prefatus Symon, homo vester presente ipso nostro testimonio feria tercia proxima ante festum Conversionis sancti Pauli apostoli proxime preteritum *(jan. 24.)* ad facies dictarum utrarumque possessionum Banhyda vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessisset et dum prefatum Paulum exponentem in do[mynium earundem possessionum introducere] ac easdem eidem statuere voluisset, tunc Albertus de Chwth, officialis earundem possessionum nominibus et in personis [Johan]nis, filii condam Johannis et Osualdi filii condam Osualdi de Rozgon huiusmodi statucioni contradixisset, quos, scilicet Johannem et Osualdum eodem die in eisdem possessionibus contra annotatum Paulum exponentem ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas *(máj. 1.)* vestram personalem evocasset in presenciam racionem contradiccionis huiusmodi reddituros. Datum sexto die diei evocacionis premisse, anno domini supradicto.

Országh Mihály nádor 1478 nov. 25. kelt hiteles átiratából. (Lásd 313. sz. a.) M. O. D. L. 17643.

297.

1475 márczius 30. A pannonhalmi konvent előtt Hédervári Ozsvát a saját és fiai, Ferencz és János, valamint Hédervári Imre bán és fivére Miklós nevében a Hédervári Pál által Szemere Mihály fia Imre részére történt jószágelidegenítés ellen tiltakozik.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Panonie memorie commendamus, quod egregius Oswaldus de

Hederwara in sua ac Emerici bani, necnon Nicolai fratris ipsius carnalis de eadem Hederwara, item Francisci et Johannis, filiorum ipsius Oswaldi personis coram nobis personaliter constitutus per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipsi protestantes re vera percepissent et intellexissent, egregius Paulus de Hederwara totales porciones suas possessionarias in possessionibus Hederwara et Istereh in comitatibus Jauriensi et Castriferrei existentibus habitis *(igy)* simulcum omnibus pertinenciis ad prescriptas possessiones Hederwara et Istereh spectantibus et pertinere debentibus, item et in aliis locis in quibuslibet comitatibus inter ambitum huius incliti regni Hungarie existentibus et habitis, quovis nomine vocitatis, egregio Emerico, filio Michaelis Zemere de Pakos et domine Agathe, consorti eiusdem pro certis summis pecuniarum quantitatibus obligasset et impignorasset et a se alienasset, cum tamen huiusmodi porciones possessionarie tum racione consanguineitatis et affinitatis, tum eciam racione contigue vicinitatis magis ipsos protestantes quam alios quoscunque ad se ipsos pro pignore recepcione concernere dinoscuntur, in preiudicium eorundem et dampnum ac iurium derogamen valde magnum. Habita huiusmodi protestacione idem Oswaldus de Hederwara prescripta nominibus, quibus supra, personis memoratum egregium Paulum de prefata Hederwara a vendicione et impignoracione prescriptarum porcionum possessionariarum in possessionibus Hederwara et Istereh et pertinenciis earundem, necnon in aliis locis ubilibet existentibus prenominatum vero Emericum, filium Michaelis Zemere de Pakos et dominam Agatham, consortem suam et alios quoslibet ab empcione et sibi ipsis appropriacione fructuum quoque et quarumlibet utilitatum earundem percepcione sew percipifaccione, seque quovis quesito colore in dominium earundem intromissione et statuifaccione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum Resureccionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 23.

298.

1475 augusztus 20. A győri káptalan Mátyás király parancsára jelenti, hogy Hédervári Pált, Imrét, Miklóst és Ozsvátot megintették, hogy Baÿchi (Vrach) Mihálytól és Tamástól az elzálogosított radványi, mindkét medvei, ujfalvi és szabadii birtokrészeket váltsák vissza, mert különben joguk lesz bárkinek a zálogösszegben elzálogosítani.

Serenissimo principi domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc. domino eorum graciosissimo capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Literas vestras nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Michaëlis et Thome de Baÿch, quomodo ipsi illam sumpmam pecunie, pro qua totales porciones possessionarie egregii Pauli de Hedrehwara in possessionibus Radwan, utrisque Medwe, Wÿfalw et Zabadÿ vocatis in comitatu Jauriensi existentibus habite apud manus ipsorum titulo pignoris haberentur, ab eodem Paulo, necnon magnificis Emerico et Nicolao ac Osualdo de eadem Hedrehwara, quibus eedem porciones possessionarie ad redimendum magis competerent, levare et recipere et predictas porciones possessionarias eisdem remittere prompti essent et parati. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Michaël Patha de Warssan, aut Thomas de Baboth, vel Georgius de Alap, aliis absentibus homo noster ad prefatos Paulum, Emericum, Nicolaum et Osualdum de Hedrehwara accedendo amoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi super illa summa pecuniarum, pro qua, ut dicitur, prescripte porciones possessionarie antefati Pauli in predictis possessionibus habite aput manus predictorum exponencium titulo pignoris haberentur, eisdem exponentibus plenariam satisfaccionem impendere ac easdem porciones possessionarias ad se ipsos recipere debeant et teneantur, alioquin iidem exponentes pretactas

porciones possessionarias illis, quibus maluerint pro eadem summa pecuniarum, pro qua ipsis sunt impignorate, plenam impignorandi habeant potestatis facultatem et post hec huiusmodi ammonicionis seriem cum nominibus amonitorum eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. *(1475 jún. 30.)*

Unde nos mandatis vestris in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Thoma de Baboth, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum Blasium presbyterum, rectorem altaris Sancti Stephani regis, fundati in dicta ecclesia nostra ad premissa peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod prefatus Thomas homo vester presente ipso nostro testimonio in festo beate Marie virginis de Nive *(aug. 5.)* proxime preterito memoratos Paulum, Emericum et Nicolaum de dicta Hedrehwara in porcionibus ipsorum possessionariis in civitate Jauriensi iuxta fluvium Danubii habitis et Osualdum de dicta Hedrehwara in possessione sua Kÿsbarathÿ vocata amonuisset dixissetque et commisisset eisdem verbo vestro regio, ut ipse super illa summa pecuniarum, pro qua prescripte porciones possesionarie antedicti Pauli de Hedrehwara in prescriptis possessionibus habite apud manus dictorum Michaëlis et Thome exponencium titulo pignoris haberentur, eisdem Michaëli et Thome exponentibus plenariam satisfaccionem impendere et easdem porciones possessionarias ad se ipsos recipere debeant et teneantur, alioquin ipsi Michaël et Thomas exponentes prescriptas porciones possessionarias illis, quibus maluerint, pro eadem summa pecuniarum, pro qua ipsis sunt impignorate, plenam impignorandi habebunt potestatis facultatem. Datum sedecimo die diei amonicionis premisse, anno domini supradicto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomával, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 17708. jelzet alatt.

299.

1476 április 26. A győri káptalan előtt Hédervári Miklós fia Ozsvát, saját és fiai Ferencz meg János, valamint Hédervári Lőrincz fiai Imre s Miklós nevében, néhai Hédervári György fiát Pált birtokainak, vejei, Marczaly László s Szemere Imre javára eszközölt bérbe- s zálogbaadásától eltiltja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius Osualdus filius Nicolai de Hedrewara in sua ac Francisci et Johannis filiorum suorum, necnon Emerici et Nicolai filiorum condam Laurencii de eadem Hedrehwara personis ad nostram veniendo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipsi percepissent et intellexissent, egregius Paulus filius condam Georgii de dicta Hedrewara, frater ipsorum generacionalis et condivisionalis porciones suas possessionarias in possessionibus Hedrewara predicta, Wÿfalw, Zamol, Ladamer, Dwnazeg, Chanad, Zenthpal, Olthwa, Aswan, Zabadÿ, Kÿsmedwe, Eghazasmedwe, Radwan, Zÿgeth, Etthewen, Komboldos et Heder vocatis in Jauriensi, item Nouak vocata in Mosoniensi ac Selÿ, Darno, Wamosbodak, Remethe, Lÿppolthfalwa et Gÿlvwez *(így)* in Posoniensi, necnon Aborgatha, Chakan, Streem, Zenkwth, Salman, Zombathfalwa, Laak et Bÿkees vocatis in Castriferrei et Dobron in Wesprimiensi comitatibus vocatis existentibus habitas ex concepta dolositatis austucia fortassis ex eo, quod idem Paulus careat filio sexus masculini, in quem porciones sue possessionarie prescripte devolvi deberent, quibusdam dominabus videlicet Magdalene et Agathe, filiabus suis, necnon Ladislao de Marczali eiusdem domine Magdalene et Emerico Zemere de Paxÿ iam fate domine Agathe maritis titulo arendacionis aut pignoris obligare et easdem ab eisdem Osualdo, Francisco, Johanne, Emerico ac Nicolao, in quos iure successorio prescripte porciones possessionarie iuxta legem huius regni approbatam devolvende existunt, dolose alienare pretendit. Cum autem idem Osualdus et dicti filii et fratres sui iuxta huius regni consuetudinem, in quantum ipse porciones possessionarie impignorande essent, si eosdem idem Paulus de dicta Hedrehwara,

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

prout debebat, amoneri fecisset, easdem ad se recipere prompti fuissent, prout eciam essent de presenti; factaque huiusmodi protestacione idem Osualdus de Hedrehwara nominibus, quibus supra, memoratum Paulum de dicta Hedrehwara a vendicione et impignoracione prenominatarum porcionum possessionariarum in predictis possessionibus existencium et habitarum, prenominatos vero Ladislaum de Marczalÿ, Emericum Zemere de Paxÿ, necnon dominas Magdalenam et Agatham, consortes eorundem ac alios quoslibet ab empcione et sibi ipsis quovis colore quesito usurpacione ac statuifaccione, et appropriacione fructuumque et quarumlibet utilitatum percepcione seu percipifaccione seque in dominium earundem intromissione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Eredetije papiron, pecsét nyomával, fasc. 4, Nr. 24/a.

300.

Vasvár, 1476 július 22. Vas vármegye alispánjai jelentik I. Mátyás királynak, hogy a Miklós bosnyák király emberei által Hédervári Ozsvát s Tejedi Porkoláb Imre kárára elkövetett hatalmaskodási ügyben a vizsgálatot megejtette.

Serenissimo principi et domino, domino Mathie dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc., domino nostro graciosissimo Lucas de Ladon et Thomas de Iwan vicecomites et iudices nobilium comitatus Castriferrei obsequium cum perpetua fidelitate. Literas inquisitorias vestre serenitatis noverit vestra serenitas recepisse in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum egregiorum Osualdi de Hederwara ac Emerici Porkolab de Theyed, quomodo circa festum Purificacionis gloriose virginis Marie in anno proximo transacto

preteritum *(1475 febr. 2. körül)* Andreas Parvus, provisor curie castri Wÿwar de comissis et mandato illustris Nicolai regis Bozne transmissis et destinatis Thoma *Markos* iudice, Stephano Mykes, Petro Fabro, Nicolao Makel, Stephano Sutore, Martino Zaath, Gangel Padner, Ruperto Seÿchen, Johanne Klepes, Colomanno, Gregorio, Jacobo Ikanch, Stephano Sutore, Oswaldo Fabro et Andrea Sthar in Sthreen, item Jacobo Wngor, Stephano Maysnar, altero Stephano Franch, Martino Seobor, Johanne Maysnar, Paulo Praysnar, Andrea Reogor, Bartholomeo Thakach et Michaele Gauesterel in Salman possessioni dicti Nicolai regis regis *(igy)* iobagionibus eiusdem commorantibus armatis et potenciariis (manibus) ad propriam domum et curiam ipsorum exponencium in porcione eorundem possessione in dicta Sthreen comitatu in predicto existenti habitam et domorum ostiis confractis duo vasa ipsorum exponencium de celario extrahi et aufferri ac ad predictum castrum Wÿwar abduci fecisset, et quod in anno predicto circa festum beati Thome apostoli tunc elapsum *(1475 decz. 21. körül)* adhuc idem Andreas Parvus de mandato et commissione antefati domini sui, transmissis similiter antefatis iobagionibus domini sui armatis et potenciariis manibus ad predictam domum eorundem exponencium in dicta Sthreen habitam et similiter confractis ostiis domorum de ipsorum celario alia duo vasa vinorum indebite auferri et similiter et similiter *(igy)* ad dictum castrum abduci fecisset potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium manifestum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, octavo die festi sacratissimi Corporis Christi, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. *(1476 jún. 20.)*

Nos enim mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, Georgium de Radocz unum ex nobis, videlicet iudicem nobilium, ad premissa peragenda de sede nostra iudiciaria transmisissemus. Tandem ad nos reversus nobis retulit eo modo, quomodo ipse sabbato proximo ante

festum beati Jacobi apostoli *(1476 júl. 20.)* proxime preteritum in isto comitatu procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, talem scivisset certitudinis veritatem, prout vestre dictum extitisset serenitati et quemadmodum tenor literarum vestrarum contineret predictarum. Datum Castroferreo, tercio die diei inquisicionis prenotate, anno domini supradicto.

Kívül: Personali praesencie regie maiestatis pro egregio Osualdo de Hedrehwara et alio intra scripto. Inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, zárlatán három pecsét nyomával, fasc. 4, Nr. 25.

301.

1476 augusztus 26. A pozsonyi káptalan előtt Kayali Bor Ferencz visszavonja azon tiltakozó ellenmondását, a melyet Bor Mihály és Borsay Barabás fenyegetései miatt kényszerből a gyermekei, rokonai és barátai nevében tett ugyancsak a pozsonyi káptalan előtt, azon egyezség ellen, a mely több kayali birtokos között fogott bírák előtt jött létre.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Franciscus Bor de Kayal in nostram personaliter rediens presenciam per modum revocacionis et retractacionis nobis significare curavit, quod licet ipse invitus et non bene deliberatus per Michaelem Bor dictum et Barnabam, filium Michaelis Borsay dicti de eadem Kayal inductus minacionibusque eorundem Michaelis et Barnabe affectus, angariatus et astrictus, sua ac Georgii filii et domine Neste vocate filie suorum, necnon Blasii Borsay, dicti et Georgii similiter Borsay vocati de eadem Kayal, dominarum puellarum Appollonie, Elene et Dorothee filiarum Barnabe de Kayal atque Briccii et Stephani filiorum domine Agathe, relicte condam Mathie, filie condam domine Anycza vocate ac Mathie et Pauli filiorum Georgii Bor de Kayal, aliorumque fratrum et amicorum suorum, quos ipsum tangebat negocium, in personis unacum Jacobo Saros de dicta Kayal coram nobis comparendo quandam prohibicionem et contradiccionem fecisset per modum protestacionis contra quandam arbitrativam composicionem et ordinacionem ac concordiam per probos homines, arbitros, et compositores inter Nicolaum, filium

Dyonisii, alterum Dyonisium, filium Laurencii et alterum Nicolaum, filium eiusdem Nicolai de dicta Kayal ab una, partibus quoque ex altera predictum Michaelem Bor et alios in eadem arbitrativa composicione nominatim conscriptos et expressos factam racione . . . . . quarundam possessionum ipsorum videlicet Felsewkayal, Alsokayal, Rewechefelde, Sygarth et . . . . fewlde vocatarum, necnon porcionum possessionariarum in eisdem habitarum ipsos nobiles de Kayal communiter . . . . . inter ipsos fiende. Attamen prefatus Franciscus Bor de [dicta Kayal meliori] ac saniori . . . . . et deliberacioni ad se assumpta seu . . . . . et contradiccionem minus digne . . . . fecisse tandem videlicet prohibicionem et contradiccionem revocasset et retractasset, revocavitque et retractavit, vanam quoque, cassam et viribus penitus carituram commisit coram nobis prenotate composicioni et arbitrative ordinacioni proborum hominum benivole consenciendo, eandemque firmiter observando, ratam et gratam habendo testimonio presencium mediante. Datum feria secunda proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Eredetije foltos papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 98, Nr. 1. jelzet alatt.

302.

1476 deczember 14. A vasvári káptalan előtt Baari Balázs, Hédervári Ozsvát ügyvédje tiltakozik az ellen, hogy Miklós boszniai király és Hédervári Ozsvát között Sthren birtok miatt folyó ügyben a fogott bírák ítéletet nem akartak mondani, mivel Theyedi Imre szombathelyi várnagy Hédervári Ozsvát mellé nem akart állani.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Blasius de Baar in persona egregii Oswaldi de Hederwara nostram veniendo in presenciam protestatus extitit eo modo, quod quamvis idem Oswaldus de Hederwara cum illustri domino Nicolao, rege Boznensi super quibusdam factis et negociis octavo die festi beati Martini episcopi et confessoris proxime preteriti *(nov. 18.)* mediantibus litteris obligatoriis capituli ecclesie Casmensis in possessione Sthren vocata per quatuor probos equaliter eligendos arbitrium et

disposicionem fieri debuisset, ambeque partes eotunc, videlicet termino et loco preallegatis cum eorum electis probis ad arbitrativam disposicionem prompti fuissent et parati, nichil tamen ipsi electi in huiusmodi factis et negociis ipsorum arbitrative disposuissent, sed huiusmodi factum et negocium parcium earundem vigore in eodem similiter arbitrio quatuor proborum ad festum beate Lucie virginis et martyris proxime preteritum *(decz. 13.)* prorogassent, prescriptum locum eidem arbitrative disposicioni assignando. In quoquidem festo beate Lucie virginis *(decz. 13.)*, licet ambe partes prenotate cum eorum electis probis in loco preassignato prompti fuissent, tamen quia egregius Emericus de Theyed, castellanus castri Sabbariensis in huiusmodi factis et negociis memorato Oswaldo de Hederwara se iungere noluisset, ob hoc electi ipsius domini Nicolai regis factis et negociis in premissis iuxta contenta dictarum litterarum obligatoriarum nichil arbitrassent, nec voluissent arbitrare. Ad cuius protestacionem presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum secundo die dicti festi beate Lucie virginis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 106, Nr. 3 jelzet alatt.

303.

1477 május 17. A győri káptalan előtt Hédervári Ozsvát és Hédervári Imre és Miklós Hédervári Pál birtokainak Szemere Imre által való birtokba vétele és használata ellen tiltakoznak.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius Osualdus de Hedrehwara in sua ac magnificorum Emerici bani et Nicolai de eadem Hedrehwara personis ad nostram veniendo presenciam nobis per modum protestacionis significare curavit eo modo, quomodo ipsi precedentibus diebus novissime elapsis vigore literarum amonitoriarum magnifici domini Michaelis Orzag de Gwgh *(igy)* regni Hungarie palatini cum homine palatinali et testimonio honorabilis capituli ecclesie Albensis egregium Emericum Zemere dictum de Pax in eo amoneri fecisset, quod ipse

Emericus de universis porcionibus et iuribus possessionariis egregii Pauli de preallegata Hedrehwara fratris generacionalis et condivisionalis eorundem Osualdi ac Emerici et Nicolai in possessionibus Hedrehwara predicta ac Olthwa, Aswan, Zenthpal, Chanad, Dwnazegh, Ladamer, Zamol, Wÿfalw, Zabadj, utraque Medwe, Radwan, Zÿgeth, Etthewen in Jauriensi, necnon Nowak in Mosoniensi, ac Zelÿ, Darno, Wamosbodak, Remethe, Lipolthfolwa, Gelwes in Posoniensi, item Stren, Chakan, Bÿx *(igy)*, Zenthkwth, Zalman, Lak, Zombathfalw, Dobron et Aborgatha in Castriferrei comitatibus existentibus habitis, ad quas commorando descendisset, exire deberet. Qui huiusmodi amonicionem minime curasset, sed pocius eandem vili pendisset, de eisdem porcionibus possessionariis minime exivisset, sed adhuc in eisdem commoraretur in preiudicium et dampnum dictorum Osualdi, Emerici et Nicolai valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione idem Osualdus in sua ac eorundem Emerici et Nicolai personis prefatum Emericum Zemere et alios quoslibet ab occupacione, detencione et conservacione prescriptarum porcionum possessionariarum sibi ipsisque appropriacione et statuifaccione, fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione, seque in dominium earundem intromissione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis testimonio presencium mediante. Datum sabbato proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 28.

304.

1477 június 21. A nyitrai káptalan Mátyás király rendeletére jelenti, hogy a káptalani ember a királyi emberrel együtt megintette Kayali Lőrincz fiát Dénest, Dyenes Miklóst és Miklós fiát Miklóst stb., hogy azon kajali birtokot, tórészt és kertet, a melyet Mátyás király Sileziába való távozása után bizonyos nebojszai nemesektől elfoglaltak, bocsássák vissza; mivel pedig ezt tenni vonakodtak, a király személyes jelenléte elé idéztettek.

Serenissimo principi et domino, domino Mathie dei gracia regi Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. domino

ipsorum graciosissimo capitulum ecclesie Nitriensis oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos litteras eiusdem vestre serenitatis inquisitorias, amonitorias, evocatorias pariter et insinuatorias, nobis directas et preceptorie loquentes sumpma cum reverencia recepisse in hec verba:

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Nitriensis salutem et graciam. Exponitur nobis in personis Jacobi de Neboÿcza, Stephani, Sebastiani, Johannis et Thome de eadem Neboÿcza, quomodo post recessum nostrum de hoc regno nostro Hungarie versus partes Slesie novissime factum, Dionisius filius Laurencii de Kaÿol, Nicolaus Dÿenes de eadem et alter Nicolaus, filius eiusdem Nicolai ex consensu et voluntate Jacobi Saros de eadem Kaÿol et Ladislaus Borÿw de *Nagsarlo* quasdam porciones possesionarias ipsorum exponencium in possessione Kaÿol predicta in comitatu Posoniensi existenti habitas . . . . . condam Emerici Weres de Kaÿol progenitoris ipsorum exponencium et easdem de manibus dicti Laurencii iuridice reoptinuissent simulcum porcionibus in piscina Penna (?) . . . . . in territorio eiusdem possessionis Kaÿol habitis ac orto pomerii ad sessionem nobilitariam dicti condam Emerici Weres in dicta Kaÿol habitam opti . . . . . [ma]nibus eiusdem exponentis preter omnem viam iuris occupassent, occupatasque tenerent eciam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium [valde magnum. Super quo] fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis h[ominem] pro testimonio fide dignum, quo presente Blasius de Hech aut Sa . . . . . de eadem vel Emericus Zelÿ de Koboÿza sin Georgius Arady de eadem, aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate ad prefa[tos Dyonisium et] Nicolaum accedendo amoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi pretactas porciones possessionarias dictorum . . . . . Kaÿol a piscina Penna vocata et orto pomerii habitas, per ipsos, ut dicitur, occupatas iuxta disposicionem nostram ac prelatorum et baronum regnique nostri nobilium pridem superinde factam

infra triginta duorum dierum spacia a die amonicionis exhinc fiende eisdem [remittere] debeant et teneantur. Qui si fecerint, bene quidem, alioquin eosdem Dyonisium, Nicolaum Dÿenes ac alios prenominatos contra annotatos exponentes ad quintumdecimum diem dicti tricesimi secundi diei nostram personalem evocet in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante; insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram eadem nostra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri et post hec huiusmodi inquisicionis, amonicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum amonitorum et evocatorum nominibus diem ad predictam eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. *(1477 jún. 6.)*

Nos itaque mandatis vestre serenitatis, uti tenemur, in omnibus semper obedire volentes, unacum prefato Blasio de Hech, homine ipsius vestre serenitatis in preallegatis litteris vestre serenitatis ex nomine conscripto nostrum hominem, videlicet discretum Martinum presbiterum, rectorem altaris beate Elene regine in dicta ecclesia nostra fundati ad premissa exequenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quod ipsi feria tercia proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum proxime preteritum *(jún. 17.)* in dicto comitatu Posoniensi pariter processissent, ibique a nobilibus [et ignobilibus ac aliis, quibus] decuisset et licuisset dicti comitatus hominibus de premissis diligenter inquirendo omnia premissa sic et suo modo fieri reperissent, uti . . . . . vestre serenitatis dictum extitisset et quemadmodum tenor litterarum eiusdem vestre serenitatis contineret prescriptarum; habitaque huiusmodi inquisicione . . . . . domum et habitacionem prefatorum Dyonisii, filii Laurencii, Nicolai Dÿenes et alterius Nicolai, filii eiusdem Nicolai . . . . . ibique idem homo vestre serenitatis presente dicto nostro testimonio [amonuisset]

eosdem, dixissetque et commisissent eisdem verbo vestro regio, ut . . . . . prefatorum Jacobi de Neboÿza ac Stephani, Sebastiani, Johannis, Thome de eadem Neboÿza in prescripta possessione Kaÿol simulcum [predicta pis]cina Pe[nn]a vocata in territorio eiusdem possessionis Kaÿol et orto pomerii habitas per ipsos, ut dicitur, occupatas iuxta premissam disposicionem vestram ac prelatorum et baronum, nobiliumque dicti regni vestri pridem superinde factam infra triginta duorum dierum spacia a die pretacte amonicionis exhinc facte eisdem Jacobo, Steph[ano, Sebasti]ano, Johanni et Thome remittere debeant et teneantur. Qui ipsam remissionem et relaxacionem predictarum porcionum possessionariarum simulcum porcionibus in piscina Penna et orto pomerii habitis facere recusarunt, ideo idem eodem die memoratos Dyonisium, Nicolaum Dÿenes et alterum Nicolaum, filium eiusdem, necnon Jacobum Saros . . . . . in dictis (?) domo et habitacione ipsorum in prefata possessione Kaÿol habitis contra iam fatos Jacobum, Stephanum, Sebastianum, Johannem et Thomam ad quintumdecimum diem dicti tricesimi secundi diei dicte amonicionis *(aug. 1.)* vestram personalem evocasset in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obsante; [insinuasset] ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram dicta vestra personali presencia compareant, sive non, eadem vestra personalis presencia ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum quinto die diei inquisicionis, amonicionis, evocacionis et insinuacionis prenotatarum, anno domini suprascripto.

Kívül: Personali presencie regie maiestatis pro Dyonisio, filio Laurencii de Kaÿol et aliis intra scriptis contra Jacobum de Neboÿza et alios intra nominatos ad quintumdecimum diem tricesimi secundi diei *(aug. 1.)* intrascripti inquisicionis, amonicionis, evocacionis et insinuacionis, relacionis par.

Eredetije vízfoltos és szakadozott papiron, záró pecsét nyomával, fasc. 98, Nr. 4 jelzet alatt.

305.

Buda, 1477 november 15. Báthori István országbíró bizonyságlevele arról, hogy Hédervári Ozsvát a Hédervári Pállal folyt pörében a kitüzött határidőre nem jelent meg, sem ügyvédet maga helyett nem küldött.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie, dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod Paulus, litteratus de Chafford pro egregio Paulo de Hederwara cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Jauriensis contra egregium Oswaldum de eadem Hederwara ab octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* quadraginta diebus continuis legittime stetit in termino coram nobis; qui iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in aliis litteris nostris prohibitoriis, pariter et adiudicatoriis contentis, litteras et litteralia sua instrumenta exhibiturus nostram in presenciam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude, quadragesimo primo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

A győri káptalan 1478 szeptember 25-én kelt okleveléből. (Lásd 311. sz. a.)

306.

1477 deczember 1. A pozsonyi káptalan előtt Nebojszai Balog Jakab és testvérei Kayali Lőrincz fiával, Dénessel és testvéreivel néhai Kayali Weres Imre birtokának harmadát illetőleg megegyeznek.

[Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Jacobus Ba]log de Neboyza pro se ac pro Stephano Balog, necnon . . . . . ab una, partibus vero ex altera Dyonisius filius Laurencii [de Kayal] . . . . . Nicolao, filio eiusdem Nicolai de eadem Kayal onera et gra[vamina] . . . . . interest parte ex utraque super se assumendo coram nobis personaliter constituti vi[ve vocis ministerio confessi s]unt per hunc modum, quod licet inter ipsos racione cuiusdam porcionis possess[ionarie]

tercie videlicet . . . . . [Eme]rici Weres de dicta Kayal in eadem Kayal habite litis materia mota et in curia regia diu [ventilata fuisset, tamen] saniori freti consilio, expensis fatigiisque ipsorum parcere volentes, taliter mutuo concordassent . . . . . condescendi fecissent, sopiissent et mortificassent et sese mutuo et alternati[ve] quittos et exp[editos commisissent] . . . . nominatus Dyonisius, filius Laurencii de Kayal et fratres sui predicti de una parte dicte porcionis p[ossessionarie Emeri]ci Weres aput ipsos habite et eos concernentis, que eisdem de eadem porcione Emerici Weres cessisset . . . . . tamen ipsius Dyonisii filii Laurencii in eadem Kayal habita, que dicti condam Emerici Weres prefuisse et idem in ea[dem . . . . . pertinenciis eiusdem curie excepta et salva permanendo unam terciam partem dicto Jacobo Balog et fratribus suis . . . . . in hac parte die dominico proximo post festum beate Lucie nunc proxime affuturum *(decz. 14.)* inter ipsos fiendam et cum [dictis nobilibus de Ka]yal, si ad id consenserint, faciendam, extradare velint et debeant pacifice possidendam. In qua tercia parte sic per [Dyoni]sium et eius fratres divisa et extradata, ydem Jacobus et fratres sui predicti quintum de parte iam dictorum Dyonisii et fratrum eiusdem conten[tare] debeant et ab eisdem nil ulterius requirant. Si autem dicti alii nobiles de Kayal huiusmodi nunc fiende divisioni non consens[erint], tunc prefatus Dyonisius, filius Laurencii et fratres sui predicti ipsi Jacobo Balog et fratribus suis predictis in aliis terciis partibus in porcionibus possessionariis prefati condam Emerici Weres aput alios nobiles de Kayal in eadem Kayal habitis contra eosdem et ab eisdem repetendis et acquirendis cum ipsorum iuribus et litteralibus instrumentis superinde habitis assistere velint, debeant et teneantur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras predictis partibus duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum beati Andree apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Eredetije vízfoltos papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 98, Nr. 2 jelzet alatt.

307.

Buda, 1477 deczember 6. Gúthi Országh Mihály nádor a Hédervári Imre és Miklós, meg Hédervári Ozsvát, másrészről Szemere Imre között Hédervári Pál birtokai miatt folyó peres ügyben az oklevelek előmutatására új határidőt tűz ki.

Nos Michael Orzagh de Guth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod Johannes literatus de Thelgye pro Emerico et Nicolao de Hedrewara cum procuratoriis literis regalibus, ac Emericus literatus de Wagh, pro Osualdo de eadem Hedrewara similiter cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* in figura nostri iudicii comparendo contra Emericum Zemere de Pakos proposuit eo modo, quomodo egregius Paulus de dicta Hedrewara, frater condivisionalis dictorum actorum masculino sexu orbatus excogitata quadam cautela directas et equales medietates totalium porcionum suarum possessionariarum in possessionibus Hedrewara predicta ac Zamol, Ladamer, Chanad, Zenthpal, Dunazegh, Olthwa, Asswan et Zigeth in Jauriensi, necnon Nowak in Mosoniensi, Sely, Darno, Lypolthfalwa, Remethe, Wamosbodak, Gylwez in Posoniensi, Dobron in Wesprimiensi, Aborgatha, Streen, Czakan, Laak, Zenthkwth, Salman, Bykes, et Zombathfalwa in Castriferrei comitatibus existencium et habitarum post decessum ipsius Pauli de Hedrewara in prefatos actores ac eorum heredes iure successorio devolvendas et derivari debentes egregio Emerico Zemere de Pakos, genero suo pro certa summa seu quantitate pecuniarum dedisset et assignasset in preiudicium dictorum actorum. Quas quidem porciones possessionarias antelati Pauli de Hedrewara in prelibatos actores devolvendas prefatus Emericus Zemere per huiusmodi cautelam excogitatam pro se indebite usurpando occupasset, fructusque et utilitates earundem sibi ipsi percipi faceret eciam de presenti, potencia mediante, in grande preiudicium dictorum actorum et dampnum manifestum. Quo audito Benedictus *Kazas* de *Eghazy* pro annotato Emerico

Zemere de Pakos in causam attracto cum procuratoriis literis capituli ecclesie Colocensis in eandem nostram exurgens presenciam respondit tali modo, quod hoc verum foret, ut idem in causam attractus in dominyo pretactarum medietatum porcionis possessionarie annotati Pauli de Hedrewara possessionibus in predictis habitarum existeret, non tamen easdem porciones possessionarias potencialiter occupasset, sed eedem eidem in causam atracto iure impignoraticio pertinerent, super quibus literas haberet efficaces, quas non ad presens, sed in termino ulteriori per nos eidem dando coram nobis exhibere promptus esset et paratus. Pro eo nos hys perceptis iudicandum commisimus eo modo, ut annotatus Emericus Zemere in causam attractus universas et quaslibet literas suas, si quas super premissis pro se haberet confectas, in octavis festi Epiphaniarum domini nunc venturis *(jan. 13.)* coram nobis exhibere debeat et teneatur contra actores prenotatos, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeamus inter partes in premissis dictante iuris equitate. Datum Bude, sexagesimo secundo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Kívül: Super exhibendis literis impignoraticiis pro egregio Emerico Zemere de Pakos contra magnificos Emericum et Nicolaum de Hedrehuara ac Osualdum de eadem ad octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* Prorogatoria.

Eredetije papiron, zárlatán pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 26.

308.

1477 deczember 22. A fehérvári keresztesek konventje előtt Hédervári Imre bán vasvármegyei Molnaszecsőd nevű birtokát Széchy Borbálának és Monyorokeréki János és Istvánnak 150 arany forintért elzálogosítja.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod magnificus dominus Emericus *ban* de Hedrewara, coram nobis personaliter constitutus sponte est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens summe urgentibus evitandis directam e

equalem medietatem cuiusdam possessionis Molnoszechewd in comitatu Castriferrei existentis habitam, porcionem videlicet suam in eadem habitam, simulcum cunctis utilitatibus, puta terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, promontoriis, vineis vinearumque proventibus, aquis, fluviis aquarumque decursibus, molendinis seu locis molendinorum, taxis, daciis, collectis, muneribus, akonibus et generaliter quibusvis utilitatum integritatibus ad eandem medietatem rite et legitime spectantibus et pertinere debentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, generose domine Barbare Zechÿ, relicte ac Johanni et Stephano filiis condam magnifici Elderbo de Monÿarokerek pro centum et quinquaginta florenis auri puri Hungaricalibus plene, ut dixit, ab eisdem levatis et receptis pignori obligasset, ÿmmo obligavit coram nobis tali modo, quod quandocunque sibi facultas redimendi suppeteret, extunc memorati domina Barbara ac Johannes et Stephanus, rehabitis prius dictis ipsorum pecuniis, premissam medietatem antedicte possessionis cum cunctis utilitatibus suis prenominato Emerico bano pacifice et absque omni difficultate remittere et resignare debeat et teneatur; assumens nichilominus idem Emericus ban prenarratos dominam Barbaram ac Johannem et Stephanum in pacifico dominio dicte medietatis prelibate possessionis infra tempus redempcionis eiusdem contra quoslibet impetitores temporum in eventu propriis suis laboribus et expensis protegere, tueri et defensare testimonio presencium mediante. Datum secundo die festi beati Thome apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Eredetije papiron, hátlapján tojásdad pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 27.

309.

Buda, 1478 február 11. I. Mátyás király a pannonhalmi konventnek megparancsolja, hogy a fehérvári Szent Miklósról nevezett egyház prépostja, Orbán részére Hédervári Ozsvát ellen, többrendbeli hatalmaskodás miatt, a vizsgálatot megejtse.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Panonie salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum venerabilis Urbani prepositi ecclesie sancti Nicolai

confessoris Albe fundate, necnon Blasii, Johannis et Benedicti Philep dictorum, quomodo circa festum beati Michaelis archangeli proxime preteritum *(szept. 29. körül)* egregius Osualdus de Hedrewara missis et destinatis Blasio de Baar familiare ac Matheo et Gregorio *Dalos* iobagionibus suis in possessione Medwe commorantibus ad possessionem dictorum exponencium Nyarad vocatam in comitatu Jauriensi habitam consequenterque ad fluvium Danubii eorundem exponencium iuxta eandem possessionem decurrentem, abinde pisces dictorum exponencium fluvio in eodem in quodam conservatorio repositos violenter deportari et quo sue placuisset voluntati, *(igy)* fecisset, et quod circa festum beati Martini episcopi et confessoris proxime preteritum *(nov. 11. körül)* idem Osualdus de Hedrewara transmissis quibusdam familiaribus suis ad silvam Valentini de Zap intra metas eiusdem possessionis Zap habitam ibidem quemdam Nicolaum *Kebles* iobagionem ipsorum exponencium in dicta possessione Nyarad commorantem, qui ligna ab eodem Valentino precio empta silva in eadem succidere et super quamdam navim suam versus domum suam conducere voluisset, minus iuste captivari captumque tamdiu quousque sue placuisset voluntati, conservari ac predictam navim eiusdem iobagionis ab eodem recipi fecisset potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Thomas Baychÿ de [Zenthw]jÿd, aut Stephanus Fodor de Ezthergathew, vel Matheus Sebastiani de Evrken, sin Thomas Babodj de *Felsewfalw*, [aliis] absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beate Dorothee virginis et martyris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Kivül: Fidelibus nostris conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Panonie pro venerabili Urbano preposito ecclesie sancti Nicolai confessoris Albe fundate et aliis intra scriptis. Inquisitoria.

Eredetije papiron, zárlatán nagy pecsét nyomaival, fasc. 4, Nr. 31.

310.

1478 szeptember 24. A pozsonyi káptalan előtt Hédervári Ozsvát a saját, valamint Ferencz s János fiai, nemkülönben néhai Hédervári Lőrincz fiai Imre s Miklós nevében tiltakozik az ellen, hogy Hédervári Pál birtokait vejeinek, Marczaly Lászlónak s Szemere Imrének elidegenítse.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod egregius Oswaldus filius Nicolai de Hedrehwara in sua ac Francisci et Johannis filiorum suorum, necnon Emerici et Nicolai filiorum condam Laurencii de eadem Hedrehwara personis ad nostram veniendo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipsi percepissent et intelexissent, egregius Paulus filius condam Georgii de dicta Hedrehwara, frater ipsorum generacionalis et condivisionalis porciones suas possessionarias in possessionibus Hedrehwara predicta, Wyfalw, Zamol, Ladomer, Dwnazeg, Chanad, Zenthpal, Olthwa, Asswan, Zabady, Kysmedwe, Eghhazasmedwe, Radwan, Zygeth, Ethewen, Komboldos, Zenthwyd, Kyralfelde, *Dwnamelleke* in Jaurino, Thaplan et Heder vocatis in comitatu Jauriensi, item Nowak vocata in Mosoniensi, ac Zely, Darno, Wamosbodak, Remethe, Lipolthfalwa et Gÿwlwez in Posoniensi, necnon Aborgatha, Chakan, Sterem, Zenthkwth, Salman, Zombathfalw, Lak et Bykes vocatis in Castriferrei, et Dobran in Wesprimiensi vocatis comitatibus existentibus habitas ex concepta dolositatis astucia fortassis ex eo, quod idem Paulus careat herede sexus masculini, in quem porciones sue possessionarie prescripte devolvi deberent, quibusdam dominabus, videlicet Magdalene et Agathe filiabus suis, necnon Ladislao de Marczali eiusdem domine Magdalene, et Emerico Zemere de Paxy iam fate domine Agathe maritis, titulo arendacionis aut pignoris obligare, et easdem ab eisdem Oswaldo, Francisco, Johanne, Emerico et Nicolao, in quos iure successorio prescripte porciones possessionarie iuxta legem regni huius approbatam devolvende existunt, dolose alienare pretenderet. Cum autem idem Oswaldus et dicti filii et fratres sui iuxta huius regni consuetudinem in quantum ipse porciones pos-

sessionarie impignorate essent, si eosdem idem Paulus de dicta Hedrehwara, prout debebat, ammoneri fecisset, easdem ad se recipere prompti fuissent, prout eciam essent de presenti, factaque huiusmodi protestacione idem Oswaldus de Hedrehwara nominibus, quibus supra, memoratum Paulum de Hedrehwara a vendicione et impignoracione prenominatarum porcionum possessionariarum in predictis possessionibus existencium et habitarum, prenominatos vero Ladislaum de Marczali, Emericum Zemere de Paxy, necnon dominas predictas Magdalenam et Agatham consortes eorundem ac alios quoslibet ab empcione et sibi ipsis quovis colore quesito usurpacione ac statuifaccione, perpetuacione et appropriacione, fructuumque et quarumlibet utilitatum percepcione seu percipifaccione, seque in dominium earundem intromissione, dominumque nostrum regem a donacione et collacione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Mathei apostoli et ewangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 29.

311.

1478 szeptember 25. A győri káptalan Mátyás király parancsára jelenti, hogy Hédervári Pál ellen Hédervári Ozsvátot Kysbaráty nevű birtokán megidézte a királyi személyes jelenlét bírósága elé.

Serenissimo principi, domino Mathie dei gracia regi Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum gracioso capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Litteras viri magnifici domini comitis Stephani de Bathor, iudicis curie vestre nobis directas honore, quo decuit, recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis sab-

bato proximo ante festum beati Mathei apostoli et ewangeliste *(1478 szept. 19.)* unacum nonnullis dominis prelatis et baronibus regnique nobilibus Bude, penes prefatum dominum nostrum regem constitutis et existentibus, Damianus de Aswan nostram veniendo in presenciam nomine et in persona egregii Pauli de Hederwara quasdam duas litteras nostras, unam super instrumentali exhibicione adiudicatoriam pariter et prorogatoriam, et aliam exinde iudicialem, ambas clause emanatas coram nobis curavit exhibere, quarum prime, scilicet dicte instrumentalis exhibicionis tenor talis est. *(Lásd Báthori István országbíró 1475 január 18-án kelt oklevelét 295. sz. a.)*

Alterius vero, videlicet dicte littere iudicialis tenor sequitur in hec verba: *(Lásd Báthori István országbíró 1477 november 15-én kelt oklevelét 305. sz. a.)*

Quibus exhibitis et presentatis idem Damianus de Aswan retulit et allegavit eo modo, quod si iuri consonaret et equitati videretur, extunc prefatus Paulus de Hederwara annotatum Oswaldum de eadem Hederwara contra se ad premissa legittime facere vellet evocare. Et quia allegacio eiusdem Damiani de Aswan iusta et iuri consona, idemque Oswaldus de Hederwara ad premissa evocandus fore videbatur, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sebastianus de Ewrken vel Matheus aut Georgius de eadem, sin Valentinus de Zap, sew Thomas de Bagod, aliis absentibus homo regius prefatum Oswaldum de Hederwara contra annotatum Paulum de eadem Hederwara ad premissa ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas *(1478 okt. 6.)* regiam evocet in presenciam racionem premissorum redditurum et post hec huiusmodi evocacionis seriem cum nomine evocati, ut fuerit expediens, octavas ad predictas dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude predicta, secundo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. *(1478 szept. 20.)*

Unde nos amicabilibus peticionibus prefati domini comitis Stephani satisfacere volentes, ut tenemur, unacum prefato

Matheo de Ewrken, homine vestro nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Emericum de Sabbaria, socium et concanonicum nostrum ad premissam evocacionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quomodo ipsi die dominico proximo ante festum beatorum Cozme et Damiani martyrum proxime preteritum *(szept. 20.)* ad faciem possessionis ipsius Oswaldi de Hederwara Kysbarathÿ, ubi eundem Oswaldum contra annotatum Paulum de Hederwara ad premissa ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime venturas vestram evocassent in presenciam racionem premissorum redditurum. Datum sexto die diei evocacionis premisse, anno domini supradicto.

Báthori István országbíró 1479 november 30-án kelt okleveléből. (Lásd 316. sz. a.)

312.

Buda, 1478 november 21. Báthori István országbíró bizonysága arról, hogy Hédervári Ozsvát a Hédervári Pállal folytatott pörében a második határidőre sem jelent meg, sem ügyvédet nem küldött, a miért megbirságoltatik, ha magát kellőkép nem igazolja.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria, quod Paulus de Chafford pro egregio Paulo de Hederwara cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Jauriensis contra Oswaldum de eadem Hederwara ab octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* quadraginta sex diebus continuis legittime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam litterarum dicti capituli ecclesie Jauriensis evocatoriarum super factis, in eisdem contentis, litteras et litteralia sua instrumenta exhibiturus nostram in presenciam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude, quadragesimo septimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Báthori István országbíró 1479 november 30-án kelt okleveléből. (Lásd 316. sz. a.)

313.

Buda, 1478 november 25. Ország Mihály nádor a Hédervári Pál és Rozgonyi János és Ozsvát között folyó pörben bemutatott, a győri káptalannak 1475 január 29-én kelt beiktatási jelentését az alperesek ügyvédének kérésére átírja.

Nos Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod cum in causa inter egregium Paulum de Hederwara, ut actorem, ab una ac Johannem filium condam Johannis et Oswaldum, filium condam Oswaldi de Rozgon, uti in causam attractos partibus ab alia mota et vertenti quedam litere capituli ecclesie Jauriensis introductorie et statutorie in presentibus octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* coram nobis in iudicio fuissent exhibite; mox Ladislaus de Chwth, pro annotatis Johanne et Oswaldo de Rozgon in causam attractis cum procuratoriis literis capituli ecclesie Albensis in nostram exurgendo presenciam paria earundem literarum dicti capituli ecclesie Jauriensis eisdem dare peciit iuris sui ad cautelam, quarum tenor is est: *(Lásd a győri káptalannak 1475 jan. 29-én kelt oklevelét 296. sz. a.)*

Unde nos tenorem prescriptarum literarum dicti capituli Jauriensis de verbo ad verbum presentibus literis nostris patentibus transsumpmi et transscribi faciendo eisdem Johanni et Oswaldo de Rozgon duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Bude, quinquagesimo primo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Eredetije vízfoltos papiron, hátára nyomott pecsét nyomaival, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 17643. jelzet alatt.

314.

Buda, 1478 deczember 2. Gúthi Ország Mihály nádor a székesfehérvári káptalannak 1471 május 5-én kelt oklevelét átírja.

Nos Michael Orzag de Guth regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod cum in

causa inter magnificos Emericum banum ac Nicolaum et Osualdum de Hederwara, ut actores, ab una, ac inter Ladislaum de Marczalÿ, velut in causam attractum, partibus ab altera in presentibus octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* coram nobis mota et vertenti Johannes de Mere, legittimus procurator ipsius Ladislai de Marczalÿ in causam attracti in persona eiusdem quasdam literas capituli ecclesie Albensis impignoraticias in pergameno privilegialiter confectas coram nobis in iudicio exhibuisset, mox Johannes de Thewlge legitimus procurator prefatorum actorum exurgens, paria earundem in transscripto literarum nostrarum patencium per nos eisdem actoribus dari postulavit ad cautelam. Quarum tenor talis est: *(Lásd a fehérvári káptalan 1471 május 5-én kiadott oklevelét 276. sz. a.)*

Unde nos tenorem prescriptarum literarum antefati capituli Albensis impignoraticiarum privilegialiter confectarum de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus literis nostris patentibus transsumpmi et transscribi facientes prefatis Emerico bano ac Nicolao et Osualdo de Hederwara actoribus duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Bude, quinquagesimo octavo die octavarum festi beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 30.

315.

1479 november 22. A pozsonyi káptalan előtt Csóka Orbán felesége, Zámolyi Ilona az Erős Mikó örököse, Diószegi Gellért özvegye Erzsébet után megillető hitbér, jegyajándék és egyéb követeléseiről Bibi Györgyöt és fiait nyugtatja.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod nobilis domina Elena vocata consors Urbani *Choka* de Rethe, filia olim Ladislai de Zamol pro se et pro Ladislao filio condam Nicolai de eadem Zamol, necnon pro Petro fratre suo carnali, filio videlicet dicti domini Ladislai de Zamol, onera et quelibet gravamina eorundem aliorumque

omnium utriusque sexus heredum fratrum, consanguineorum et proximorum suorum super se accipiens coram nobis personaliter constituta vive vocis oraculo sponte et libere confessa extitit in hunc modum, quomodo ipsa de et super dotibus et rebus paraffernalibus, iuribusque suis ipsam post condam nobilem dominam Elÿzabet vocatam heredem condam Miko *Erews* vocati de dicta Zamol, consortem condam Gerardi de Dÿozeg concernentibus in eadem Dÿozeg habitis, eidemque inde provenire debentibus, necnon accionibus et acquisicionibus suis exinde emergentibus universis nobilem Georgium de Bib et de Chepen, necnon Blasium et Lucam filios eiusdem Georgii eorumque heredes et posteritates universos percepta prius ab eisdem pro pretactis iuribus suis, uti eadem domina Elena nobis retulit, plenaria ac omnimoda satisfaccione quittos et expeditos reddidisset et commisisset absolutosque ac modis omnibus satisfactos, ymmo dicta domina Elena reddidit et commisit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediantibus. Datum in festo beate Cecilie virginis et martyris, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 100, Nr. 7. jelzés alatt.

316.

Buda, 1479 november 30. Báthori István országbíró a győri káptalannak Hédervári Pál ügyvéde Chaffordi Pál kérésére megparancsolja, hogy Hédervári Ozsvátot, mivel három idézésre nem jelent meg, három vásáros kikiáltással idézze meg oklevelei bemutatása és bírsága kifizetése végett.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis in octavis festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* unacum regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria constitutis et existentibus Paulus de Chafford pro egregio Paulo de Hederwara cum procura-

toriis litteris vestris in nostram veniendo presenciam exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam vestram relatoriam et aliam nostram superinde iudicialem, ambas clause emanatas nobis presentavit, quarum prime videlicet littere vestre relatorie tenor talis est: *(Lásd a győri káptalan 1478 szeptember 25-iki jelentését a királyi parancscsal együtt. 311. sz. a.).*

Alterius vero scilicet littere nostre iudicialÿs tenor verbalis hic est: *(Lásd Báthori István országbíró 1478 november 21-én kelt oklevelét 312. sz. a.).*

Quibus presentatis idem Paulus de Chafford legittimus procurator dicti Pauli de Hederwara actoris, in persona eiusdem allegavit eo modo, quomodo idem actor prefatum Oswaldum de dicta Hederwara, in causam attractum contra se ad premissa in tribus foris conprovincialibus legittime proclamari facere vellet iure admittente. Et quia allegacio dicti procuratoris antefati actoris iusta et iuri consona fore videbatur, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius, filius Johannis de Zap vel Philipus de eadem aut Michael Ponÿa de Baar, sin Oswaldus Farkas de Gerghchoka sew Augustinus de Gwthakarcha, sive Ladislaus de dicta Baar, aliis absentibus homo regius prefatum Oswaldum de sepe fata Hederwara contra annotatum Paulum actorem pretactas litteras et litteralia sua instrumenta exhibiturum ac de iudiciis novem marcarum nobis et parti adverse satisfacturum ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas *(máj. 1.)* in tribus foris conprovincialibus publice et manifeste nostram faciat proclamari in presenciam, insinuans ibidem eidem, ut si venerit, prescriptasque litteras et litteralia sua instrumenta exhibuerit ac de iudiciis novem marcarum nobis et parti adverse satisfecerit, bene quidem; alioquin non obstante ipsius absencia et rebellione finem debitum et indilatum faciemus causa in premissa, prout dictabit ordo iuris et post hec huiusmodi trine forensis proclamacionis seriem cum nomine proclamati, ut fuerit expediens, octavas ad easdem dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude predicta, quinquagesimo

sexto die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Kivül: Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis pro egregio Paulo de Hederwara contra Oswaldum de eadem Hederwara ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas proclamatoria.

Egykorú jegyzet: Homo regius Georgius, filius Johannis de Zap, capituli Blasius presbiter de Jaurino. Proclamacio facta est feria quinta proxima post festum beati Ambrosii episcopi proxime preteritum *(ápr. 6.)* in Sancto Martino, tandem sabbato inmediate sequenti *(ápr. 8.)* in civitate episcopali Jauriensi, postremo feria tercia statim sequenti *(ápr. 11.)* in civitate nostra Jauriensi tribus scilicet foris ebdomadalibus sive provincialibus in eisdem celebratis Osualdum de Hedrehwara contra Paulum de eadem ad octavas festi beati Georgii martyris. *(máj. 1.)* Datum sexto die diei ultime proclamacionis 1480. *(ápr. 16.)*

Eredetije papiron, két zárópecsét töredékével, fasc. 26, Nr. 1. jelzet alatt.

317.

1480 április 16. A győri káptalan Mátyás királynak jelenti, hogy Báthori István országbíró parancsára Hédervári Ozsvátot három vásáros kikiáltással Hédervári Pál ellen királyi személyes jelenlét bírósága elé idézte oklevelei bemutatására és birsága megfizetésére.

Serenissimo principi domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum gracioso capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Literas trine forensis proclamacionis viri magnifici domini comitis Stephani de Bathor, iudicis curie vestre Bude quinquagesimo sexto die octavarum festi beati Michaelis archangeli de anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono preterito *(1479 nov. 30.)* [1] celebratarum pro egregio Paulo de Hedrehwara contra Osualdum de eadem Hedrehwara datas et emanatas, nobisque amicabiliter loquentes, honore et reverencia, quibus decuit, recepimus, iuxta quarum continenciam unacum Georgio, filio Johannis de Zap, homine vestro in eisdem

[1] L. 316. sz. a.

literis trine forensis proclamacionis conscripto nostrum hominem, videlicet discretum Blasium presbiterum de civitate nostra Jauriensi rectorem altaris sanctarum Trium Mariarum fundati in dicta ecclesia nostra ad contenta earumdem literarum trine forensis proclamacionis peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod prenominatus Georgius homo vester, presente eodem nostro testimonio feria quinta proxima post festum beati Ambrosii episcopi proxime transactum *(1480 ápr. 6.)* in oppido Alsok, alio nomine Zenthmarton vocato, tandem sabbato ipsam feriam quintam immediate sequenti *(1480 ápr. 8.)* in civitate episcopali Jauriensi, postremo autem feria tercia proxima post ipsum diem sabbati *(1480 ápr. 11.)* in civitate nostra Jauriensi, diebus scilicet post sese affuturis, tribus scilicet foris ebdomadalibus sive comprovincialibus in eisdem oppido et civitatibus celebrari solitis memoratum Osualdum de dicta Hedrehwara contra annotatum Paulum de eadem Hedrehwara literas et literalia sua instrumenta in eisdem literis trine forensis proclamacionis contentas et expressata exhibiturum ac de iudiciis novem marcarum ipsi domino comiti Stephano et parti adverse satisfacturum ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas *(máj. 1.)* publice et manifeste vestram fecisset proclamari in presenciam; insinuasset ibidem eidem, ut si vestram in presenciam venerit et dictas literas et literalia instrumenta sua exhibuerit, ac de iudiciis novem marcarum ipsi domino comiti Stephano et parti adverse satisfecerit, bene quidem; alioquin non obstante ipsius Osualdi absencia et rebellione, finem debitum et indilatum ipse dominus comes Stephanus faciet causa in premissa, prout dictabit ordo iuris. Datum sexto die ultimi diei proclamacionis premisse, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Kívül: Domino regi pro Osualdo de Hedrehvara contra egregium Paulum de eadem Hedrehwara ad octavas festi beati Georgii martyris *(máj. 1.)* nunc venturas trine forensis proclamacionis par.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel, fasc. 106, Nr. 4. jelzet alatt.

318.

Buda, 1481 június 28. Báthori István országbíró előtt Hédervári Miklós, pestmegyei zamari birtokrészét, Kisbán Bálint budai polgárnak, 210 aranyforintért eladja.

Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod magnificus Nicolaus de Hederwara onus et gravamen Laurencii filii sui ad infra scripta firmiter observanda in se assummendo coram nobis personaliter constitutus, est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis et dicti filii sui arduis necessitatibus expediendis totalem porcionem suam filiique sui antedicti in predio Zamar vocato in comitatu Pestiensi existenti habitam, simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem de iure spectantibus et pertinere debentibus sub eisdem veris et antiquis limitibus, quibus ipse hactenus ac condam magnificus Emericus de Hederwara frater ipsius carnalis possedisset, circumspecto Valentino Kÿsban civi et inhabitatori civitatis Budensis ipsiusque heredibus universis pro ducentis et decem florenis auri dedisset, vendidisset et inscripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nil iuris nilve proprietatis et dominii pro se et suis heredibus predio in eodem reservando, sed totum et omne ius omnemve iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipse et filius eiusdem in predicto predio hucusque qualitercunque habuissent vel se in futurum habere sperarent, in prefatum Valentinum Kÿsban et eiusdem successores universos transtulisset pleno iure; immo dedit, vendidit et inscripsit, omnemve iuris proprietatem dicte totalis porcionis sue et dicti filii sui predio in prenominato habiti in eundem Valentinum Kÿsban et suos heredes transtulit coram nobis harum nostrarum, quibus sigillum nostrum autenticum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude in

vigilia festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

Eredetije hártyán, zöld és rózsaszinü selyemsodratról függő pecséttöredékkel, fasc. 4, Nr. 33.

319.

1481 szeptember 25. A győri káptalan I. Mátyás királynak jelenti, hogy Báthori István országbíró meghagyása folytán Héder-vári Miklós részére, a pozsonymegyei Vöröskő vára elfoglalásának kielégítési ügyében, Bazini Gróf Jánost és Zsigmondot megidéztette.

Serenissimo principi domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum gracioso capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum cum perpetua fidelitate. Literas magnifici comitis Stephani de Bathor, iudicis curie vestre evocatorias nobis directas honore, quo decuit, recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Jauriensis comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis quadragesimo tercio die octavarum festi beati Georgii martyris *(jún. 12.)* unacum regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria constitutis et existentibus magnificus Nicolaus de Hederwara nostram veniendo in presenciam exhibicionem literarum magnifici condam domini comitis Ladislai de Palocz alias similiter iudicis curie regie adiudicatoriarum sentencionalium, hic Bude sexagesimo quarto die octavarum festi Epiphaniarum domini in anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto *(1464 márcz. 16.)* transacto preteriti emanatarum racione et pretextu minus iuste et indebite ac potenciarie occupacionis castri sui *Wereskew* vocati in comitatu Posoniensi existentis habiti alias per magnificos condam Georgium Groff de Bozÿn ac Johannem et Sigismundum filios eiusdem facte, eosdem condam Georgium Groff ac Johannem et Sigismundum in factis potencie et sentenciis capitalibus, ex eoque in amissione universorum iurium possessionariorum rerumque et bonorum ipsorum

quorumlibet in duabus iudiciariis in tercia vero partibus ipsius Nicolai, partis scilicet adverse, manibus devolvendorum, prout et quemadmodum hoc et id series et continencia dictarum literarum prefati domini comitis Ladislai adiudicatoriarum, sentencionalium exinde confectarum clarius declarant et exprimunt, convictos et agravatos fore declarando allegavit eo modo, quomodo ipse propter diversa impedimenta prescriptas literas sentencionales effectui mancipare nequivisset, per ipsos autem Johannem et Sigismundum Groff super premisso onere sentencionali nullo sibi hucusque satisfaccio impensa extitisset; unde si iuri consonaret et equitati videretur, extunc ipse eosdem Johannem et Sigismundum Groff contra se legittime evocari facere vellet. Et quia allegacio ipsius Nicolai de Hederwara iusta et iuri consona, iidemque Johannes et Sigismundus Groff ad deponendum prescriptum onus sentencionale contra prefatum Nicolaum evocandi fore videbantur, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes de *Werthes,* aut Osualdus, vel Matheus, sin Thomas de Erken, sew Franciscus de Bewn, sive Andreas de Nema, aliis (absentibus) homo regius memoratos Johannem et Sigismundum Groff de Bozÿn contra annotatum Nicolaum de Hederwara pretactum onus sentencionale ad deponendum ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas *(okt. 6.)* regiam evocet in presenciam, et post hec huiusmodi evocacionis seriem cum evocatorum nominibus, ut fuerit expediens, octavas ad easdem dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, predicto quarto die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. *(1481 jún. 15.)*

Unde nos amicabilibus peticionibus prefati comitis Stephani iudicis curie vestre satisfacere volentes, ut tenemur, unacum prefato Francisco de Bewn homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum Ambrosium presbiterum de Wnÿan, rectorem prebende misse defunctorum in dicta ecclesia nostra habite, ad premissam evocacionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retule-

runt eo modo, quomodo ipsi in vigilia festi beati Mathei apostoli et ewangeliste *(1481 szept. 20.)* proxime preteriti ad possessionem prenominatorum Johannis et Sigismundi Groff de Bozÿn Zenthmiklos vocata(m) accessissent, ubi idem Franciscus homo vester presente ipso nostro testimonio eosdem [Johannem] et Sigismundum Groff in eadem possessione eorum Zenthmiklos contra annotatum Nicolaum de Hederwara ad deponendum pretactum [onus] sentencionale ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* proxime venturas vestram evocasset in presenciam. Datum sexto die diei evocacionis premisse, anno domini supradicto.

Kívül: Domino regi pro magnifico Nicolao de Hederwara contra magnificos Johannem et Sigismundum Groff de Bozÿn ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)*. Evocacionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 34.

320.

1481. Ország Mihály nádor meghagyja a székesfehérvári káptalannak, hogy Hédervári Imre özvegye Borbála és leánya Dorottya ellen Ozora vár felének elfoglalása ügyében Hédervári Miklóst idézze meg.

Fordítva a Viczay Ádám által Eszterházy Pál nádornak átadott oklevelekről 1698. felvett latin nyelvű regestából. Nr. 24. — Fasc. 52. Nr. 41.

321.

1482 február 8. A győri káptalan előtt, Hédervári Pál családi birtokainak vejei, Marczaly László s Szemere Imre részére történt föltételes átengedését visszavonja és azoknak bármi módon eszközlendő használata ellen tiltakozik.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius Paulus de Hedrehwara ad nostram personaliter veniendo presenciam nobis per modum protestacionis et reclamacionis ac prohibicionis curavit significare et protestatus extitit in hunc modum, quod quamvis ipse alias super porcionibus et iuribus possessionariis suis in possessionibus Zamol, Wÿfalw, Ladomer, Chanad, Zenthpal, Dwna-

zegh, Aswan, Olthwa, Radwan, utraque Medwe, Zabadÿ, Zÿgheth, Etthewen et Hedrehwara predicta in Jauriensi, necnon Nowak in Mosoniensi, ac Selÿ, Darno, Lÿpolthfalwa, Remethe, Wamosbodak, Gewlwes in Posoniensi, item Dobron in Wesprimiensi ac Aborgatha, Stren, Chakan, Lak, Zenthkwth, Salman, Zombathfalw et Bÿkes in Castriferrei comitatibus existentibus habitis sub certo titulo ad nonnullas promissiones et pollicitaciones egregiorum Ladislai Marczalÿ de Marczalÿ et Emerici Zemere de Pakws per eosdem superinde ipsi Paulo factas eisdem Ladislao et Emerico certam fecerit fassionem, tamen ipsi Ladislaus et Emericus, postquam, ut ipse Paulus de dicta Hedrehwara super prescriptis suis porcionibus et iuribus possessionariis eisdem Ladislao et Emerico prescriptam fassionem fecisset, prescriptarum eorum promissionum et pollicitacionum immemores huiusmodi eorum promissiones et pollicitaciones per ipsos predicto Paulo de dicta Hedrehwara superinde factas eidem Paulo minime adimplevissent et observassent, ob hoc ipse Paulus ex [premissa] causa et aliis ex causis ac racionibus omnes et singulas fassiones suas per ipsum Paulum sub quocunque titulo et in quibuscunque locis testimonialibus super prescriptis porcionibus et iuribus possessionariis suis in prescriptis possessionibus habitis et existentibus preallegatis Ladislao et Emerico quoquomodo factas revocasset, reclamasset et retractasset, ÿmmo revocavit, reclamavit et retractavit coram nobis. Factaque huiusmodi revocacione preallegatus Paulus eosdem Ladislaum et Emericum et alios quoslibet ab usu, occupacione, detencione et conservacione prescriptarum porcionum possessionariarum, sibi ipsisque appropriacione et statuifaccione, fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione, seque in dominium eorundem intromissione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beate Dorothee virginis, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 4, Nr. 35.

322.

Buda, 1482 márczius 18. Báthori István országbíró bizonyságlevele arról, hogy Hédervári Miklós Hédervári Imre özvegyével, Borbálával a hitbért és jegyajándékot s ennek leányával, Dorottyával a leánynegyedet illetőleg megegyeztek.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus, quod Marcus de *Megyes* pro magnifico Nicolao de Hederwara cum procuratoriis litteris regalibus iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum ac capituli ecclesie Budensis amonitoriarum, prohibitoriarum et evocatoriarum in octavis festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* in figura nostri iudicii comparendo contra generosas dominam Barbaram relictam et puellam, Dorotheam, filiam condam magnifici Emerici de eadem Hederwara easdem litteras dicti capituli Budensis amonitorias, prohibitorias, et evocatorias prefato domino nostro regi ad amicabilem litteratoriam nostram peticionem rescriptas, tenoremque litterarum nostrarum Bude feria sexta proxima post festum beate Margarethe virginis et martyris in anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo transacto preteritum *(1480 júl. 14.)* emanatarum verbaliter in se habentes, asserens accionem et proposicionem dicti actoris litteris contineri in eisdem, nobis presentavit declarando, quod in persona dicti Nicolai de Hederwara actoris die et loco in predictis nobis dictum extitisset, quomodo ipse prefatis domine Barbare relicte ac puelle Dorothee, filie condam magnifici Emerici de eadem Hederwara, fratris scilicet ipsius actoris carnalis de et super dote et rebus paraffernalibus eiusdem domine Barbare ac quarta puellari ipsius puelle Dorothee eisdem de universis bonis et iuribus possessionariis dicti condam Emerici de Hederwara iuxta regni consuetudinem provenire debentibus [plenariam] et omnimodam satisfaccionem impendere, eademque iura possessionaria ad se recipere promptus esset et paratus lege regni requirente. Super quo amiciciam prefati capituli Budensis litteratorie pecierimus diligenter, quatenus

ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente homo regius infra declarandus prefatas dominam Barbaram ac puellam Dorotheam accedendo amoneret easdem, diceretque et committeret eisdem verbo regio, ut ipsa domina Barbara dictas dotem et res paraffernales, eademque puella Dorothea quartam puellarem suas ad se recipere, eademque iura possessionaria eidem actori pacifice et quiete remittere deberent et tenerentur; que si facerent, bene quidem; alioquin prohiberet easdem ab ulteriori detencione et conservacione dictorum iurium possessionariorum et nichilominus evocaret easdem contra annotatum actorem regiam in presenciam ad terminum competentem racionem de premissis reddituras, et post hec huiusmodi amonicionis, prohibicionis et evocacionis seriem cum nominibus evocatarum terminoque assignato, ut fieret expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Budensis prenotatum.

Ipsum itaque capitulum peticionibus nostris acquiescendo unacum Dominico Dobozy de Pewkewd, homine regie serenitatis ipsorum hominem videlicet discretum Clementem presbiterum, rectorem altaris beati Andree apostoli in dicta ecclesia ipsius capituli fundati ad premissa fideliter peragenda ipsorum pro testimonio fide dignum duxissent destinandum, qui tandem exinde ad ipsum capitulum reversi eidem conformiter retulissent eo modo, quomodo ipsi feria secunda proxima post festum Divisionis apostolorum proxime tunc preteritum *(1480 júl. 17.)* ad opidum Ozora accedendo, ubi ipsas dominam Barbaram et puellam Dorotheam personaliter repertas, idem homo regie serenitatis dicto ipsorum testimonio presente amonuisset, dixissetque et commisisset eisdem verbo regio, ut ipsa domina Barbara dictas dotem et res paraffernales, ipsaque puella Dorothea quartam puellarem suas ad se recipere, eademque iura possessionaria ipsi actori pacifice et quiete remittere deberent et tenerentur, prohibuissetque easdem ab ulteriori detencione et conservacione dictorum iurium possessionariorum et nichilominus ibidem et eodem die easdem dominam Barbaram et puellam Dorotheam contra annotatum actorem ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas *(okt. 6.)* regiam evocasset in presenciam racionem de

premissis reddituras. A quibusquidem octavis festi beati Michaelis archangeli causa parcium prescripta partes inter easdem seriebus litterarum nostrarum prorogatoriarum ventilata ad presentes octavas festi Epiphaniarum domini *(jan. 13.)* prescriptas prorogative devenisset, quibus instantibus prefatus Marcus de Megyes, procurator annotati actoris in persona eiusdem presente eciam ibidem et audiente Johanne de Thewlgye, qui pro prefatis domina Barbara cum procuratoriis conventus ecclesie Cruciferorum de Alba et puella Dorothea in causam attractis cum revisionalibus litteris palatinalibus astabat prefato actori causa in premissa per nos iudicium et iusticiam preberi postulavit. Quibus sic habitis et perceptis, cum nos partes inter easdem causa in premissa iudicium et iusticiam ac finalem deliberacionem facere voluissemus, mox prefati procuratores parcium iam dictarum nominibus et in personis parcium preallegatarum ipsas partes in premissis ad pacis reformacionem per nos transmitti postularunt. Cumque easdem ad ipsius pacis reconciliacionem favorabiliter admisissemus, tandem annotatus Nicolaus de Hederwara actor personaliter ab una et Johannes de Thewlgye legittimus procurator memoratarum domine Barbare et puelle Dorothee in causam attractarum ab altera partibus in nostram regressi presenciam et causa in predicta se hoc ordine per omnia concordasse recitarunt. Quod licet inter ipsas partes racione et pretextu prescriptarum dotis et rerum paraffernalium antefate domine Barbare relicte ac quarte puellaris dicte puelle Dorothee, filie antefati condam Emerici de Hederwara, fratris ipsius Nicolai [actoris de] eisdem universis bonis et iuribus possessionariis dicti condam Emerici de Hederwara ubilibet habitis iuxta regni consuetudinem proveniencium premisse lites necnon et alie differencie et controversionis materie exorte fuerint ac suscitate diuciusque ventilate extiterint, tamen ipse partes tum matura in se deliberacione prehabita, tumencia plurimorum proborum hominum, signanter reverendi domini Dominici prepositi ecclesie Albensis ac magnifici Andree de Bathor fratris nostri carissimi, item egregiorum magistrorum Johannis de Korothna, palatinalis et Stephani de Hashagh nostri prothonotariorum pro pace inter eas diwcius laborancium ordinativa

atque amicabili composicione interveniente ad pacis unionem devenissent, ymmo devenerunt, concordaruntque et unite in premissis extiterunt nostro in conspectu tali modo quod primo annotatus Nicolaus de Hederwara directam et equalem medietatem totalium opidi Ozora ac possessionum Bozyas, Debrenthe, Marthon, Felsewmaysa, Alsomaysa, Zokol, Endred, Thotfalw, Igar, et Gerenas, sed et prediorum Angh et Bogath, pertinencie scilicet castri Ozora, item similiter opidi Thamasy, Thengelycz, Kospa, Zempche, Gonozd, Megyesyrewgh, Inoka, Bak, Remethe, Kana, Thengewld, Ewsy, Naghcheh, Kyscheh, Meen et Iregh, pertinenciarum videlicet castri Thamasy, totalesque domum et curiam in dicto opido Thamasy habitas ac modo simili directam medietatem opidi Thethen vocatorum, necnon tributorum in dictis Ozora et Thamasy opidis exigi solitorum ac molendinorum in eisdem habitorum porcionem, utputa memorati condam Emerici de Hederwara, domini et mariti eiusdem domine Barbare ac patris ipsius puelle Dorothee opidis et possessionibus in predictis habitam, simulcum domo et curia ac orto earundem ipsius Nicolai de Hederwara propriis in pretacto opido Ozora habitis, quas scilicet alias condam generosa domina, mater ipsius Nicolai pro se construi fecisset, aliisque cunctis utilitatibus et pertinenciis eiusdem directe medietatis, quibus videlicet prelibatus condam Emericus de Hederwara vivente eandem medietatem dictorum opidorum, possessionum et prediorum possedisset dempta tantummodo vinea ipsius Nicolai supra prescriptas domum et curiam in eodem opido Ozora habitas adiacente prenominatis domine Barbare et puelle Dorothee pro predictis dote et rebus paraffernalibus ipsius domine Barbare ac quarta puellari antedicte puelle Dorothee dedisset, annuisset, inscripsisset et reliquisset pacifice tenendam et possidendam, tali tamen condicione interposita, quod dum temporum in processu annotatas dominam, Barbaram et puellam Dorotheam, filiam eiusdem ritu sancte Romane ecclesie federe matrimoniali iungi contingeret, extunc ipse Nicolaus de Hederwara prefatis domine Barbare de predictis dote et rebus paraffernalibus et puelle Dorothee quarta puellari ipsarum iuxta regni consuetudinem plenariam et omnimodam satisfaccionem impen-

dere, prenominateque domina Barbara et puella Dorothea ab ipsis Nicolao de Hederwara easdem dotem et res paraffernales ac quartam puellarem levare, prescriptamque directam medietatem dictorum opidorum, possessionum et prediorum, tributorumque et molendinorum, necnon domos et curias predictas, simulcum cunctis earum et eorundem utilitatibus prefato Nicolao vel eius heredibus absque omni difficultate et licium processibus remittere et resignare deberent et tenerentur. Et quod annotate domina Barbara et puella Dorothea super populos et iobagiones ipsarum in predicta directa medietate dictorum opidorum et possessionum, modo, quo supra, per ipsum Nicolaum de Hederwara eisdem domine et puelle data et inscripta, residentes non alias, nisi dum et quando ipse Nicolaus super iobagiones suos taxam extraordinariam imponeret, eo modo et non stric(c)ius sive acrius imponi et exigi facere possent et haberent potestatis facultatem. E converso prefatus Johannes de Thewlgye nominibus et in personis antefatarum domine Barbare et puelle Dorothee autoritate procuratoria prenotata prescripta castra Ozora et Thamasy, necnon Posegawar et alias universas possessiones ac porciones et quelibet iura possessionaria ubilibet et in quibuscumque comitatibus et provinciis existentes, habitas et adiacencia, quas scilicet et que antea prenominatus condam Emericus de Hederwara tenuisset et usus fuisset, simulcum domo et curia in prenominato opido Thethen habitis et aliis cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad easdem et eadem de iure pertinere debentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, signanter arcubus, pixidibus, bombardis et generaliter quorumlibet ingeniorum generibus ad predicta castra attinentibus prenominato Nicolao de Hederwara et suis posteris universis reliquisset possidenda, pariter et habenda, hoc specialiter declarato, quod dum temporis in eventu prefata puella Dorothea post tempus sue maritacionis vel ante si quid iuris vel questionis ultra quam pretactam quartam puellarem in dictis iuribus possessionariis sepefati condam Emerici de Hederwara patris sui se habere speraverit, id eadem puella Dorothea ab ipso Nicolao vel eius heredibus iuxta consuetudinem regni requirere valeret atque posset. Insuper eedem

partes sese mutuo et alternatim de et super universis causis, litibus, causarumque et licium processibus, necnon dampnis, iniuriis, nocumentis, actibus potenciariis et generaliter quorumlibet malorum generibus, hucusque per ipsas partes sibi invicem qualitercumque et quandocumque patratis et commissis quitos reddidissent et expeditos, universas quoque litteras causales, puta inquisitorias, amonitorias, prohibitorias, protestatorias, evocatorias et insinuatorias ac alias quaslibet sub quibuscumque verborum formis coram quovis iudice et iusticiario regni hactenus per easdem partes contra alterutrum confectas et emanari procuratas, vanas, cassas et viribus destitutas reliquissent et commisissent, ymmo absolutos commiserunt, dictasque litteras mortuas ac exhibitoribus earundem nocituras reliquerunt coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum Bude predicta, feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 108 Nr. 3. jelzet alatt.

323.

Buda, 1482 november 16. I. Mátyás király előtt Nagylúcsei Orbán győri püspök és kincstárnok és testvére Balázs, a maguk és testvérük, János, továbbá Balázs és János gyermekei, valamint Ferencz nevében is kijelentik, hogy mindazon jogokat, a melyeket Hédervári Pál és Pakosi Zemere Imre különböző felvallása révén Hédervári Pál birtokain birtak, Hédervári Miklósnak és Ozsvátnak visszaadják; viszont Hédervári Miklós és Ozsvát Radvány birtokukat és Kalach erdő felét örök birtokul nekik adják.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fideles nostri, reverendus dominus Urbanus, electus et confirmatus ecclesie Jauriensis, thesaurarius nostre maiestatis, et egregius Blasius de Naghlwche, frater eiusdem carnalis ab una, item magnificus Nicolaus, filius condam magnificÿ Laurencii palatini, et egregius Osualdus de Hederehwara ab alia, partibus coram nostra personali presencia personaliter constituti, iidem eciam dominus Urbanus

electus, et Blasius de Naghluche, egregii Johannis de eadem Naghluche, fratris ipsorum carnalis ac Ladislai filii et nobilis puelle Elene, filie ipsius Blasii, necnon Damiani, Clementis, Urbani et Thome filiorum, puellarumque Ursule et Katherine filiarum dicti Johannis et Franciscÿ, filii condam Benedicti de Naghlwche dicta, dictus vero Nicolaus de Hedrehwara Laurencii filii sui, predictus siquidem Osualdus de eadem Hedrehwara Francisci, Johannis, Stephani et Ladislai filiorum suorum, insuperque eedem utreque partes omnium aliorum fratrum proximorum et consanguineorum suorum onera et cuncta gravamina in subnotandis, super se assumendo, per ipsos dominum Urbanum electum et Blasium de Naghlwche sponte confessum extitit et relatum in hunc modum, quod licet ipsi ac dictus Johannes, frater ipsorum in possessionibus Zamolÿ, Ladomeer, Chanad, Zenthpal, Dunazeg, Aswan, Olthwa, Zigeth, Ewthwen, Hedrehwara predicta, necnon Radwan, utrisque Medwe ac Wÿfalw et Zabadi vocatis in Jauriensi, Nowak in Mosoniensi, Selÿ, Darno, Lipolthfalwa, Remethe, Wamos Bodak et Gilvecz in Posoniensi, Dobron in Wesprimiensi, Aborgatha, Streen, Chakan, Lak, Zenthkwth, Salman, Zombathfalw et Bÿkes in Castriferrei comitatibus existentibus, vigoribus diversarum fassionum egregiorum Pauli de dicta Hedrehwara ac Emerici Zemere de Pakos per eosdem ipsis et dicto Johanni, fratri ipsorum in diversis terminis superinde factarum, literarumque fassionalium exinde confectarum tam inpignoraticium, quam eciam aliud certum ius aquisitum habuerunt, tamen ipsi, scilicet dominus Urbanus electus et Blasius de Naghlwche matura in animabus eorum deliberacione prehabita pro bonis et honestis respectibus, quos ipsi circa prefatos Nicolaum et Osualdum de Hedrehwara gererent et haberent, totum et omne ius ipsorum et dicti Johannis, fratris . . . . . ipsorumque Blasii et Johannis heredum, tam impignoraticium, quam aliud quodcumque, quod ipsi et dictus Johannes frater ipsorum vigore predictarum fassionum antefatorum Pauli de Hedrehwara et Emerici Zemere et aliis qualitercunque in pretactis possessionibus et aliis bonis dicti Pauli de Hedrehwara ubilibet habitis in toto vel in parte habuissent, et haberent, simulcum literis fassionalibus et aliis

superinde pro eorum et dicti Johannis, fratris ipsorum partibus, quovis modo confectis, eisdem Nicolao et Osualdo de Hedrehwara, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedissent, annuissent et relaxassent ac idem totum ius in eosdem Nicolaum et Osualdum de Hedrehwara, heredesque eorundem universos transtulissent, imo dederunt, annuerunt, relaxarunt et transtulerunt nostri in conspectu, nil pro se ipsis et dicto Johanni, fratri ipsorum, eorundemque Blasii et Johannis heredibus in iuribus in dictis possessionibus et aliis bonis prefati Pauli de Hedrehwara hactenus acquisitis reservando, sed eisdem penitus renunciando addiderunt. Nichilominus prefati Urbanus electus et Blasius de Naghlwche, quod si que ex ipsis literis fassionalibus et aliis usque modo confectis preter iam restitutas literas apud ipsos, aut dictum Johannem, fratrem eorum carnalem remanerent, vel aliqua cautela adinventa reservarentur, omnes tales litere predictis Nicolao et Osualdo de Hedrehwara non restitute pro ipsorum et dicti Johannis fratris eorum ac ipsorum Blasii et Johannis heredum partibus viribus earum permanerent destitute. E converso vero prefati Nicolaus et Osualdus de Hedrehwara personaliter in eorum ac predictorum filiorum ac aliorum fratrum proximorum et consanguineorum ipsorum personis, honeribus sub premissis in se ipsos assumptis in recompensam omnium premissorum et aliorum beneficiorum dicti domini Urbani electi pretactam totalem et integram possessionem ipsorum Radwan vocatam in dicto comitatu Jauriensi habitam, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, arundinetis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, pisciniis, lacubus, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, item directam et equalem medietatem silve ipsorum *Kalach* vocate, intra veras metas possessionis Zap nuncupate, in eodem comitatu Jauriensi existentis, habite demptis terris arabilibus, pratis, fenetis, aquis, piscinis et

fluvio Danubii ac piscaturis et aliis utilitatibus iuxta eandem silvam circumquaque adiacentibus quocumque nomine vocitatis memoratis domino Urbano electo et confirmato ac Blasio et Johanni de Naghlwche ipsorumque Blasii et Johannis heredibus ac posteritatibus universis dedissent, donassent, tradidissent et reliquissent, immo dederunt, donaverunt, tradiderunt et reliquerunt iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas coram nobis, nil iuris, nilque proprietatis pro se ac dictis filiis, fratribus et consanguineis ipsorum in eadem totali possessione Radwan et utilitatibus eiusdem, ac in pretacta directa medietate dicte silve ipsorum Kalach reservando, sed totum ius et omnem iuris atque dominii proprietatem, quod et quam ipsi ac dicti filii, fratres, proximi et consanguinei ipsorum habuissent et haberent in eisdem in prefatos dominum Urbanum, electum ac confirmatum, ac Blasium et Johannem de Naghlwche, eorumque Blasii et Johannis heredes universos transferendo pleno cum effectu harum nostrarum, quibus sigillum nostrum, quo in iudicatu utimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude, sabbato proximo post festum beati Briccii episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 91, Nr. 1. jelzet alatt.

324.

Buda, 1482 november 17. I. Mátyás király előtt néhai Hédervári Lőrincz nádor fia, Miklós és Hédervári Ozsvát, maguk és fiaik nevében vallják, hogy mivel Radván birtokot és Kalách erdő felét Orbán győri püspöknek, kincstárnoknak és testvéreinek, Nagylúcsei Balázsnak és Jánosnak adták, az ezeket illető okleveleket is átszolgáltatják.

Nos Mathias, dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie conmendamus per presentes, quod fideles nostri, magnificus Nicolaus, filius condam magnifici Laurencii palatini de Hedrehwara ac egregius Osualdus de eadem Hedrehwara coram nostra personali presencia personaliter constituti, idem eciam Nicolaus de Hedrehwara Laurencii filii sui, dictus

vero Osualdus de eadem Hedrehwara Francisci, Johannis, Stephani et Ladislai filiorum suorum aliorumque universorum fratrum, proximorum et consanguineorum ipsorum in subnotandis super se ipsos assumpmendo sponte confessi sunt in hunc modum, quod quia ipsi totalem et integram possessionem ipsorum Radwan vocatam in comitatu Jauriensi habitam simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet necnon directam et equalem medietatem silve ipsorum Kalach vocate, intra veras metas possessionis Zap in eodem comitatu Jauriensi existentis, habite, mediantibus aliis literis nostris fassionalibus superinde confectis ex racionibus in eisdem expressatis reverendo domino Urbano, electo et confirmato ecclesie Jauriensis thezaurario, dilecto et fideli nostro ac egregiis Blasio et Johanni de Naghlwche, fratribus eiusdem domini Urbani electi et confirmati carnalibus, ipsorumque Blasii et Johannis heredibus et posteritatibus universis, iure perpetuo et irrevocabiliter dedissent et tradidissent, ideo ipsi, scilicet Nicolaus et Osualdus de Hedrehwara universas literas, tam metales, quam alias, quascunque factum ipsius possessionis Radwan tangentes, quas ipsi haberent et quas a manibus egregii Pauli de dicta Hedrehwara, fratris eorum vel ab aliis quibusvis personis rehabere possent, dictis domino Urbano electo et confirmato ac Blasio et Johanni fratribus suis aut in specie assignare vel earum paria eisdem dare promisissent et assumpsissent, nostrique promiserunt et assumpserunt in conspectu tali condicione interserta, quod si quas ipsi ex pretactis literis factum dicte possessionis Radwan concernentibus dictis domino Urbano electo et fratribus suis assignare nollent vel non possent, extunc tales litere ipsis domino Urbano electo et fratribus eiusdem non assignate, pro parte ipsorum Nicolai et Osualdi de Hedrehwara ac filiorum, fratrum, proximorum et consanguineorum ipsorum viribus cariture habeantur eo facto. Insuperque ipsi scilicet Nicolaus et Osualdus de Hedrehwara, filiique ac fratres proximi et consanguinei ipsorum predictos dominum Urbanum electum et confirmatum ac fratres eiusdem, eorumque fratrum heredes et posteritates universos in pacifico dominio predictarum totalis possessionis Radwan et cunctarum utilitatum eiusdem,

necnon in medietate directa prefate silve ipsorum Kalach vocate contra quoslibet legittimos *(igy)* impetitores protegere, tueri et defensare deberent et tenerentur cum omnibus iuribus ac propriis eorum laboribus et expensis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, die dominica proxima post festum beati Briccii episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Lecta.

Eredetije hártyán, aljára nyomott pecsét töredékével, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 18721. jelzet alatt.

325.

1482 deczember 5. A győri káptalan előtt Hédervári Pál beleegyezik Hédervári Miklós és Ozsvát felvallásába, melynek értelmében Radvány birtokot és Kalach erdő felét Nagylucsei Orbán győri püspöknek és testvéreinek, Balázsnak és Jánosnak kezéhez bocsátották.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod egregius Paulus de Hedrehwara ad nostram personaliter veniendo presenciam sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse illas fassiones, quas magnificus Nicolaus, filius condam Laurencii palatini et egregius Oswaldus de predicta Hedrehwara, fratres scilicet sui condivisionales super possessione Radwan vocata, in comitatu Jauriensi existenti, ac medietate silve Kalach appellate, intra metas possessionis Zap nuncupate, in eodem comitatu Jauriensi habite, adiacentis reverendo domino Urbano, electo et confirmato preallegate ecclesie nostre ac egregiis Blasio et Johanni de Naghlwche, fratribus uterinis ipsius domini Urbani, electi et confirmati, fecissent presentibus et coram nobis comparentibus ipsis Nicolao et Oswaldo et fassionibus ipsius Pauli huiusmodi consencientibus ratas, gratas et firmas habuisset eisque fassionibus suum benivolum consensum pariter et assensum prebuisset, ymmo prebuit et consensit coram nobis, et nichilominus ipse Paulus omne ius suum et omnem iuris proprietatem, quod et quam ipse in prescripta posses-

sione Radwan et utilitatibus suis ac medietate predicte silve Kalach habuisset vel haberet, prefatis domino Urbano electo et confirmato, necnon Blasio et Johanni eorumdemque Blasii et Johannis heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda et habenda dedisset, donassetque et perpetue ascripsisset, ymmo dedit, donavit et ascripsit eisdem nostri in presencia, nichil iuris nilque proprietatis et dominii in prescripta possessione Radwan et utilitatibus suis ac predicta medietate silve Kalach sibi iam imposterum reservando, sed totum ius et omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam in iam fata possessione Radwan et medietate predicte silve Kalach habuisset et haberet, consencientibus predictis Nicolao et Oswaldo in preallegatos dominum Urbanum electum et confirmatum ac Blasium et Johannem ac eorumdem Blasii et Johannis heredes et posteritates universos pleno et efficacissimo iure transtulisset, ymmo transtulit coram nobis harum literarum nostrarum testimonio et vigore mediante. Datum feria quinta proxima ante festum beati Nicolai episcopi, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékeivel, fasc. 39, Nr. 1. alatt.

326.

Buda, 1483 márczius 26. Báthori István országbíró előtt Hédervári Lőrincz nádor fia, Miklós a Hédervári Pál birtokainak azon fele részét, melyet ő Marczali Lászlótól, kinek a kérdéses birtokokat Hédervári Pál 3000 arany forintért elzálogosította, visszaváltott, Hédervári Imre fia Miklós fiának, Ozsvátnak, a kiváltási árnak 1150 forinttal és Dobron nevű birtok átadásával való megtérítése fejében átengedi.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc., memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod magnificus Nicolaus filius condam domini Laurencii de Hedrehwara alias dicti regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum personaliter, onus vero et gravamen Laurencii filii sui in

subscriptis in se assumendo ab una, ac egregius Osualdus filius Nicolai filii Emerici de eadem Hedrehwara modo simili personaliter, onera eciam et quelibet gravamina Francisci, Johannis, Ladislai et Stephani filiorum suorum ad infrascripta firmiter observanda super se recipiendo ab alia partibus coram nobis constituti sunt confessi in hunc modum, quod licet idem Nicolaus filius Laurencii palatini illas directas et equales medietates totalium porcionum possessionariarum Pauli filii Georgii filii Michaelis de predicta Hedrehwara, fratris condivisionalis eorumdem in possessionibus Hedrehwara predicta ac Olthwa, Aswan, utraque Medwe, Zabadÿ, Wÿfalw, Zamol, Ladamer, Dwnazeg, Zenthpal, Chanad, Zÿgeth et Ethwen in Jauriensi, necnon Nowak in Mosoniensi, item Selÿ, Darno, Wamosbodak, Remethe, Lÿpolthfalwa, Gÿlwez in Posoniensi, preterea Streem, Zenthkwth, Salman, Bÿkes, Lak, Zombathfalwa, Chakan, Aborgatha in Castriferrei et Dobron vocatis in Wesprimiensi comitatibus existentibus habitas, a magnifico Ladislao de Marczalÿ alias eidem per antefatum Paulum filium Georgii filii Michaelis de Hedrehwara pro tribus millibus florenis auri vigore certarum literarum fassionalium obligatoriarum exinde confectarum titulo pignoris obligatas redimerit, eedemque porciones possessionarie, quemadmodum ipsum Nicolaum filium Laurencii palatini sic et eo modo antelatum Osualdum filium Nicolai, racione unius et eiusdem linee consanguineitatis, ad redimendum ac pro pignore sine alio quovis titulo ad se recipiendum et tenendum equali iure pertinere debuerint, racioneque earumdem directarum medietatum porcionum possessionariarum nonnulle differencie et dissensiones inter ipsos exorte fuerint et suscitate, tamen nunc ipsi tum matura superinde deliberacione in se prehabita, tum eciam plurimorum proborum hominum inter eos pro pace laborancium ordinativa composicione interveniente taliter in facto iam dictarum medietatum ipsarum porcionum possessionariarum concordassent et uniti extitissent, immo per omnia concordarunt nostro in conspectu, quod primo annotatus Osualdus filius Nicolai de Hedrehwara in sortem solucionis et omnimode satisfaccionis directe et equalis medietatis prescriptorum trium millium florenorum auri, utputa mille ac

centum et quinquaginta florenos auri prompta scilicet in pecunia prefato Nicolao filio Laurencii palatini dedisset et effective persolvisset, pro residuitate vero eorumdem trium millium florenorum, videlicet trecentis et quinquaginta florenis auri, totalem porcionem suam et dictorum filiorum suorum possessionariam in possessione Dobron predicta in pretacto comitatu Wesprimiensi existenti habitam simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, campis, silvis, nemoribus, vineis et vinearum promonthoriis, aquis, piscinis, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nomine vocitatis ad eandem porcionem possessionariam de iure spectantibus et pertinere debentibus sub hiisdem veris et antiquis limitacionibus, quibus eadem hactenus per ipsum Osualdum et suos predecessores tenta fuisset et possessa, memorato Nicolao filio Laurencii de Hedrehwara palatini, ipsiusve heredibus et posteritatibus universis dedisset, donasset et ascripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem sibi et filiis suis antedictis ac eorumdem posteris porcione ac possessione in eisdem reservando, sed totum et omne ius, omnemve iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipse Osualdus, filii quoque eiusdem predicti in eadem porcione sive possessione hucusque qualitercunque habuissent, vel se in futurum habere sperarent, in prelibatum Nicolaum filium Laurencii palatini et suos successores universos transtulisset pleno iure; assumpmens nichilominus prefatus Osualdus et obligans se et dictos suos filios oneribus sub premissis in se receptis, memoratum Nicolaum filium Laurencii palatini et heredes eiusdem cunctos temporibus semper successivis in pacifica possessione ac quieto dominio pretacte porcionis possessionarie contra quoslibet legittimos impetitores, causidicos et actores propriis suis laboribus et expensis tueri et conservare. Quod si facere non posset aut negligeret quoquomodo, extunc sepefatus Nicolaus filius Laurencii palatini vel sui proles, solum vigore presencium, in dominium alie porcionis possessionarie dicti Osualdi et filiorum ipsius pre-

dictorum, prefate porcioni possessionarie valore quantitate et fructuositate equivalentis similiter iure perhemnali condescendendi fructusque et utilitates eiusdem percipiendi valeret et haberet liberam potestatis facultatem. E converso vero prenominatus Nicolaus filius Laurencii palatini in recompensam premissorum directas et coequales medietates predictarum medietatum porcionum possessionariarum prefati Pauli filii Georgii filii Michaelis de Hedrehwara possessionibus in preallegatis habitarum per ipsum modo, quo supra, redemptarum, simulcum directa medietate castelli in dicta Hedrehwara habiti, dempta solummodo ipsa porcione possessionaria sive possessione Dobron iam, ut premissum est, per ipsum Osualdum ipsi Nicolao modo prenarrato tradita et perpetuata, eidem Osualdo, filiis quoque ipsius prenominatis, pacifice et sine omni litigionario processu remisisset et resignasset, ac eosdem in reale et pacificum dominium earumdem intromisisset; immo idem Osualdus dictos mille ac centum et quinquaginta florenos auri dedit, persolvit, dictam quoque porcionem possessionariam donavit, perpetuavit, sepefatus vero Nicolaus prescriptas medietates antedictarum medietatum ipsarum porcionum possessionariarum simulcum medietate castelli quiete remisit et resignavit coram nobis, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum autenticum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Annunciacionis gloriosissime virginis Marie, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

Eredetije hártyán, elveszett pecsétje zöld s rózsaszínű selyemsodratról függött, fasc. 5, Nr. 1. Még egy, papirosra írott, nyíltalakú eredeti példánya is van a levéltárban, egy megyei bírói átirata pedig 1591-ből az Országos levéltárban M. O. D. L. 2583. jelzés alatt.

327.

Buda, 1485 január 30. I. Mátyás király bizonyságlevele, mely szerint Nagylúcsei Orbán győri püspök és főkincstárnok a maga, továbbá testvérei Balázs és János, szintúgy Benedek fia Ferencz, nemkülönben Balázs fia László, valamint János gyermekei, Kelemen, Demjén, Orbán és Tamás, másrészről Hédervári Miklós, a

maga és gyermekei, Lőrincz, Ferencz és Katalin terheit magokra vévén kölcsönös olyan egyezségre léptek, hogy bármelyik fél kihalta után a lekötött birtokokat az esetleg még szerzendőkkel együtt a másik fél örökölje.

Nos Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod reverendo domino Urbano electo et confirmato ecclesie Jauriensis, sumpmo thesaurario nostro ab una, et magnifico Nicolao de Hedrehuara partibus ab alia, eodem domino Urbano electo et confirmato ecclesie Jauriensis predicte Blasii et Johannis de Naghluche carnalium ac Ladislai ipsius Blasii, necnon Clementis, Damiani, Urbani et Thome predicti Johannis et Francisci, filii quondam Benedicti de dicta Naghluche, patruelis fratrum suorum prefato vero Nicolao de Hedrehuara, Laurencii ac Francisci, filiorum et Catherine, filie suorum, si in infrascriptis contractibus persistere nollent, super se assumentibus et receptis, coram nostra personali presencia personaliter constitutis, per eosdem confessum et relatum extitit in hunc modum, quomodo ipsi considerantes et maturius in animo revolventes, quam iocunda, quamque utilis et posteris per futura existat hominibus, presertim seculi huius honore et dignitate prefulgentibus, si fratres et amicos habeat, quorum sit cor unum et anima una, fecissent et inivissent inter se ac fratres dicti domini Urbani et eorundem fratrum suorum ac prefati Nicolai filios ac filiam et heredes perpetue duraturam fraternitatis et amicicie unionem; et ut huiusmodi fraternitatis et amicicie unio et concordia firma semper et inviolabilis permaneret, eciam de castro ac villis, opidis, possessionibus et porcionibus possessionariis infrascriptis, que aput ipsos pacifice haberentur et in futurum dante domino habituri essent, talem inter se fecissent, prout coram eadem nostra personali presencia fecerunt confederacionem: quod si temporum in successu prefatus dominus Urbanus aut fratres eiusdem prescripti absque heredibus eorundem fratrum ab hac luce decedere contigerit, extunc castrum Rewÿsthÿe vocatum cum eiusdem pertinenciis in Borsodiensi, ac Kÿlÿthÿ, Chelesthew et Kondros possessiones in Posoniensi, ac Kempnic et Gezthencze pos-

sessiones porcioque possessionaria in possessione Galus vocata, habita in Mosoniensi, necnon possessio Zenthmÿklos ac porcio possessionaria in possessione Zenthiwan habita in Hewesiensi, ac similiter possessio *Kerekeghaz* et porcio possessionaria in possessione *Harazth* habita in Pesthiensi, item Nÿarasd, Kÿssaap et Radwan possessiones in Jauriensi, aliasque universas et quaslibet possessiones, porcionesque possessionarias eiusdem domini Urbani et fratrum eiusdem prescriptorum ubilibet et in quibuscunque comitatibus existentes et habitas simulcum cunctis eiusdem et earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad idem castrum possessionesque et porciones possessionarias prenotatas de iure spectantibus et pertinere debentibus in prefatum Nicolaum de Hedrehuara ac filios et filiam eiusdem prescriptos heredesque eorundem universos condescendi deberent et redundari; e converso vero, si temporum in eventu idem Nicolaus de Hedrehwara ac filii et filia eiusdem prescripti absque heredibus deficerent, extunc modo simili possessiones eiusdem Nicolai de Hedrehuara ac filiorum et filie eiusdem prescriptorum Genÿew, Saag, Thaap et Ewrs in dicto Jauriensi, ac Zenthmyklos in Wesprimiensi, necnon Keethel, Chazar, Koch, Chÿcho et Wÿgman in Comaromiensi, item in *Zygethkez*, Raro, Selke in predicto Jauriensi, et Arak in prescripto Mosoniensi comitatibus existentes et habite simulcum universis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad easdem possessiones de iure spectantibus et pertinere debentibus in prelibatum dominum Urbanum ac fratres eiusdem prescriptos et eorundem fratrum suorum heredes universos condescendi deberent et derivari. Voluerunt eciam partes prescripte, quod si qua parcium earundem in curriculo temporum castra, castella, oppida, villas, possessiones ac porciones possessionarias, tam a nostra maiestate, quam eciam empcionis vel impignoracionis titulis sibi ipsi impetrare sew appropriare posset atque valeret, extunc consimiliter huiusmodi castra, castella, oppida, ville, possessiones, sew porciones possessionarie talis partis decedentis in partem superviventem condescendi atque derivari valeat atque possit, *(igy)* ad quod se prelibati dominus Urbanus et Nicolaus de Hedrehuara personalibus eorum astanciis, idemque dominus Urba-

nus prescriptorum fratrum suorum, dictus vero Nicolaus de Hedrehuara filiorum et filie suorum prenominatorum oneribus modo premisso super se ipsos receptis spontanea obligarunt voluntate coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et auttentici sigilli nostri, quo in iudicio utimur, munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum Bude, die dominica proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Lecta.

Kívül idegen kézzel: Domine Jesu custodi, defende.

Eredetije hártyán, vörös, fehér és zöldszínű sodrott selyemzsinóron függő pecséttel, fasc. 91, Nr. 2. jelzet alatt.

328.

1486 július 4. Katalin, Hédervári Pál özvegye visszabocsátja Hédervári Ozsvátnak nála zálogban volt birtokait.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod generosa domina Katherina, relicta condam Pauli filii Georgii de Hedrehwara ad nostram personaliter veniens presenciam sponte confessa est in hunc modum, quomodo ipsa totales porciones possessionarias egregii Osualdi filii condam Nicolai de predicta Hedrehwara in possessionibus utraque Medwe et Dwnazegh in Jauriensi ac Lÿpothfalwa vocatis in Posoniensi comitatibus existentibus habitas, item quartam partem porcionis molendinarie intra metas possessionis Zelÿ vocate super fluvio *Fywdvna*[1] apellato existentis ac medietatem porcionis prati Pÿringer vocati intra metas possessionis *Zygeth* nuncupate in dicto comitatu Jauriensi existentis habitam per ipsum Osualdum vigore aliarum litterarum nostrarum impignoraticiarum superinde confectarum pro centum florenis auri puri usque tempus redempcionis earundem ipsi domine Katherine impignoratas, receptis prius et levatis per ipsam dominam Katherinam ab eodem Osualdo

[1] Fiú Duna; lehet azonban «sywdvna»-nak is olvasni.

prescriptis centum florenis auri puri, eidem Osualdo et suis heredibus pacifice possidendas remisisset et resignasset, prescriptasque litteras nostras impignoraticias superinde confectas vanas, cassas et inanes ac viribus carituras reliquisset, ymmo remisit, resignavit et reliquit coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria tercia proxima post festum Visitacionis beate Marie virginis, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét nyomaival, fasc. 5, Nr. 3.

329.

Buda, 1486 október 22. Báthori István országbíró, Bazini Gróf Zsigmondot és Jánost, kik az ellenük Hédervári Miklós által indított perben idézve nem jelentek meg, bírsággal sújtja.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc., damus pro memoria, quod Benedictus de Thormos pro magnifico Nicolao de Hederwara cum procuratoriis literis conventus ecclesie cruciferorum de Alba contra magnificos Johannem et Sigismundum Groff de Bozyn ab octavis festi beati Michaelis archangeli *(oct. 6.)* sedecim diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis capituli ecclesie Jauriensis evocatoriis contentis nostram in presenciam non venerunt, neque miserunt, unde ipsos in iudiciis commisimus fore convictos, si se racionabiliter non poterint excusare. Datum Bude decimo septimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Kivül: Pro magnifico Nicolao de Hederwara contra magnificos Johannem et Sigismundum Groff de Bozÿn iudicialis. Evocati ad deposicionem onus sentencie. Extradata est in sede per Gereczÿ. Solvit Chehy.

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét nyomaival, fasc. 5, Nr. 2.

330.

1487 január 31. A pozsonyi káptalan előtt néhai Nebojszai Balog Miklós fia Sebestyén és perestársai Kayali Dyenes Miklós fiával, Miklóssal és perestársaival Alsókayal birtoka 3-ad részének felét és Szygarth birtokának 3-ad részét illetőleg megegyeztek.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nobiles Sebastianus, filius condam Nicolai Balog de Neboyza pro se et pro fratre suo iuniore, filio videlicet eiusdem condam Nicolai Balog ac pro Thoma et Petro, filiis condam Ladislai Bor de eadem Neboyza, necnon Johannes, filius condam Michaelis Bor de Kayal, similiter pro se et pro fratre suo seniore Ladislao, filio videlicet eiusdem condam Michaelis Bor de Kayal ab una, partibus vero ex altera Nicolaus, filius Nicolai Dyenes dicti de dicta Kayal pro se et pro Jacobo, filio condam Petri Saros de eadem Kayal ac pro Stephano, filio condam Dyonisii, filii Laurencii similiter de eadem Kayal onera et quelibet gravamina [ipsorum] et aliorum omnium heredum, fratrum et consanguineorum ipsorum, quos presens tangit negocium parte ex utraque super se assumendo . . . . . de Rethe iudex nobilium et Nicolaus, filius Michaelis Zakal de Ilka iuratus comitatus Posoniensis duo ex . . . . . [arb]itris et compositoribus in causa infrascripta per predictas partes equaliter ad id electis per eosdem coarbitros ipsorum, uti iidem nobis re . . . . ad infrascriptam fassionem coram nobis faciendam pro maiori testimonio deputati et transmissi coram nobis personaliter constituti concorditer et uniformiter confessi extiterunt in hunc modum, quomodo licet inter partes predictas racione et pretextu quarundam porcionum possessionariarum videlicet medietatis tercie partis possessionis Alsokayal, necnon totalis tercie partis alterius possessionis Szygarth vocatarum omnino in comitatu Posoniensi existencium et habitarum et omnium pertinenciarum suarum, quas porciones possessionarias condam Symonis de Neboyza prefuisse perhibentur, litis materia exorta et in sede domini comitis Posoniensis agitata extitisset, tamen partes prenotate saniori accepto consilio, fatigis et expensis

ipsorum parcere volentes per arbitramentum et composicionem octo proborum hominum arbitrorum et compositorum ipsarum parcium, in quos ipse partes utreque compromisissent talem inter se concordiam et perpetue pacis suscepissent unionem, quod videlicet predicta medietas tercie partis dicte possessionis Alsokayal vocate, necnon prenotata tercia pars predicte alterius possessionis Szygarth vocate omnino in comitatu Posoniensi existencium, habitarum, simulcum cunctis earundem porcionum possessionariarum utilitatibus et pertinenciis, quibuslibet terris videlicet arabilibus, agris et culturis, cultis et incultis, [pra]tis, fenetis et fenilibus ac pecorum pascuis, campis, silvis, rubetis, virgultis, arundinibus et arundinetis, aquis, [fluviis?], lacubus, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum inte[gritatib]us universis, quovis nominis vocabulo vocitatis ad dictas porciones possessionarias undique spectantibus et pertine[ntibus] Sebastiano et Andree filiis predicti condam Nicolai Balog ac Thome et Petro, filiis condam Ladislai Bor de Neboyza, [nec]non Johanni et Ladislao, filiis condam Michaelis Bor de Kayal, eorumque heredibus et posteritatibus universis cesse [ac] dimisse fuissent perpetuo pacifice possidende. Et quod prenominate utreque partes sese mutuo et alternatim or[igin]e (?) ex utraque heredes et posteritates universos de et super omnibus premissis litibus, iniuriis seu dampnis sibi mutuo quocunque hucusque illatis, irrogatis seu perpessis accionibus et acquisicionibus suis exinde emergendis universis quittos expeditos absolutosque ac modis omnibus satisfactos reddidissent et commisissent, reddiderunt-que et commiserunt coram [nobis]; litteras eciam ipsorum causales medio tempore litis premisse inter se qualitercunque aut sub quacunque forma verborum eman[atas] et extradatas vanas, cassas, viribus carituras, producentibus nocituras et contra presentes litteras nostras nil valituras, relinquendo . . . . . ipsorum privilegialibus factum possessionum ipsorum tangentibus et concernentibus salvis et in vigore suo permanentibus tali vinculo [ob]ligaminis interserto et per arbitros et compositores partibus imposito, quod quecunque parcium predictarum prenotatam concord[iam] et composicionem non

observaret aut lites racione previa inchoare seu movere attemptaret, talis pars contra alteram partem observantem in centum florenis auri comiti et iudicibus nobilium atque duodecim iuratis dicti comitatus Posoniensis ante omnem litis ingressum irremissibiliter persolvendis convinceretur et convicta haberetur eo facto, ad que omnia et singula premissa rate et firmiter ac inviolabiliter atque irrevocabiliter tenenda et observanda prenotate ambe partes se spontanea voluntate ob[ligar]unt cor[am nobis. In cuius] rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras duximus concedendas, quas in [formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in] specie fuerint reportate. Datum feria quarta proxima ante f[estum] Purificacionis beate M[arie virginis], anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo.

Eredetije rongyolt papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 98, Nr. 3. jelzet alatt.

331.

1487 szeptember 7. A győri káptalan három kiküldöttje előtt Hédervári Ozsvát, beteg ágyában, saját és fiai, Ferencz, János, László, Imre s István nevében Vasmegyében fekvő aborgatai s dénesi részbirtokait, 100 arany forintért Alföldi Bálintnak elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem peticionem egregii Oswaldi de Hedrehwara, qui propter infirmitatem suam pro facienda fassione su(b)scripta nostram in presenciam venire nequivit, neque potuit, tres ex nobis, videlicet venerabiles ac honorabilem Ladislaum predicte ecclesie nostre et Benedictum de Hanta prepositos ac Nicolaum de Papa socios et concanonicos nostros ad audiendam infrascriptam fassionem ipsius Oswaldi duxissemus transmittendos; qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quomodo ipsi feria tercia proxima post festum beati Egidii abbatis *(szept. 4.)* proxime preteritum ad domum providi Johannis balneatoris dicti de civitate Jauriensi, iobagionis ipsius Oswaldi, hospicium scilicet suum accessissent, ubi idem Oswaldus in lecto egritudinis decu-

buisset et coram ipsis, scilicet Ladislao et Benedicto prepositis ac Nicolao concanonicis nostris, oneribus et gravaminibus Francisci, Johannis, Ladislai, Emerici et Stephani filiorum suorum quoad infrascripta per omnia super se assumptis sponte confessus fuisset in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam arduis suis necessitatibus ipsum, ut dixisset, urgentibus evitandis totales porciones suas possessionarias in possessione Aborgatha ac predio Dyenesÿ vocatis in comitatu Castriferrei existentibus habitas simulcum cunctis suis utilitatibus, videlicet possessionibus iobagionalibus populosis et desertis, terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, silvis, nemoribus, rubetis, piscinis, piscaturis, aquis aquarumque decursibus, montibus, promontoriis vinearum iuribusque montanis, censibus, proventibus et generaliter utilitatum integritatibus ad easdem porciones possessionarias spectantibus et pertinere debentibus pro centum florenis auri puri plene, ut dixisset, persolutis circumspecto Valentino *Alfeldi* dicto de civitate nostra Jauriensi suisque heredibus et heredum suorum successoribus tamdiu utendas, tenendas et habendas, quousque idem Oswaldus aut sui heredes easdem porciones possessionarias ab eodem Valentino Alfeldy aut suis heredibus pro premissis centum florenis auri puri redimere poterit, pignori obligasset, promisissetque ipse Oswaldus medio tempore eundem Valentinum Alfeldÿ et suos heredes in pacifico dominio dictarum porcionum possessionariarum contra quosvis causidicos impetitores conservare, tueri et defendere suis propriis laboribus et expensis. Ad quorum fassiones presentes literas nostras impignoraticias prefato Valentino Alfeldy duximus concedendas. Datum feria sexta proxima post prescriptum festum beati Egidii abbatis, anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 5, Nr. 5.

332.

1487 november 7. A budai káptalan néhai Marczaly Istvánnak, a bán fiának leánya, néhai Hédervári Imre hátrahagyott özvegye, Borbála részére, a Marczalyak birtokjogaira vonatkozó tizennyolcz átírandó oklevélből egyet átír.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod quia generosa domina Barbara relicta condam magnifici Emerici de Hederwara bani etc., filia vero olim Stephani filii bani de Marczalÿ certas literas et literalia instrumenta in numero decem et octo, factum iurium possessionariorum dominorum de Marczalÿ tangentes et concernencia, ad manus suas quodammodo deventas et assignata per mortem condam domini Ladislai de dicta Marczalÿ pridem sine heredibus defuncti instar certorum iurium possessionariorum eiusdem Ladislai Marczalÿ, ad sacram huius regni coronam, consequenterque dominum nostrum regem de huius regni consuetudine reductas et devoluta, ad mandatum et requisicionem serenissimi principis domini Mathie, dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regis, domini nostri graciosissimi, manibus egregii magistri Johannis de Korothna assignasset et restituisset ipsi domino nostro regi presentandas, ea sub condicione, ut paria ipsarum decem et octo literarum in transscripto literarum nostrarum sub sigillo nostro eidem domine Barbare dari deberent et concedi. Sic itaque ipse magister Johannes de Korothna nomine et in persona dicti domini nostri regis, ac nobilis Andreas Tÿborcz de Henye, familiaris dicte domine Barbare in persona eiusdem pretactas decem et octo literas et privilegia ad copiandum et transsumpmendum nobis presentarunt.[1] Quarum tenor is est: *(Lásd Zsigmond király 1430 május 6-án kelt oklevelét 146. sz. a.)*

Nos igitur paria prescriptarum literarum de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus

[1] Ezen átiratban azonban csak Zsigmond királynak 1430-ban kiadott záloglevele van átírva, a többi 17 darab nincs.

literis nostris patentibus transscribi et transsumpmi facientes eidem domine Barbare duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum beati Emerici ducis, anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo septimo.

Eredetije papiron, hátlapján tojásdad pecsét töredékeivel, fasc. 5, Nr. 4.

333.

1488 június 6. A győri káptalan előtt Alföldi János fehérvári polgár saját s Bálint testvére nevében kijelenti, hogy ők néhai Hédervári Ozsvátnak Győrmegyében fekvő öttevényi s győrvárosi, valamint vasmegyei Aborgata nevű, 164 arany forintért nálok zálogban levő részbirtokait, néhai Hédervári Ozsvát fiainak, Ferencz, János, László, István s Imrének, kik az említett birtokokat kiváltották, visszabocsátják.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Johannes Alfeldÿ dictus, civis civitatis Alberegalis ad nostram personaliter veniendo presenciam onera et quelibet gravamina Valentini similiter Alfeldy dicti, fratris sui quoad infrascripta per omnia super se assumpmendo sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipsi scilicet Johannes et Valentinus porciones possessionarias condam Oswaldi de Hedrehwara in possessionibus Etthewen ac civitate Jauriensi in Jauriensi, necnon Aborgata vocatis in Castriferrei comitatibus existentibus habitas erga ipsos Johannem et Valentinum ex impignoracione predicti condam Oswaldi vigore aliarum literarum nostrarum impignoratoriarum pro centum et sexaginta quatuor florenis auri puri pro pignore habitas, rehabitis prius et levatis per ipsos Johannem et Valentinum a Francisco, Johanne, Ladislao, Stephano et Emerico filiis predicti condam Oswaldi de prefata Hedrehwara, ad quos mortuo eodem Oswaldo predicte porciones possessionarie iure hereditario devolute essent, prescriptis centum et sexaginta quatuor florenis auri puri, cum omnibus universis utilitatibus earundem porcionum possessionariarum ac eciam porcione theloniaria in prefata possessione Etthewen exigi solita prefatis Francisco, Johanni, Stephano, Ladislao et Eme-

rico ipsorumque heredibus pacifice possidendas, tenendas et habendas remisissent et reassignassent, manusque ipsorum de dominio earundem porcionum possessionariarum omnino excepissent, literasque impignoraticias pro ipsorum parte super impignoracione ipsarum porcionum possessionariarum emanatas vanas, cassas, inanes et viribus carituras reliquissent, ymmo idem Johannes eisdem Francisco, Johanni, Ladislao, Stephano et Emerico remisit et reassignavit, ac dictas literas impignoraticias vanas reliquit coram nobis harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum feria sexta proxima post festum sacratissimi corporis Christi, anno eiusdem millesimo quadringentesimo octoagesimo octavo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 5, Nr. 6.

334.

Buda, 1489 június 28. Báthori István országbíró előtt egy részről Hédervári Miklós tárnokmester a maga, Lőrincz fia, valamint többi fiai és leányai nevében is, más részről Keledfalvi Korothnay Pál a maga, atyja György s testvérei Ágota és Erzsébet s ezek férjei nevében vallják, hogy köztük Thengeld faluban, Egyházas-utczában levő, néhai Gombai Nemze Miklós-féle 8 jobbágytelek, továbbá néhai Ozorai Sándor birtokából Keledfalvi György nagyanyját s ezáltal Pált és testvéreit megillető leánynegyed miatt keletkezett pörben fogott bírák ítélete alapján úgy egyeztek meg, hogy Keledfalvi György és fia Pál kapja a tengeldi 8 jobbágytelket a helybeli templom kegyúri jogának fele részével, viszont Hédervári Miklós csereképen Sziget birtokát; ha pedig valamelyik fél utód nélkül hal meg, mindkét birtokot a másik fél örökölje.

Nos comes Stephanus de Bathor, iudex curie serenissimi principis domini Mathie, dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc., ducisque Austrie memorie commendamus per presentes, quod magnifico domino Nicolao de Hederwara thauarnicorum regalium magistro personaliter ab una, necnon magistro Paulo Korothnay de Keledfalwa modo simili personaliter pro se ac Georgio de eadem Keledfalwa, patre suo cum procuratoriis litteris palatinalibus partibus ab alia, idem eciam magister Paulus nobilium dominarum, Agathe, magistrorum Ladislai Hermany (de) Zenthmarthon et

Elizabeth, Petri de Kÿrthes consortum, sororum scilicet suarum carnalium, prelibatus vero dominus Nicolaus de dicta Hederwara, Laurencii filii, aliorumque filiorum et filiarum suorum in subscriptis sub onere quinquaginta marcarum gravis ponderis solucionis per omnia in se levatis et receptis coram nobis constitutis et adherentibus per eosdem sponte et libere confessum extitit pariter et relatum in hunc modum: quod quamvis inter ipsas partes occasione quarundam porcionum possessionariarum in possessione Thengewld vocata in comitatu Tholnensi, in vico sew platea *Eghazas-utcza* nuncupata existencium, habitarum, que scilicet porciones possessionarie [condam] magistri Nicolai dicti Nemze de Gomba prefuissent ac quarte puellaris proavie dicti Georgii de Keledfalwa, eidem domine proavie ipsius Georgii de Keledfalwa et iam dictis magistro Paulo filio ac dominabus Agathe et Elizabeth vocatis, filiabus eiusdem de iuribus possessionariis condam magistri Alexandri de Ozora ubivis existentibus et habitis qualitercunque et per quemcunque modum provenire debentibus nonnulle lites differencieque et controversionis materie mote fuerint et suscitate, tamen eedem partes tum propter bonum pacis, quam eciam ordinativa composicione nonnullorum proborum et nobilium virorum, signanter vero egregiorum magistrorum, Johannis de Korothna palatinalis et Stephani de Hashagh nostri prothonotariorum ac Ladislai de Gereben vicepalatini partes inter easdem pro pacis tranquillitate laborancium interveniente, sopitis prius et sedatis premissis cunctis litibus et differenciis universis, eciam litteris causalibus superinde emanatis et confectis, cassatis, anihilatisque et viribus ipsarum carituris, relictis et commissis ac sese mutuo et alternatim superinde quitos expeditos et modis omnibus absolutos reddendo et committendo causis ipsorum in premissis hoc ordine concordassent, prout concordarunt et unite extiterunt nostro in conspectu: quomodo iam fatus dominus Nicolaus de Hederwara, tamque cultor iuris et iusticie attendens, recognoscensque et intelligens ex tenore et continencia certarum litterarum et litteralium instrumentorum per ipsum magistrum Paulum ad singularem requisicionem eiusdem domini Nicolai nostri in presencia pro-

ductarum et exhibitarum pretactas porciones possessionarias prememorati condam magistri Nicolai Nemze eidem magistro Paulo et genitori eiusdem pleno et sufficienti iure pertinere et attinere debere, tum ex eo, quod eciam in concambialem permutacionem cuiusdam predii ipsius magistri Pauli et dictorum predecessorum eiusdem Zygeth appellati in dicto comitatu Tholnensi adiacentis, quod scilicet predium Zygeth idem magister Paulus simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, ad idem de iure et ab olim spectantibus et pertinere debentibus omni eo iure, quo sibi et suis progenitoribus dinoscitur pertinere, prelibato domino Nicolao de Hederwara eiusdemque heredibus et superstitibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes tenendum, possidendum pariter et habendum, dedit, donavit, contulitque et inscripsit coram nobis, prescriptas totales porciones possessionarias dicti olim Nicolai Nemze, puta octo sessiones iobagionales, tres populosas, in quarum prima Albertus Chonakÿ, in secunda Martinus Boch, in tercia Valentinus Parvus iobagiones ad presens residerent, quartam vero desertam et reliquas quatuor tam edificiis, quam habitatoribus omnino destitutas in predicta possessione Thengewld in preallegato comitatu Tholnensi existentes a meridionali et occidentali plagis curie nobilitaris dicti Georgii de Keledfalwa in eadem possessione Thengewld habite ex utraque parte vie usque quamdam gurgitem, sive rivulum lutosum in medio ipsius possessionis Thengewld a parte possessionis Bekefalwa habitum et decurrentem, tam scilicet suis, quam eciam generose domine Barbare, relicte magnifici condam domini Emerici bani de Hederwara et filie eiusdem manibus existentes et habitas, simulcum recta et equali dimidietate iuris patronatus ecclesie sancte Crucis in eadem possessione Thengewld constructe, aliisque omnibus et singulis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris, utputa arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, vineis, quas scilicet ad presens populi et iobagiones sessionibus in predictis commorantes colerent et possiderent, item aquis, fluviis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum earundem integri-

tatibus ad easdem de iure et ab antiquo quovismodo spectancium et pertinere debencium prelibatis Georgio de Keledfalwa et magistro Paulo Korothnaÿ filio eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, tanquam merum et sincerum ius ipsorum ac ad eos rite et legittime pertinentes remisisset et resignasset, ÿmmo remisit et resignavit coram nobis, hoc tamen specialiter declarato et per ipsum dominum Nicolaum de Hederwara benivole admisso et in se assumpto, [quod] idem dominus Nicolaus prememoratos Georgium de Keledfalwa et magistrum Paulum, filium eiusdem ipsorumque heredes et posteritates universos ab impeticione et inquietacione prelibate domine Barbare, relicte et filie, dicti condam domini Emerici bani, si forte emergerentur protegere et indempniter expedire deberet et teneretur. Voluerunt insuper partes prenotate, quod si quam parcium earundem iudicio divino dispensando, cuius arbitrio et manu cuncta gubernantur, ex hoc fragili seculo absque heredibus utriusque sexus deficere contingeret, extunc prescripte porciones possessionarie et predium Zÿgeth per ipsas partes modo premisso mutuo alternatimque et invicem collate et inscripte in partem superviventem et heredes eiusdem condescendi et devolvi deberent pleno iure, ad que premissa et quevis premissorum singula prenominati dominus Nicolaus de Hederwara ac magister Paulus Korothnaÿ, ut premittitur, personalibus ipsorum astanciis, idemque magister Paulus prefatum Georgium patrem suum auctoritate procuratoria prenotata, oneribusque premissis modo preallegato partibus predictis in se ipsos assumtis sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude, die dominico proximo ante festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo nono.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecséttel, fasc. 50, Nr. 20. jelzés alatt.

335.

1489 szeptember 25. A pozsonyi káptalan, Mátyás király parancsára, a győri káptalan javára vizsgálatot tartván, jelenti, hogy Hédervárÿ Miklós és Ferencz lipoltfalvi jobbágyai a győri káptalan Püsky birtokán az árpa- és zab-termés java részét levágták s elhordták s egy gyermeket elfogtak, miért is Hédervárÿ Miklóst és Ferenczet, szintúgy embereit megidézte.

Serenissimo principi domino Mathie, dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc., ducique Austrie, domino nostro graciosissimo capitulum ecclesie Posoniensis oracionum suffragia in domino devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos literas eiusdem vestre serenitatis inquisitorias, evocatorias et insinuatorias nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia, pariter et obediencia recepisse in hec verba:

Mathias dei gracia Hungarie, Bohemie etc. rex, duxque Austrie fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum honorabilis capituli ecclesie Jauriensis, quomodo in festo beate Marie Magdalene proxime preterito *(júl. 22.)* magnificus Nicolaus et egregius Franciscus Hedrehwarÿ dicti de Hedrehwara missis et destinatis Emerico Thewly dicti *(így)* officiali eiusdem Nicolai per eum in predicta Hedrehwara et pertinenciis eiusdem constituto, ac Blasio et Valentino familiaribus eiusdem Emerici item Paulo Lerÿncz de predicta Hedrehwar, Stephano Lwkach, Johanne Glacz, Alberto Sebesthÿen, Gregorio Mocz, Thoma Saforÿan, Mathia Kwlchar, Fabiano Kowach de eadem Hedrehwara, necnon Johanne Domokos de Zelÿ, altero Johanne Lerÿncz, Alberto Magno, Dominico Nowakÿ de eadem Zelÿ ac Stephano Nandor, Paulo similiter Nandor, Alberto et Ulrico, filiis eiusdem Pauli, Benedicto *Feÿes*, Demetrio Bodo, Matheo Zambo et Elÿa Nandor de Darno, item Paulo *Fenes*, Wolfgango Abraham, Petro Thorak, Stephano Fyntha, Benedicto Fenes, Wolfgango Kelemen, Stephano Lÿenden (?) et Petro Nemeth in possessione Lypolthfalwa commorantibus, iobagionibus scilicet prefati Nicolai de dicta Hedrehwara, item Thoma *Mark* dicto de Kysbarathy, officiali preallegati Francisci Hedrehwary, per eum in predicta Hedreh-

wara et pertinenciis suis constituto ac Blasio Feyes de Baar, familiari eiusdem Francisci, necnon Johanne *Warga,* Georgio Mezaros, Emerico Zabo, Dionisio *Zakach,* Laurencio et Sebastiano *Nagh* dictis, Wolfgango Mezaros, Stephano Abraham, Briccio Zakach de iam dicta Hedrehwara ac Elya Bewsÿ, Thoma Zakach, Gothardo et Petro *Kowazar* dicto de predicta Zely, Stephano Zabo, Georgio Mathÿassa, Barnaba *Kobor*, Benedicto Molnar, Emerico Beke, Petro Godoryan, Stephano Kobor de prescripta Darno, necnon Nicolao Kalnokÿ, Sebastiano *Hwzweth*, Blasio Peÿor, Alberto Genewÿ, Paulo Fenes, Francisco similiter Fenes, Petro Papa, Benedicto Wod, Thoma Thoth, Demetrio *Pÿnther,* Tristanno et Jacobo Genewÿ in prenominata possessione Lypothfalwa commorantibus, iobagionibus scilicet pretacti Francisci Hedrehwarÿ manibus armatis et potenciariis ac curribus eorum ad territorium possessionis prefatorum exponencium Pyskÿ vocata *(igy)* in comitatu Posoniensi existentis, ibique magnam particulam bladorum, puta avene iobagionum eorundem exponencium, in iam dicta possessione eorum Pysky commorancium meti, messataque per eorum currus predictos, quo ipsorum placuisset voluntati, deportari et abduci fecissent. Preterea die dominico proximo post festum beate Margarethe virginis similiter proxime preteritum *(júl. 19.)* preallegatus Thomas Mark, officialis predicti Francisci Hedrehwary misso et destinato preallegato Sebastiano Magno de predicta Hedrehwara, famulo suo manibus armatis et potenciariis ad territorium predicte possessionis Pyskÿ dictorum exponencium, ibique quendam puerum Gregorium, filium Johannis literati, iobagionis eorundem exponencium in iam dicta possessione eorum Pyskÿ commorantis sine omni sua culpa captivari, captumque ad predictum opidum Hedrehwara deduci, ibique inter duos troncos tamdiu in sua captivitate conservari fecisset, quousque sue placuisset voluntati, potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente certi ex electis iuratis nobilibus dicti comitatus Posoniensis, quos ad id serie presencium accedere iubemus iuxta vim

et formam generalis novi decreti nostri ab omnibus (nobilibus) et ignobilibus boni status et honeste condicionis hominibus, vicinis scilicet et commetaneis prescripte possessionis Pysky, ubi premissa facta fuisse dicuntur, a quibus decens et opportunum fuerit, sub onere sedecim marcarum gravis ponderis per comitem vel vicecomitem et iudices nobilium dicti comitatus Posoniensis ab illis, qui huiusmodi veritatis fassionem et attestacionem facere recusarent, auctoritate nostra regia inmediate exigente ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque nobis et sacre corone nostre observandam, tacto dominice crucis signo prestandam seorsim et singillatim investigando sciant, inquirant et experiantur meram, plenam atque omnimodam de premissis certitudinis veritatem, qua re scita unus ex eisdem electis iuratis nobilibus, tamquam homo noster evocet prefatos Nicolaum et Franciscum Hedrehwary et alium prescriptum contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas *(okt. 6.)* nostram personalem in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prescriptosque familiares, ignobiles et iobagiones eorundem eisdem statuere committentes, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram ipsa nostra personali presencia compereant, dictosque familiares, ignobiles et iobagiones ipsorum statuant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expedire, et post hec huiusmodi inquisicionis ac rescite veritatis premissorum attestacionisque nobilium et ignobilium singulorum, quomodo scilicet et quo ordine ac sub quibus formis verborum per quemlibet eorum singillatim fuerit attestatum, sed et evocacionis et insinuacionis seriem cum propriis et possessionum attestancium ac evocatorum, insinuatorum et statui commissorum nominibus, ignobiliumque condicionibus et mansionibus, ut fuerit expediens, octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono. *(1489 aug. 24.)*

Nos igitur preceptis et mandatis vestrae regie serenitatis, ut tenemur, obedire et satisfacere cupientes, unacum

nobilibus, Petro, filio Laurencii de Chenkezethÿ et Johanne *Karachon* de Hodos, electis et iuratis ac Nicolao Bodo de Naghpadan, iudice nobilium comitatus Posoniensis hominem nostrum, videlicet honorabilem magistrum Nicolaum de Rethe, socium et concanonicum nostrum ad premissa suo modo ac fideliter exequenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis consona voce retulerunt, quomodo ipsi die dominico proximo ante festum beati Mathei apostoli et ewangeliste proxime preteritum *(1489 szept. 20.)* ad facies possessionis Pysky vocate, predicte accessissent et simul procedendo a nobilibus et ignobilibus iuxta vim et formam generalis novi decreti, boni status et honeste condicionis hominibus, vicinis et commetaneis dicte possessionis Pysky, ubi premissa facta fuisse dicuntur, a quibus decens et opportunum fuisset, ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque vestre serenitati et sacre vestre corone observandam, tacto dominice crucis signo prestitam, seorsim et singillatim investigando inquisivissent, rescivissent et experti fuissent talem de premissis certitudinis veritatem: Et primo Gregorius Weg de Naghabon, commetaneus fassus extitisset, quod auditu audisset, premissa sic fore et facta fuisse, item Gervasius, filius Michaelis de eadem Naghabon fassus fuisset, quod ex protestacione dominorum capituli ecclesie Jauriensis audivisset; item Georgius Was de Baka, commetaneus fassus extitisset, quomodo ipse per iobagiones dicti capituli ecclesie Jauriensis vocatus fuisset ad videndum, dummodo Emericus Thewlÿ et Thomas Mark, officiales magnifici Nicolai et egregii Francisci Hedrehwarÿ cum ceteris familiaribus suis et iobagionibus eorundem dominorum de Hedrehwara manibus armatis et potenciariis ad metendam avenam venissent, sed antequam idem testis advenisset, predicti officiales cum familiaribus et iobagionibus dictorum dominorum de Hedrehwara cum curribus eorum abstulissent et messatam predictam avenam, quo ipsorum placuisset voluntati, deportassent, ibique vidisset locum avene, unde fuisset ablata. Item Ladislaus Bessenew de eadem Baka et Fabianus, filius Valentini de Bodak, commetanei fassi fuissent per omnia, sicut Georgius Was, iam dictus, et quod vidissent locum eundem, unde avena predicta

ablata fuisset. Item Michael, filius Johannis Ponÿa de Baar, Johannes, filius Petri, Franciscus, filius Cosme, Petrus, filius Johannis et alter Petrus, filius Stephani, Emericus, filius Michaelis Sanka, Thomas Sanka et Egidius, filius Michaelis Sanka, nobiles ac Petrus Danÿ et Lucas Stampakh *(igy)*, ignobiles de dicta Baar fassi fuissent, quomodo audivissent ex protestacione iobagionis capituli ecclesie Jauriensis Michaelis Godorÿan de Pysky predicta, Valentinus, filius Mathus de Wayka, Michael, filius Martini, Ambrosius Magnus, Clemens, filius Johannis, Petrus, filius Jacobi, Johannes, filius Petri et Albertus, similiter filius Petri de eadem Waÿka, commetanei fassi extitissent, quomodo ipsi similiter vocati fuissent ad conspiciendum dampnum per prefatos officiales, familiares et iobagiones prefatorum dominorum Nicolai et Francisci de Hedrehwara potencia mediante factum, licet illuc venire non potuissent, sed auditu percipissent. Item Thomas et Petrus, filii Egidii et Petrus *Aranyas* de *Halaz,* iobagiones magnificorum dominorum comitum de Bozÿn, commetanei fassi fuissent, auditu se audisse tam de messione avene predicte, quam eciam captivitate sew detencione cuiusdam pueri. Item Martinus Zerhas de Kakat, commetaneus fassus fuisset, quomodo vidisset locum ablate avene, sed ignorasset, cuius ferrent terre arabiles, in quibus dicta avena fuisset contenta. Item Clemens, filius Pauli de Swl, commetaneus fassus extitisset, quod ipse eciam audivisset ablacionem avene predicte, et pueri captivacionem iam dicti. Scita itaque modo premisso certitudinis veritate unus predictorum electorum iuratorum nobilium, puta Petrus, filius Laurencii de Chenkezethe, tanquam homo vester regius ipso nostro testimonio presente evocasset prefatos Nicolaum et Franciscum de Hedrehwara et alium prescriptum contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc venturas vestram regiam personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prescriptosque familiares, ignobiles et iobagiones eorundem eisdem statuere, committentes; insinuassetque ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram vestra personali presencia compereant, dictosque familiares, ignobiles

et iobagiones ipsorum statuant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expedire. Datum sexto die diei execucionis premisse, anno domini suprascripto.

Kívül: Personali presencie regie maiestatis pro magnifico Nicolao et egregio Francisco Hedrehwarÿ ac Emerico Thwl, officiali prefati Francisci contra venerabile capitulum ecclesie Jauriensis ad octavas festi beati Michaelis archangeli *(okt. 6.)* nunc venturas relacionis, inquisicionis, evocacionis, insinuacionis par.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel, fasc. 22, Nr. 4. jelzet alatt.

336.

Siklós, 1490 szeptember 1. Korvin János liptói és opaviai herczeg Czobor Márton kapitányt a reá bízott Rada és Egemburg váraknak II. Ulászló kezeibe való átadása felől nyugtatja.

Johannes Corvinus Lypthouiensis et Oppauiensis dux etc. natus serenissimi condam domini Mathie Hungarie, Bohemie regis ducisque Austrie etc. felicis reminiscencie, recognoscimus et tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod egregius Martinus Czobor, capitaneus noster in Egemburg et Rada de voluntate nostra et speciali commissione castrum Rada cum civitate scilicet et castro Egemburgh in manus serenissimi domini Ladislai regis Hungarie et Bohemie [ac] dominorum prelatorum et baronum regni huius Hungarie dedit et consignavit satisfaciens [hu]manitati et honori suo, in quos genitor noster carissimus conservacionem pro nobis dictorum arcium eidem confiderat, propterea memoratum Martinum Czobor de restitucione iam fatorum castrorum modo premisso fienda quittum reddimus, et expeditum declaramus vigore [et testimonio litterarum presencium] mediante. Datum in castro nostro Soklos, in die beati Egidi abbatis, anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Joannes Corvinus (p. h.)
dux manu propria etc.

Kívül: Anno 1490 Quietantia data a Joanne Corvino, Martino Czobor capitaneo in Edemburg et Rada super restitutione Edemburg et Rada.

Nagyon roncsolt eredetije rongált pecséttel, fasc. 1, Nr. 7.

337.

Palota, 1491 augusztus 26. II. Ulászló király Hédervári Miklós és fiai Lőrincz és Ferencz kérésére összes birtokaikat, mivel okleveleik Ozora váruknak Miksa császár hadai által történt elfoglalása alkalmával elraboltattak s rongált állapotban adattak vissza, s maga Miklós és fia Lőrincz is fogságba esett, új adomány czímén adományozza.

Commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster magnificus Nicolaus de Hederwara nostram accedens in presenciam in ipsius ac Laurencii et Francisci filiorum suorum nominibus et in personis nobis declarare curavit in hunc modum, quod cum his temporibus superioribus gentes serenissimi principis dominis Maximiliani, Romanorum regis, nostri et tocius regni nostri manifesti et diffidati hostis, quas idem in Alba Regali per eum utrumque obtenta reliquerat, castrum ipsius Nicolai Ozora vocatum preter spem et omnem opinionem subito expugnassent et ibidem eundem unacum predicto filio suo Laurencio eciam captivassent, inter alias gravissimas oppressiones et inenarrabilia damna, que ipse in tanto et tam infelici suo casu ac insperato malo dolenter pertulit, non mediocrem etiam iacturam in litteris et litteralibus suis instrumentis, factum castrorum, castellorum, oppidorum, possessionum et ceterorum bonorum et iurium suorum possessionariorum tangentibus sustinuisset, nam illa omnia ad manus earundem gencium in preda et expoliacione eiusdem castri sui deventa extitissent, que licet postea per gentes ipsas eidem fuissent restituta, tamen ex quo eadem in manibus earundem tempore tam impetuoso aliquamdiu tenta et istic, ut fit, male tractata fuissent, formidaret, prout et verisimile est, ne littere et litteralia ipsa instrumenta aliquam corrupcionis notam percepissent itaque exinde per successum temporis posset in iuribus suis aliquod pati detrimentum, et ideo nobis humiliter supplicavit, ut eidem superinde pro iurium suorum ulteriori cautela regia providencia graciose providere dignaremur.

Nos itaque quam omnium et singulorum subditorum et regnicolarum nostrorum iura equa racione tueri atque fovere ex debito suscepti nostri regiminis officii debemus, considerata imprimis eiusdem Nicolai de Hederwara tam miserabili et calamitosa fortuna attenta, deinde fide et sincera illa fidelitate ac serviciis, que uti didicimus, maiores et clara illa progenies de Hederwara divis condam regibus et sacre huius regni nostri corone forti semper animo prestitit, queque ipse Nicolaus unacum dictis filiis suis nobis quoque et sacre corone in hoc regiminis nostri exordio pro modo possibilitatis sue exhibuit et impendit, volentes huiusmodi iurium et litteralium suorum instrumentorum lesionem et corrupcionem, si quam premisso modo sustinuissent, penitus tollere et omnem defectum eorundem supplere, ne id temporum in successu intra vel extra iudicium aliquod nocumentum eidem aut heredibus suis afferre posset, de nostra regie potestatis plenitudine et gracia speciali universa eiusdem bona, puta castrum et oppidum Ozora predictum cum tributo ibidem exigi solito, necnon possessiones Nÿlas, Zokol Endred, Bozÿas, Marthon, Felsew Maÿssa et Debrenthe in Tholnensi ac Igar cum predio *Kendertho* in Albensi, necnon Zenth Mÿklos, Thothfalw et Izgrÿm, simulcum prediis Tharcha, Parkanÿos, Bogathwara et Sandorrethe in Wesprimiensi ac porciones possessionarias in possessionibus Gerenas, Zenthmÿklos, Kwrd, Zekel, et predium Sÿthfew in predicto Tholnensi, item castrum Thamasÿ vocatum ac oppida similiter Thamasÿ et Dalmad nuncupata cum tributo in eodem Thamasÿ exigi solito ac possessiones Wÿfalw, Thengelÿcz, Megÿes Iregh, *Gonozd* Iregh, Kÿscheh Sarfalwa, Kechew, Meen, Olazkanÿa, Magÿarkanÿa, *Hewkwth*, Inaka, Chechk vocatas, necnon porciones possessionarias in possessionibus Zemche, Kospa, Naghcheh, Tengeld, Ewsÿ et Bak vocatis ac predia Janagh, Pwzthathengelÿcz, Kÿskechew, alio nomine Pwzthakechew et Malÿka nuncupata in predicto Tholnensi existencia, habita, necnon possessiones Somodar, Themerken et Remethe vocatas cum predio Berek in Simigiensi, item castrum et oppidum Posegawar vocatum ac tributum in eodem habitum, possessionesque Lÿpÿe, Hemowcz, Lÿpancz, Kwpelÿancz, Prÿbine,

Dreskowcz, Werhowcz, Ztrumemÿk et Zelcza, necnon castellum Podwersÿa, possessionem Desewalcz vocatam ac porciones possessionarias in possessionibus Podgragÿa, Zenthisthwan, Lÿpinye, Banichewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothÿscha, Zagrabach, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kapronczа, Orÿawa, Kowachowcz, predia Wokanowcz et Zelcza, item ius patronatus abbacie ecclesie de Rudina omnino in de Posega, necnon possessiones *Genyw*, Thap, Saagh, Ewrs et Raro ac porciones possessionarias in possessionibus Hederwara et tributo ibidem habito, Assowan, Olthwa, Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dunazegh, Ladamer, Zamol, Wÿfalw, Medwe, Kender Medwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Ethwen et tributo in eadem habito, Gÿewr[1] et Kÿs-Barathÿ ac predia Berench, Zeleber, Zenth Iwan Eghaza, Sÿkefewlde, Bodon, Nemawelgÿe, Thaplan Zenth Myklos, Hamwas, Hedreh, Izthergathew, Zolnok et Gomboldos omnino in Jauriensi, preterea possessiones Wÿgman, Chichow, Koch et tributum in eadem exigi solitum, Kethel et Chazar, item predia Gÿwrch, Zolnok, Berthalamos, Baranchhaza, Theke, Posahaza, Athÿafewlde, Texen, Othelek, Saras, Mathÿasfewlde, Pethend, Aroksÿkar, Wen, Zÿl, *Kerekarok*, Bathÿcz, Rosas, Pwzthaethe in Komaroniensi, necnon porciones possessionarias in possessionibus Arak et Nowak in Mosoniensi, Zechewd, Strem, Zenthkwth, Zombathfalw, Salman, Laak, Bÿkes, Chakan et Aborgatha cum prediis Dÿenesÿ et Laak in Castriferrei, similiter porciones possessionarias in possessionibus Gÿwlwez, Selew, Darno, Remethe, Bodak, Lÿpolthfalwa et predio Fornad in Posoniensi ac possessionem Thethen in Pesthiensi comitatibus existentes et habita, in quorum omnium pacifico dominio idem Nicolaus se et progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ac dictos filios suos persistere asserit, eciam de presenti simulcum omni iure nostro regio, si quod in predictis castris, castello, oppidis, possessionibus porcionibusque, prediis et universis iuribus possessionariis ac omnibus bonis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis viis modis et racionibus concernerent maiestatem ac pariter cum cunctis

[1] Kétszer aláhúzva.

suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus memoratis Nicolao de Hederwara ac Laurencio et Francisco filiis suis eorundemque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo duximus danda, donanda et conferenda, immo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter et habenda salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in castro Palotha, feria sexta proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

Kivül: Regestrata folio LXI. anno 1491.

Eredetije hártyán, rányomott pecséttel, fasc. 50, Nr. 21. jelzés alatt.

338.

Palota, 1491 augusztus 26. II. Ulászló király meghagyja a székesfehérvári keresztesek konventjének, hogy Hédervári Miklóst és fiait, Lőrinczet és Ferenczet új adomány czímén iktassa be Tolna, Fehér, Veszprém, Somogy, Pozsega, Győr, Komárom, Mosony, Vas, Pozsony és Pest vármegyékben levő birtokaikba.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui cruciferorum domus hospitalis ecclesie sancti regis Stephani de Alba salutem et graciam. Cum nos consideratis fidelitate et serviciis fidelis nostri magnifici Nicolai de Hederwara, que ipse sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre, in hoc regiminis nostri exordio pro modo possibilitatis sue exhibuit et impendit, castrum et oppidum Ozora vocatum

cum tributo ibidem exigi solito, necnon possessiones Nÿlas, Zokol Endred, Bozzyas, Marthon, Felsew Maÿsa, Also Maÿsa et Debrenthe in Tholnensi ac Igar cum prediis Kendertho et Angh in Albensi, necnon Zenthmÿklos, Thotfalw et Izgrÿm simulcum prediis Tharcha, Parkanÿos, Bogathwara et Sandorrethe in Wesprimiensi ac porciones possessionarias in possessionibus Gerenas, Zenthmÿklos, Kwrd, Zekel et predium Sythfew in predicto Tholnensi, item castrum Thamasÿ vocatum ac oppida similiter Thamasÿ et Dalmad nuncupata cum tributo in eodem Thamasÿ exigi solito ac possessiones Wÿfalw, Thengelÿcz, Meggyesÿreg, Gonozd Ireg, Kÿscheh, Saarfalwa, Kechew, Meen, Olazkanya, Magÿarkanÿa, Hewkwth, Inak, Chechk vocatas, necnon porciones possessionarias in possessionibus Zemche, Kospa, Naghcheh, Thengeld, Ewsy et Baak vocatis ac predia Janagh, Pwzthathengelÿcz, Kyskechew, alio nomine Pwzthakechew et Malÿka nuncupata in predicto Tholnensi existentes, habita, necnon possessiones Somodar, Themerken et Remethe vocatas cum predio Berek in Symigiensi, item castrum et oppidum Posegawar vocatum ac tributum in eodem habitum, possessionesque Lÿpÿe, Hewmocz, Lÿpancz, Kwpelÿancz, Prÿbÿnÿe, Dreskowcz, Werhowcz, Zthrwmenÿk et Zelcha, necnon castellum Podwersÿa, possessionem Desewalcz vocatam ac porciones possessionarias in possessionibus Podgragÿa, Zenth Isthwan, Lÿpÿnye, Banÿchewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothÿscha, Zagrabacz, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kapronczа, Orÿawa, Kowachowcz, predia Wokanowcz, et Zelcza, item ius patronatus abbacie ecclesie de Rwdÿna, omnino in de Posega, necnon possessiones Genÿew, Thap, Saag, Ewrs, et Raro ac porciones possessionarias in possessionibus Hederwara et tributo ibidem habito, Assowan, Olchwa, Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dwnazeg, Ladamer, Zamol, Wÿfalw, Medwe, Kender Medwe, Zabadj, Zÿgeth, Ethwen et tributo in eadem habito Gyewr et Kÿsbarathy ac predia Berench, Zeleber, Zenth-Iwaneghhaza, Sykefelde, Bodon, Nemawelgÿe, Thaplan Zenth Mÿklos, Hamwas, Hedreh, Izthergathew, Zolnok et Gomboldws omnino in Jauriensi, preterea possessiones Wygman, Chychow, Koch et tributum in eadem exigi solitum, Kethhel

et Chazar, item predia Gywrch, Zolnok, Berthalamos, Baranchhaza, Theke, Posahaza, Athyafelde, Theksen, Othelek, Saras, Mathyasfelde, Pethend, Arok Sykar, Wen, Zyl, Kerekarok, Bathycz, Rosas et Pwzthaethe in Komaroniensi, necnon porciones possessionarias in possessionibus Arak et Nowak in Mosoniensi, Zechewd, Strem, Zenthkwth, Zombathfalw, Salman, Lak, Bykes, Chakan et Aborgatha cum prediis Dyenesÿ et Laak in Castriferrei, similiter porciones possessionarias in possessionibus Gyewlwez, Selew, Darnow, Remethe, Bodak, Lypolthfalwa et predio Fornad in Posoniensi ac possessionem Thethen in Pesthiensi comitatibus existentes et habita, in quorum omnium pacifico dominio idem Nicolaus se et progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque ac Laurencium et Franciscum filios suos persistere asserit eciam de presenti simulcum iure nostro regio, si quod in predictis castris castello oppidis possessionibusque porcionibusque prediis et universis iuribus possessionariis ac omnibus bonis, qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis, quibuslibet premissis, sic ut prefertur, stantibus et se habentibus memoratis Nicolao de Hederwara ac Laurencio et Francisco, filiis suis, eorundemque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo in perpetuum contulerimus velimusque eosdem in dominium eorundem et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Raphael de Naghbaÿcz, aut Paulus Rawsar de Zenth Iwan, vel Martinus de Kakath, sin Georgius Was de Baka, sew Augustinus de Karcha, sive Michael Ponÿa de Baar, aut Ambrosius, vel Petrus Farkas de Kwchk, neve Sigismundus de Walth, ceu Georgius Magnus de Ewrken, vel Martinus de eadem Ewrken, aut Benedictus, sive Anthonius de Tharkan, vel Petrus de Kemlew, sin Clemens, vel Nicolaus de Bathe, aut Ladislaus Magnus de Dad, seu Danch de Solyag, vel Ambrosius de *Gÿmelchzeg*, aut Gregorius de Atheryan, sive Andreas Merlen de Syberkoch, aut Nicolaus

de Romawelgh, neve Johannes *Kardos* de Gnonicza, vel Stephanus de Zapolya, seu Johannes *Nyary*, aut alter Johannes de Monyoros, sin Georgius vel Bartholomeus de eadem Monyoros, aliis absentibus homo noster regius ad facies prescriptorum castrorum, castelli, oppidorum, possessionum, porcionum prediorumque et iuris patronatus ac universorum iurium possessionariorum et aliorum omnium bonorum, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat eosdem in dominium eorundem et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, statuatque eadem et idem eisdem premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorundem reddituros et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererint, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum in castro Palotha, feria sexta proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

A székesfehérvári keresztesek konventjének 1492 június 5-én kelt okleveléből. (Lásd 340. sz. a.) — Megvan ugyanazon konvent 1492 június 12-én kelt oklevelében is. (Lásd 341. sz. a.)

339.

1492 április 6. II. Ulászló parancsa Hédervári Ferenczhez, hogy a Nagylucsei Damján és Kisbaicsi Wrach György pörében a kisbaráti bírák által hozott ítéletet vizsgálja felül és ha a panaszló Nagylucsei Damján az ő ítéletével nem lesz megelégedve, az ügyet tegye át a curiába.

De commissione domini regis.

Wladislaus, dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fideli nostro egregio Francisco de Hederwara salutem et graciam.

Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii Damiani de Naghlwche, quod licet tu pridem circumspectis iudici et iuratis civibus in possessione tua Kys Barathÿ vocata commorantibus ad peticionem eiusdem exponentis in eo scripseris, ut ipsi causam illam, que inter ipsum exponentem ab una ac nobilem Georgium Wrach dictum de Kys Baÿch partibus ab alia, racione et pretextu cuiusdam vinee condam Thome Baÿchÿ in promonthorio possessionis Kysbarathÿ predicte in comitatu Jauriensi existentis adiacentis coram ipsis mota fuisset, discussioni et revisioni tue differre et prorogare deberent et tenerentur. Idem exponens confisus in huiusmodi literis tuis, illac in eorum presenciam neminem mittere curassent, *(igy)* tamen iidem iudex et iurati cives non curatis huiusmodi literis tuis medio tempore in absencia predicti exponentis causa in premissa quoddam fecissent iudicium, predictamque vineam prefato Georgio Wrach via iuris sine omni adiudicassent in eiusdem exponentis preiudicium et dampnum manifestum. Unde nos acceptis supplicacionibus ipsius exponentis, per ipsum superinde nostre maiestati porrectis, eundem exponentem in suis iustis iuribus absque debita revisione quoquo modo dampnificari noluimus, fidelitati igitur tue harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus acceptis presentibus vocatis in tui presenciam prefatis utrisque partibus, vel earum legittimis procuratoribus ad unum certum et brevem terminum, adiunctis penes te certis et probis hominibus, auditisque parcium earundem propositis et responsis, causam premissam de novo revidere et adiudicare et si prefatus exponens super ipso iudicio tuo contentari noluerit, extunc tu causam eandem simulcum tota sua serie absque omni gravamine eiusdem exponentis et sine difficultate aliquali in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam ad terminum per literas tuas ipsis partibus prefigendum transmittere debeas discuciendam, secus non facturus. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Judica, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 19825. jelzet alatt.

340.

1492 június 5. A székesfehérvári keresztesek konventje II. Ulászló király parancsára Hédervári Miklóst és fiait, Lőrinczet és Ferenczet Pozsegavár várának és mezővárosának s ezek tartozékainak birtokába, melyeket a király új adomány czímén adott nekik, ellenmondás nélkül beiktatja.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis et domini, domini Wladislai, dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciosissimi introductorias et statutorias nobis preceptorie transmissas omni cum reverencia recepimus in hec verba: *(Lásd II. Ulászló király 1491 augusztus 26-án kelt rendeletét. 338. sz. a.)*

Et iuxta earundem continenciam unacum prefato Nicolao de Romanwelgh, homine ipsius domini nostri regis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Ladislaum vicepreceptorem sacerdotem cruciferum, socium nostrum conventualem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi feria quinta proxima post festum beate Sophie vidue et martyris proxime preteritum *(1492 máj. 17.)* ad facies prescriptorum castri et oppidi Posegawar vocatorum ac tributi in eodem habiti, possessionumque Lypye, Hewmocz, Lypancz, Kwpelÿancz, Pribynÿe, Dreskowcz, Werhowcz, Zthrwmenyk et Zelcza et aliorum cunctorum bonorum ad idem castrum Posegawar pertinencium vicinis et commetaneis eorundem universis et signanter nobilibus domina Katherina, consorte Alberti de Komosÿn, Nicolao de Dachyanowcz, Johanne de Prydysyncz, Andrea de dicta Dachyanowcz, Ladislao et Gregorio de dicta Prÿdÿsyncz, Thoma et Matheo de eadem, Johanne de Sthranyk, Paulo de Lwkawolcz, Nicolao Thotos de Sthwnÿk et

altero Nicolao filio Benedicti inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, idem homo regius dicto nostro testimonio presente introduxisset memoratos Nicolaum de Hederwara ac Laurencium et Franciscum filios eiusdem in dominium eorundem et predicti iuris regii in eisdem habiti statuissetque eadem et idem eisdem premisse regie donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidenda, nullo penitus contradictore inibi et eciam ex post coram nobis apparente legittimis diebus in faciebus eorundem moram trahentibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas. Datum vigesimo die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, venerabili ac religiosis domino Andrea preceptore, prefato Ladislao vicepreceptore, Dominico lectore, Martino cantore, Thoma custode, ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte deo iugiter famulantibus et devote existentibus.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 24. jelzés alatt.

341.

1492 június 12. A székesfehérvári keresztesek konventje II. Ulászló király parancsára Hédervári Miklóst és fiait, Lőrinczet és Ferenczet új adomány czímén beiktatja Tolna, Fehér, Veszprém, Somogy, Pozsega, Győr, Komárom, Mosony, Vas, Pozsony és Pest vármegyei birtokaikba, a vármegyék emberei jelenlétében.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerosolomitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis et domini Wladislai dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri graciosissimi introductorias et statutorias, nobis preceptorie loquentes et directas omni cum reverencia et obediencia recepimus in hec verba. *(Lásd II. Ulászló király 1491 augusztus 26-án kelt oklevelét, 338. sz. a.)*

Unde nos mandatis prefati domini nostri regis semper et in omnibus obedire volentes, ut tenemur, unacum prenominatis Gregorio de Atherÿan de Tholnensi, Johanne de Nÿar de Simigiensi, Nicolao de Romawelgh de Posega, Petro de Kemlew de Komaroniensi, Ladislao de Dad de Wesprimiensi, Georgio Magno de Erken de Jauriensi, Augustino de Karcha de Posoniensi, Martino de Kakath de Mosoniensi, Ambrosio Farkas de Kewchk de Castriferrei, Clemente de Bathe de Pesthiensi et Danch de Solyag de Albensi comitatibus hominibus dicti domini nostri regis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Ladislaum presbiterum cruciferum socium nostrum conventualem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quomodo ipsi in festo Apparicionis beati Michaelis archangeli *(máj. 8.)* proxime preterito ac aliis diebus inmediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies prescriptorum castri et oppidi Ozora vocati ac tributi ibidem exigi soliti, necnon possessionum Nÿlas, Zokolendred, Bozÿas, Marthon, Felsew Maÿsa, Also Maÿsa, et Debrenthe in Tholnensi ac Igar et prediorum Kendertho et Angh in Albensi, necnon Zenthmÿklos, Tothfalw et Izgrim, prediorumque Tharcha, Parkanÿos, Bogathwara et Sandorrethe in Wesprimiensi ac porcionum possessionariarum in possessionibus Gerenas, Zenthmÿklos, Kwrd, Zekel et predii Sÿthfew in predicto Tholnensi, item castri Thamasÿ vocati ac oppidorum similiter Thamasÿ et Dalmad nuncupatorum, tributique in eadem Thamasÿ exigi soliti ac possessionum Wÿfalw, Thengelÿcz, Megÿes Iregh, Gonozd Iregh, Kÿscheh, Sarfalwa, Kechew, Meen, Olazkanÿa, Magÿarkanÿa, Hewkwth, Inak, Chechk vocatarum, necnon porcionum possessionariarum in possessionibus Zemche, Kospa, Naghcheh, Thengeld, Ewsÿ et Bak vocatis ac prediorum Janagh, Pwzthathengelÿcz, Kÿskechew, alio nomine Pwzthakechew, et Malÿka nuncupatorum in predicto Tholnensi existentibus, habitarum, necnon possessionum Somodar, Themerken et Remethe vocatarum ac predii Berek in Simigiensi, item castri et oppidi Posegawar ac tributi in eodem habiti, possessionumque Lÿpÿe, Hemowcz,

Lÿpancz, Kwpelÿancz, Prÿbÿnÿe, Droskowcz, Werhowcz, Zthrwmenÿk et Zelcza, necnon castelli Podwersÿa ac possessionis Desewalcz vocate porcionumque possessionariarum in possessionibus Podgragÿa, Zenth Isthwan, Lÿpinÿe, Banichewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothÿscha, Zagrabacz, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kapronczа, Orÿawa, Kowachowcz ac prediorum Wokanowcz et Zelcza, item iuris patronatus abbacie ecclesie de Rwdina in de Posega, necnon possessionum Genÿew, Thap, Saagh, Ewrs et Raro ac porcionum possessionariarum in possessionibus Hederwara et tributi ibidem habiti, item Assowan, Olchwa Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dwnazegh, Ladamer, Zamol, Wÿfalw, Medwe, Kender Medwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Ethwen et tributi in eadem habiti, Gÿewr [1] et Kÿsbarathÿ et prediorum Berench, Zeleber, Zenth Iwan Eghaza, Sÿkefewlde, Bodon, Nemawelgÿe, Thaplan Zenthmÿklos, Hamwas, Hedreh, Izthergathew, Zolnok, et Gomboldus in Jauriensi, item possessionum Wÿghman, Chÿcho, Koch et tributi in eadem exigi soliti, Kethel et Chazar, item prediorum Gÿwrch, Zolnok, Berthalamos, Baranchhaza, Theke, Posahaza, Athÿafewlde, Texen, Othelek, Saras, Mathÿasfewlde, Pethend, Arok Sÿkar, Wen, Zÿl, Kerekarok, Bathÿcz, Rosas et Pwzthaethe in Komaroniensi, necnon porcionum possessionariarum in possessionibus Arak et Nowak in Mosoniensi, ac Zechewd, Strem, Zenthkwth, Zombathfalw, Salman, Lak, Bÿkes, Chakan et Aborgata, prediorum Dÿnesÿ et Laak in Castriferrei, item porcionum possessionariarum in possessionibus Gÿwlwez, Selew, Darno, Remethe, Bodak, Lypolthfalwa, et predii Fornad in Posoniensi ac possessionis Thethen in Pesthiensi comitatibus existencium et habitorum vicinis et commetaneis eorundem universis et signanter nobilibus ac circumspectis et providis magistro Thoma Thÿbwrcz de Henÿe, Ladislao de Atherÿan, Mathia Dobozÿ de Pewked, Ladislao de eadem, altero Ladislao Magno de Dad, Georgio similiter Thÿbwrcz de Henÿe, Gallo et Petro de Par, item Thoma Ambrosio et Urbano Thÿma de Zÿlas, Petro, Blasio et Luca de Chap ac nobili domina Katherina consorte Alberti

[1] Kétszer aláhúzva.

de Komosÿn, Nicolao et Andrea de Dachÿanocz, Johanne de Prÿdÿsÿncz, Ladislao, Gregorio, Thoma et Matheo de eadem, Johanne Stranÿk, Paulo de Lwkawalcz, Nicolao Thothos de Stwnÿk et altero Nicolao filio Benedicti de eadem, necnon Anthonio Zelnÿkowtÿh in personis egregiorum Georgii et Petri Gelethfÿ, Thoma de Padwarsa, Ladislao de Chernek, venerabili domino fratre Thoma abbate de Rwdÿna, Petro de Chÿgeth, Emerico Petew de Acha ac Georgio et Clemente de eadem, Paulo de Pornok ac Blasio Bÿro, Johanne Ewrkenÿ de Ethee, Michaele de Kaldhaza, Thoma de eadem, Valentino de Berchhaza, Osualdo Magno de Nema, Sebastiano Pethenÿe de eadem, Augustino Sandor de Ewrken, Osualdo de eadem, Michaele Patha et Johanne de Malomsok, Michaele Baÿchÿ de Zenthwÿd, Raphaele de Naghbaÿch, Georgio Was de Baka, Nicolao Themeskezÿ de eadem, Johanne de *Nadallÿa*, Stephano de Bixÿ, Akacio de *Kerthes*, Stephano Farkas de Chakan, Bernaldo de Maracz, Valentino de Gozthon, Nicolao Zel de Kald, Thoma Farkas de Kewchk, item Mathia *Ethwes*, Gregorio Adam et Blasio Nagh, civibus Budensibus in persona prefati domini nostri regis, necnon Alberto Mezaros de Ewrd, Damiano officiale fratrum heremitarum de Cheth, Sebastiano de Zazhalom, similiter officiale egregii Francisci de Harazthÿ ac Benedicto iudice de Kakath, in persona Ladislai de eadem Kakath et altero Benedicto Zabo de Pÿskÿ, in persona honorabilis capituli ecclesie Jauriensis, aliisque quam pluribus probis nobilibus videlicet et ignobilibus sexus utriusque hominibus inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, iidem homines dicti domini nostri regis prefato nostro testimonio semper presente introduxissent memoratos Nicolaum de Hederwara ac Laurencium et Franciscum filios eiusdem in dominium eorundem et predicti iuris regii in eisdem habiti, statuissentque eadem et idem eisdem premisse regie donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidenda nullo penitus contradictore inibi, neque demum coram nobis apparente legittimis tamen diebus et horis congruis in faciebus eorundem moram trahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas et conmunitas pre-

fatis Nicolao de Hederwara ac Laurencio et Francisco filiis eiusdem duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum tricesimo sexto die diei introduccionis et statucionis predictarum, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, venerabili et religiosis fratribus domino Andrea preceptore, prefato Ladislao vicepreceptore, Mathia lectore, Dominico cantore et Thoma custode ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte feliciter existentibus.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 23. jelzés alatt.

342.

Buda, 1492 június 20. II. Ulászló Hédervárÿ Ferenczet súlyos betegsége miatt, a saját személyére nézve a hadba vonulás alól felmenti.

Commissio propria domini regis.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatuum Jauriensis et Posoniensis ac aliis eciam quibusvis presentis exercitus belliductoribus ac levatoribus et sollicitatoribus, quibus presentes littere nostre ostenduntur, salutem et graciam. Quia nos compacientes certe et admodum gravi infirmitati fidelis nostri egregii Francisci de Hederwara, qua ipsum impresenciarum laborare intelligimus, eundem ab ingressu presentis exercitus, quantum ad personam suam propriam duximus graciose hac vice eximendum et supportandum, hac tamen lege et condicione, quod racione bonorum et possessionum suarum instar aliorum fidelium regnicolarum nostrorum ad exercitum huiusmodi gentes mittere debeat et teneatur, immo eximimus et supportamus presencium per vigorem. Mandamus idcirco fidelitati vestre et vestrum cuiuslibet presencium serie firmissime, quatinus prefatum Franciscum Hederwarÿ racione presentis exercituacionis, quantum ad personam suam propriam, impedire, turbare, seu aliter quovismodo in persona, rebusque et bonis suis molestare seu damnificare nullo modo presumatis, nec sitis ausi modo aliquali gracie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum

Corporis Christi, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, regnorum nostrorum, anno Hungarie etc. secundo, Bohemie vero vigesimo secundo.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecsét töredékével, fasc. 106, Nr. 5. jelzet alatt.

343.

1493 június 23. A fehérvári keresztesek konventje előtt Bykádi Nemes Albert saját s családja nevében Tolna megyében fekvő Sziget nevű birtokrészét néhai Hédervári Miklós özvegyének, Orsolyának, s fiának Ferencznek 20 arany forintért eladja.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Johannis Jherosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris prensencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis Albertus Nemes de Bÿkad ac domina Margaretha consors et altera Margaretha filia eiusdem Alberti, idem eciam Albertus onera et quelibet gravamina Johannis et Blasii filiorum, necnon puelle Elizabeth filie, nostri in presencia astantes, aliorum quoque quorumlibet fratrum proximorum et consanguineorum suorum in subscriptis super se levando coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi totalem porcionem ipsorum possessionariam in predio Zygeth vocato in comitatu Tholnensi existenti habitam simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem totalem porcionem possessionariam de iure spectantibus et pertinere debentibus generose domine Ursule relicte ac Francisco filio condam Nicolai de Hederwara pro viginti florenis auri puri Hungaricalibus boni et iusti ponderis plene prius per eosdem dominam Ursulam et Franciscum persolutis et exbursatis dedissent, vendidissent et perpetuassent, ÿmmo dederunt,

vendiderunt et perpetuarunt eisdem nostri in presencia in filios filiorum ac heredum per heredes iure perpetuo et irrevocabiliter pacifice tenendam, possidendam, pariter et habendam, assumentes nichilominus prefati Albertus et domina consors sua in ipsorum propriis personis et aliorum, quorum supra, oneribus in se levatis preallegatos dominam Ursulam et Franciscum filium eiusdem in pacifico dominio prescripte totalis porcionis possessionarie temporum in eventu contra quosvis impetitores defensando conservare propriis ipsorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum in vigilia Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, venerabili et religiosis Ladislao vicepreceptore, Michaeli lectore, Martino cantore et Stephano custode ceterisque fratribus dicte ecclesie nostre deo iugiter famulantibus.

Eredetije hártyán, melyről a keresztesek ép pecséte piros és zöld selyem-sodratról függ, fasc. 5, Nr. 7.

344.

Pest, 1494 márczius 12. II. Ulászló király parancsa Snapek Zsigmond győri főispánhoz, a melyben meghagyja, hogy mivel úgy értesült, hogy Hédervári Ferencztől Kisbaráti nevű birtokát igazságtalanul foglaltatta el, azért a szomszéd birtokosokat és megyebeli nemeseket a vármegye törvényszékére összegyűjtve, ítéljenek Hédervári Ferencz ügyében és ha nem bűnös, akkor adja vissza neki birtokát.

Wladislaus dei gracia [rex] Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro egregio Sigismundo Snapek, administratori proventuum episcopatus ecclesie Jauriensis et comiti comitatus Jauriensis salutem et graciam. Quamvis preteritis diebus quibusdam ex causis quandam possessionem [fidel]is nostri egregii Francisci de Hederwara Kÿsbarathÿ appellatam in dicto comitatu Jauriensi habitam pro nostra maiestate per te occupari fecerimus; tamen uti intellegimus, ipsa occupacio non iuxta demerita eiusdem Francisci, sed indebit[e fac]ta

fuisset; ob hoc ad humillimam supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum per eos pro parte eiusdem Francisci nostre proptere[a por]rectam maiestati, eandem possessionem eidem Francisco remitti decrevimus. Idcirco fidelitati tue harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus statim acceptis presentibus, universis vicinis et commetaneis predicte possessionis Kÿsbarathÿ, ceterisque nobilibus comprovincialibus dicti comitatus ad unum certum et brevem terminum sedis iudiciarie eiusdem comitatus ad eandem sedem iudiciariam insimul convocatis, quibus et nos serie presencium illac convenire mandamus, ibique per eosdem su[per] premissis verum et rectum iudicium et iusticiam amministrari facere et si exinde dictam possessionem Barathÿ iuxta demerita eiusdem Francisci digne et iuste occupatam fore agnoveris, extunc adhuc amplius eandem [occu]patam tenere, ubi autem iniuste et [inde]bite e nulla causa exigenti [occupatam] fore compereris, extunc [ean]dem possessionem Barathÿ prefato Francisco modis omnibus pacifice remittere et resignare debeas et tenearis et eundem per amplius intra et extra iudicium ad quorumvis instanciam in eadem perturbare et impedire nullatenus presummas gracie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum [in] civitate nostra Pesthiensi, feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini millesimo quadringentesimo non[ag]esimo quarto.

Eredetije papiron, rongált állapotban, aljára nyomott pecséttel, fasc. 44, Nr. 22. jelzet alatt.

345.

A győri káptalan előtt Hédervári Ozsvát fia Ferencz, saját s testvérei János, István s Imre nevében Vas megyében fekvő Strem, Csákány, Szentkút, Felsőbikes, Salmar, Szombatfalu, Sároslak, Aborgata s Dienes nevű puszta birtokrészeit, tartozandóságaikkal együtt, monyorókeréki Elderboh János mester nejének, Katalinnak, 100 magyar arany forintért zálogba adta.

Papiron írt, pecsét nélküli káptalani fogalmazvány, fasc. 5, Nr. 8.

346.

1495 márczius 8. A császmai káptalan Zapolyai István nádornak jelenti, hogy Drágffy Bertalan erdélyi vajda nejét, Hédervári Dorottyát, Verőcze várába, Verőcze és Busócz városokba és a hozzájuk tartozó birtokokba beiktatta, a beiktatásnak ellentmondó Bánffy Miklóst pedig a nádor elé idézte.

Magnifico domino Stephano de Zapolÿa, comiti perpetuo terre Scepusiensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, domino et amico ipsorum honorando capitulum ecclesie Chasmensis amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia nos literas eiusdem introductorias et statutorias, nobis amicabiliter loquentes et directas, honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Chasmensis Stephanus de Zapolya, comes perpetuus terre Scepusiensis, regni Hwngarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona generose domine Dorothee, conthoralis magnifici domini Bartholomei Dragffÿ de Bèwlthewcz, wayvode Transsilvaniensis et comitis Siculorum, filie vero condam Emerici de Hedrehwara ex magnifica domina Barbara, filia olim Stephani filii Dyonisii bani de Marczaly progenite, quomodo castellum sew pallacium Werowcze appellatum simulcum oppidis similiter Werowcze et Bwsowcz vocatis ac pariter cum cunctis et singulis villis et possessionibus ad eadem castellum sew palacium et oppida spectantibus et pertinentibus omnino in comitatu de Werowcze adiacentibus et situatis post predictam dominam Barbaram, matrem dicte domine Dorothee eandem titulo pignoris concernerent et sequerentur, que certis literis impignoraticiis posset et valeret comprobare, et ob hoc eadem domina Dorothea in dominium predictorum castelli sew palacii Werewcze appellati et opidorum similiter Werowcze et Bwsowcz vocatorum ac cunctarum villarum et possessionum ad eadem spectancium et pertinencium in prescripto comitatu de Werowcze existencium et situatarum predictam dominam Dorotheam premisso titulo pignoris concernencium legittime vellet introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus

diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus de Orehowz, aut Johannes de eadem, sive alter Johannes de Naghthapalowcz, newe Petrus de Cherna Reka, sew Johannes de Kysthapalowcz, vel Johannes de Walowlÿa, aliis absentibus homo noster ad facies prescripti castelli sew palacii Werewcze appellati ac opidorum similiter Werowcze et Bwsowz vocatorum, necnon cunctarum et singularum villarum et possessionum ad eadem castellum sew palacium et oppida spectancium et pertinencium omnino in dicto comitatu de Werewcze existencium, vicinis et commetaneis eorumdem et earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatam dominam Dorotheam in dominium eiusdem castelli sew palacii Werewcze appellati ac oppidorum similiter Werowcze et Bwsowcz wocatorum ac cunctarum villarum et possessionum ad eadem spectancium et pertinencium in prefato comitatu de Werowcze adiacencium statuatque eadem et idem eidem domine Dorothee simulcum cunctis eorumdem et earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibeth premisso titulo pignoris possidenda, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eos contra annotatam dominam Dorotheam nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in oppido Werowcze, feria quarta proxima ante festum Cathedre beati Petri apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. *(1495 febr. 18.)*

Nos itaque vestris amicabilibus peticionibus annuendo, ut tenemur, unacum prefato Petro literato de Chernareka, homine vestre maiestatis predicto unum ex nobis videlicet magistrum Blasium socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum; qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retullerunt eo modo, quomodo idem homo vester

ipso nostro testimonio presente die dominico, in festo Kathedre beati Petri apostoli *(1495 febr. 22.)* proxime preterito ad facies prescripti castelli sew palacii Werowcze appellati ac opidorum similiter Werowcze et Bwsowcz wocatorum, necnon cunctarum et singularum villarum et possessionum ad eadem castellum sew palacium et oppida spectancium et pertinencium omnino in dicto comitatu de Werowcze existencium, vicinis et commetaneis eorumdem et earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, dum idem castellum sew pallacium ac oppidorum scilicet Werowcze et Bwsowcz wocatorum *(igy)* ac villas et possessiones ad eadem spectantes et pertinentes in prefato comitatu de Werowcze eidem domine Dorothee statuere voluisset, tunc discretus Anthonius literatus, rector hospitalis in Werowcze, et Nicolaus Foky, castellanus eiusdem castelli Werowcze in persona magnifici domini Nicolai Banffÿ huiusmodi introduccioni et statucioni contradixissent et contradiccionis velamine obviassent, ob quam quidem contradictorum inhibicionem ibidem idem homo vestre maiestatis ipso nostro testimonio presente eundem magnificum Nicolaum Banffÿ per Clementem iudicem de dicta Werowcze, iobagionem suum in eadem commorantem, ad terminum competentem vestram evocasset in presenciam, racionem contradiccionis huiusmodi redditurum. Datum sedecimo die diey evocacionis prenotate, anno domini supra nominato.

Kivül: Regni Hwngarie palatino pro generosa domina Dorothea, conthorali magnifici domini Bartholomei Dragffy de Bewlthek, wayvode Transsilvaniensis et comitis Siculorum, filie vero condam Emerici de Hedrehwara ex magnifica domina Barbara, filia olym Stephani filii Dÿonisii bani de Marczaly progenita, contra magnificum Nicolaum Banffÿ de Lyndwa ad terminum competentem, introduccionis et statucionis relacio.

Rávezetve: Pro a Sigismundus de Kewres cum Kolosmonostra. Pro a Michael de Doba cum Waradiensis S. Stephani. J. mortuus est et causa condescensa est in Johannem filium eiusdem.

Eredetije papiron, zárlatán tojásdad pecsét nyomaival, fasc. 5, Nr. 9.

347.

Bács, 1496 január 1. II. Ulászló király megparancsolja a budai káptalannak, hogy Drágffy Bertalant, nejének, Dorottyának, Hédervári Imre leányának birtokaiba, melyeket a váradi káptalan tanúsága szerint 32.000 forintért már különben is megvett volt, iktassa be.

[Wl]adislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc., fidelibus nostris capitulo ecclesie [Budensis] . . . . . nos illi dacioni, [donaci]oni et ascripcioni, quas generosa domina Dorothea, filia condam Emerici banÿ de Hederwara, consors . . . . . magnifici Bartholomei Dragffÿ de Belthewk waÿvodė Transsilvani etc. de et super totalibus porcionibus suis possessionariis . . . . . Thamasÿ ac medietate possessionis Somodar in Tholnensi ac Posegawar vocatis et castello . . . . . in de Posega ac oppido suo Thethen vocato in Pilisiensi comitatibus existentibus habitis, item porcionibus possessionariis suis . . . . . Genÿew et Kethel ac Saagh, Zenthmÿklos, Thaab et Streh vocatis, item aliis porcionibus suis possessionariis . . . . . [in J]auriensi et possessione Hederwara habitis et existentibus, preterea de et super omni iure suo . . . . . necnon *Zenthgÿergwara* et *Feÿerkew* in Zaladiensi et Werewcze in de Werewcze comitatibus existentibus . . . . . qualitercunque haberet, vel habere posset in futurum, porcionibus eciam illis possessionariis, que de universis bonis et iuribus possessionariis Nicolai Erdewg et filiorum suorum, eidem domine Dorothee cederent, aliis eciam universis bonis et iuribus possessionariis ubivis habitis, et cunctis earumdem utilitatibus ac pertinenciis, eidem Bartholomeo Dragffy waÿvode, ac per eum Georgio et Johanni filiis eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis tum pro triginta duobus milibus florenorum auri, tum certis aliis eciam respectibus, mediantibus literis capituli ecclesie Waradiensis, imperpetuum fecisse dinoscitur, vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum nostrum regium consensum prebuerimus, et nichilominus debitum respectum habentes ad preclaram fidem, et fidelitatem fideliumque serviciorum merita eiusdem Bartholomei Dragffÿ waÿvode, quibus idem se nobis gratum reddere studuit et acceptum, totum

eciam et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem porcionibus castrorum prenominatorum ac castelli, oppidi et possessionum, necnon medietate dicte possessionis aliis eciam iuribus possessionariis prescriptis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet memorato Bartholomeo Dragffÿ waÿvode ac per eum Georgio et Johanni filiis eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore earundem literarum nostrarum imperpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Simon de Thothfalw, vel Michael de Eben, aut Paulus de Thewmeskewz, sive Ladislaus de Komÿathzegh, sin Ambrosius de Bladon, neve Stephanus de Maÿad, nam Emericus de Mendzenth, vel Blasius de Gencz, aut Mathias de Posega, vel Nicolaus de Doba, sive Ladislaus de Czeriek, sin Johannes de eadem, aliis absentibus homo noster regius ad facies dictorum castrorum et possessionum, consequenterque porcionum in eisdem habitarum ac castelli, oppidi, medietatis possessionis predicte, aliarumque porcionum et iurium possessionariorum prescriptorum, vicinis et commetaneis eorundem et earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus, accedendo introducat prefatum Bartholomeum waÿvodam et filios suos predictos in dominium eorundem et earundem, statuatque eadem et easdem eisdem premisso titulo ipsis incumbenti perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Bartholomeum Dragffÿ et filios suos ad terminum competentem nostram personalem in presenciam, racionem contradiccionis eorum reddituros et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, necnon possessionum porcionumque et iurium possessionariorum inibi statuencium nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali

presencie fideliter rescribatis. Datum Bachie, in festo Circumcisionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno sexto, Bohemie vero vigesimo [quin]to.

Kívül: Fidelibus nostris capitulo ecclesie Budensis, pro magnifico Bartholomeo Dragffÿ, waÿvoda Transilvano introductoria et statutoria.

Eredetije papiron, igen elrongyolt állapotban, zárlatán a királyi pecsét nyomaival, fasc. 5, Nr. 10.

348.

Buda, 1496 május 13. II. Ulászló király meghagyja a budai káptalannak, hogy Dorottya, Bélteki Drágffy Bertalan erdélyi vajda és székely ispán felesége, néhai Hédervári Imre leánya részére írja át azt a szerződést, a melyet előttök Hédervári Lőrincz nádor s fia Imre Thamásy János fia Henrikkel kötöttek egyéb erre vonatkozó s levéltárukban található oklevelekkel együtt.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Dicitur nobis in persona generose domine Dorothee, consortis magnifici Bartholomei Dragffÿ de Belthewk waÿwode nostri Transsilvanensis et comitis Siculorum, filie videlicet magnifici condam Emerici de Hederwara, quod licet superioribus annis elapsis magnifici condam Laurencius de eadem Hederwara, alias predicti regni nostri Hungarie palatinus et Emericus filius eiusdem unacum condam Henrico, filio Johannis waÿwode de Thamasÿ super universis castris oppidis possessionibus et iuribus ipsorum possessionariis coram vobis quoddam fecerint contractum, certe eciam littere statutorie et alie littere fassionales et prohibitorie super eisdem possessionibus et iuribus possessionariis inter ipsos sub vestro sigillo extiterint emanate, que ab ipsa domina exponenti casualiter forent deperdite et alienate, quarum paria in vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur, quibus prefata domina exponens pro tuicione iurium suorum ad presens summe esset necessaria. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus acceptis presentibus paria dictarum litterarum vestrarum super prescripto contracto

vestrarum emanatarum ac aliarum litterarum statutoriarum et prohibitoriarum in predicta vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre predicte diligenter requiri et reinveniri faciatis, requisitarumque et reinventarum tenorem in transcripto litterarum vestrarum prefate domine exponenti iurium suorum ad cautelam dare et concedere debeatis, caventes tamen, ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis, secus non facturi. Datum Bude, feria sexta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

A budai káptalan 1496 május 15-én kelt okleveléből. (Lásd 349. sz. a.)

349.

1496 május 15. A budai káptalan II. Ulászló király parancsára átírja Dorottya, Bélteki Drágffy Bertalan, erdélyi vajda és székely ispán felesége, néhai Hédervári Imre leánya részére 1445 január 31-én kelt oklevelét I. Ulászló király 1444 deczember 21. beiktatást elrendelő oklevelével együtt.

Nos capitulum ecclesie Budensis, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos litteras serenissimi principis domini Wladislai dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciosissimi requisitorias nobis directas, reverencia, qua decuit, recepimus in hec verba: *(Lásd II. Ulászló 1496 május 13-án kelt oklevele. 348. sz. a.)*

Parium autem ipsarum litterarum nostrarum super ipso contractu statutoriarum, inventorum tenor talis est: *(Lásd a budai káptalan 1445 január 31-én kelt oklevele I. Ulászló király 1444 deczember 21-iki beiktatást elrendelő oklevelével. 173. sz. a.)*

Unde nos mandatis prefati domini nostri regis in omnibus obedientes, uti tenemur, paria prescripta in nostra sacristia sive conservatorio ecclesie nostre predicte diligenter requiri et reinveniri facientes, eorundem tenorem in preinserto transscripto presencium litterarum nostrarum privilegialium pendenti sigillo nostro consignatarum sine diminucione, augmentoque et immutacione aliquali de verbo ad verbum absque

scilicet omni fraude et dolo prefate domine exponenti iurium suorum ad cautelam duximus concedendum. Datum die dominico proximo post predictum festum Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto supradicto.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 50, Nr. 22. jelzés alatt.

350.

1500 május 10. A székesfehérvári keresztesek konventje előtt Hédervári Miklós fia Ferencz a Rozgonyi Istvántól és feleségétől Hédervári Katalintól kölcsönvett 20 ezer arany forint biztosítására leköti Fejér-, Tolna-, Somogy-, Pozsega-, Győr-, Komárom-, Pozsony-, Vas- és Pest-megyében fekvő birtokait, oly feltétellel, hogy ha utód nélkül hal meg, örököljék, ha pedig utódai maradnak, azok csak a kölcsönösszeg kifizetése után léphetnek az említett birtokokba.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus Franciscus, filius condam Nicolai de Hederwara coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est in hunc modum, quomodo ipse gravi admodum ad presens compulsus necessitate a magnifico Stephano de Rozgon ac generosa domina Katherina, consorte eiusdem, sorore scilicet sua carnali viginti mille florenos auri sub spe mutue restitucionis levasset et recepisset, de quibus ipse eisdem Stephano de Rozgon ac domine Katherine, consorti eiusdem nullam *(igy)* hactenus satisfaccionis complementum facere et impendere potuisset et nec posset in presenciarum; nolens tamen ipse, ut tanta pecuniarum summa insoluta remaneat, ut exinde inter eos vel heredes ipsorum aliqua questionis materia nunc vel in futurum oriri posset, de beneplacita annuencia eorundem Stephani de Rozgon et domine Katherine consortis sue, qui fraternali potius, quam pecuniarum cupiditate aliciuntur, volens eosdem Stephanum de Rozgon ac dominam Katherinam, consortem ipsius de reha-

bicione prescriptarum pecuniarum summis securos reddere, castrum et oppidum Ozora cum tributo ibidem exigi solito, necnon possessiones Nÿlas, Zokol Endred, Bozÿas, Marthon, Felsew Maÿsa, Also Maÿsa et Debrenthe in Tholnensi ac Igar cum predio Kendertho in Albensi, necnon Zenthmÿklos, Thothfalw et Izgrÿm simul cum prediis Tharcha, Parkanÿos, Bogathwara et Sandorrethe in Wesprimiensi ac porciones possessionarias in possessionibus Gerenas, Zenth Mÿklos, Kwrd, Zekel et predium Sÿthfew in predicto Tholnensi, item castrum Thamasÿ vocatum ac oppida similiter Thamasÿ et Dalmad nuncupata cum tributo in eodem Thamasÿ exigi solito ac possessiones Wÿfalw, Thengelÿcz, Meggÿes Iregh, Gonozd, Kÿscheh, Sarfalwa, Kechew, Meen, Olazkanÿa, Magÿarkanÿa, Hewkwth, Inaka, Chechk vocatas, necnon porciones possessionarias in possessionibus Zemche, Kospa Naghcheh, Thengeld, Ewsÿ et Bak vocatis ac predia Janagh, Pwzthathengelÿcz, Kÿskechew, alio nomine Pwzthakechew et Malÿka nuncupata in predicto Tholnensi existentes habita, necnon possessiones Somodar et Remethe vocatas cum predio Berek in Simigiensi, item castrum et oppidum Posegawar vocatum ac tributum in eodem habitum possessionesque Lÿpÿe, Hemowcz, Lÿpancz, Kwpelÿancz, Prÿbine, Dreskowcz, Werhowcz, Zthrwmenÿk et Zelcza, necnon castellum Podwersÿa, possessionem Desewalcz vocatam ac porciones possessionarias in possessionibus Podgragÿa, Zenth Isthwan, Lÿpinÿe, Banÿchewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothÿscha, Zagrabacz, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kapronczа, Orÿawa, Kowachowcz, predia Wokanowcz et Zelcza, item ius patronatus abbacie ecclesie de Rwdÿna, omnino in de Posega, necnon possessiones Genÿw, Thap, Saag, Ewrs et Raro ac porciones possessionarias in possessionibus Hederwara et tributo ibidem habito, Assowan, Olthwa, Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dwnazeg, Ladamer, Zamol, Wÿfalw, Medwe, Kender Medwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Ethwen et tributo in eadem habito, Gÿewr et Kÿsbarathÿ ac predia Berenth, Zeleber, Zenth Iwaneghaza, Sÿkefewlde, Bodon, Nemawelgÿe, Thaplan Zenthmÿklos, Hamwas, Hedreh, Izthergathew, Zolnok et Gomboldws omnino in Jauriensi, preterea possessiones Wÿgman,

Chÿchow, Koch et tributum in eadem exigi solitum, Kethel et Chazar, item predia Gÿwrch, Zolnok, Berthalamos, Baranchhaza, Theke, Posahaza, Athÿafewlde, Thexen, Othelek, Saras, Mathÿasfewlde, Pethend, Aroksÿkar, Wen, Zÿl, Kerekarok, Bathÿcz, Rosas et Pwztha Ethe in Komaroniensi, necnon porciones possessionarias in possessionibus Gÿwlwez, Selew, Darno, Remethe, Bodak, Lÿpolthfalwa et predio Fornad in Posoniensi, similiter porciones possessionarias in possessionibus Arak et Nowak in Mosoniensi, Sthrem, Zenthkwth, Zombathfalw, Salman, Lak, Bÿkes, Chakan, Aborgatha cum prediis Dÿenesÿ et Lak in Castriferrei ac possessionem Thethen in Pesthiensi ac alia quevis iura sua possessionaria ubicunque et in quibuscunque comitatibus huius regni existencia et habita simulcum cunctis prescriptorum castrorum, oppidorum, possessionum, prediorum, porcionumque et iurium possessionariorum utilitatibus, terris utputa arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet integritatum utilitatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eadem castra oppidaque, possessiones, predia et porciones possessionarias de iure ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus iam fatis Stephano de Rozgon et domine Katherine, consorti sue pro prenotatis viginti milibus florenis auri tali sub condicione pignori duxisset obliganda, prout obligavit et impignoravit nostri in presencia, quod si volente deo, cui humana nequit resistere fragilitas, prefatum Franciscum de Hederwara absque heredum solacio, quod deus avertat, ab hac luce decedere contigerit, extunc prescripta universa castra, oppida et quevis iura sua possessionaria simulcum prescriptis suis pertinenciis in et ad memoratos Stephanum de Rozgon ac dominam Katherinam, consortem suam et eorundem heredes pro huiusmodi viginti milibus florenis auri devolvantur et debeant redundari pleno iure, ita videlicet, quod si quispiam fratrum vel consanguineorum suorum vel quicunque alii, quorum redempcioni preasserta castra, oppida et alia iura possessionaria sua magis competunt, eadem non aliter, nisi solucione predictorum viginti

milium florenorum auri omni rerum estimacione seclusa a manibus ipsorum Stephani de Rozgon et domine Katherine consortis eiusdem et eorundem heredibus redimendi habeant potestatem. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum die dominico proximo ante festum beate Sophie vidue, anno domini millesimo quingentesimo, venerabili et religiosis domino Ladislao preceptore, magistro Georgio lectore, Anthonio cantore, altero Georgio custode, ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte feliciter existentibus.

Eredetije a pecséttartó fonal által átszakított hártyán, fasc. 51, Nr. 1. jelzett alatt. Kiadva átiratból Magyar Történelmi Tár. VI. 22.

351.

1500 május 11. A fehérvári keresztesek konventje előtt Rozgonyi János fia, István, bevallja, hogy Hédervári Ferencztől 20.000 arany forintot vett kölcsön s hogy ezek fejében neki Zemplén, Borsod, Heves, Abauj, Sáros s Pest megyében fekvő benn nevezett birtokait, minden tartozandóságaikkal együtt zálogba adta.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus Stephanus filius condam Johannis filii alterius Johannis filii olim Stephani de Rozgon, comitis Themesiensis, coram nobis personaliter constitutus sponte est confessus in hunc modum, quomodo ipse gravi admodum ad presens compulsus necessitate a magnifico Francisco filio condam magnifici Nicolai de Hederwara viginti mille florenos auri sub spe mutue restitucionis levasset et recepisset, de quibus ipse eidem Francisco de Hederwara nullam *(igy)* hactenus satisfaccionis complementum facere et impendere potuisset et nec posset in presenciarum. Nolens tamen ipse, ut tanta pecuniarum summa insoluta remaneat, ut exinde inter eos vel heredes eorum aliqua questionis materia nunc vel in

futurum oriri posset, de beneplacita annuencia eiusdem Francisci de Hederwara, qui fraternali pocius quam pecuniarum cupiditate allicitur, volens eundem Franciscum de Hederwara de rehabicione prescriptarum pecuniarum summis securum reddere, castrum suum Chÿchwa vocatum ac possessiones Henczocz, Monyorocz, Zedlÿchke, Warallÿa, Benkocz, Bozzas, Mernÿk, Kazmÿe, Damas, Nemethkanÿo, Dobra, Kyschÿchwa, oppidum Warano, simulcum theloneo ibidem exigi solito, Wÿsnÿo, *Banyacska*, Porwbka, Wehecz, *Hwzzwmezew*, Chemernÿe, Lompnÿcza, Chaklÿo, Zamwth, Jezthreb, ac porciones possessionarias in possessionibus Zachwr et *Dauidwagasa* ac possessiones *Zelewske* et Charnaho in Zempliniensi, item castrum *Cherep* vocatum ac possessiones similiter Cherep, Thard, Iwan ac porcionem possessionariam in possessione *Babona* in Borsodiensi, necnon possessionem Kÿrth ac porciones possessionarias in possessionibus Erk, *Zazberek*, Sadan ac oppidum *Porozlo* unacum tributo ibidem et vado in fluvio Ticie habitis in Hewesiensi, item oppida Zepsÿ et Zÿna cum tributo in eadem Zÿna exigi consueto, item similiter oppidum Rozgon predictum ac possessiones Kysrozgon, Waÿkocz, Harazthy, Gyerke et *Kÿralnepy* in Abwÿwariensi ac Jan, Bekÿ, Kaÿatha, *Kÿszÿlwa*, *Adamfewlde* porcionemque possessionariam in possessione Naghzÿlwa in de Saros, item castrum Monÿoros appellatum ac possessiones similiter Monÿoros, *Sokwth*, *Agÿagos*, Rwdewl, Charnÿk, Krodÿn, Zencze, Gewrges, Prozacho, Kobolnÿcza, Mychako, *Lewrÿnczwagasa*, *Detrewagasa*, Lompna, *Fÿas*, Crwcho, Mÿhalko, Pethkes, Tharbaÿ, necnon porciones possessionarias in possessionibus Bÿstra et Herman in prescripto Zempliniensi, item possessiones Thwra cum tributo ibidem existenti, Irswazeg, Ozlar, Walko, *Zenthlazlo*, *Hewÿz*, *Sÿdo* ac porciones possessionarias in *Zenthfalw* penes civitatem Pesthiensem et Macha, necnon predia Nÿr, *Sÿdotheleke*, *Zenthpal Arnÿka*, Onchtheleke in Pesthiensi ac porcionem possessionariam in possessione Echkend in Newgradiensi, ac ius patronatus abbacie ecclesie de *Akosmonostra*, item porciones possessionarias in oppido *Gÿenges* et possessionibus Bene et Halaz in dicto Hewesiensi ac alia quevis iura sua possessionaria ubicunque et

in quibuscunque comitatibus huius regni existencia et habita simulcum cunctis prescriptorum castrorum, oppidorum, possessionum, prediorum porcionumque et iurium possessionariorum utilitatibus, terris utputa arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet integritatum utilitatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eadem castra oppidaque, possessiones, predia et porciones possessionarias de iure ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus iam fato Francisco de Hederwara pro prenotatis viginti milibus florenis auri tali sub condicione pignori duxisset obliganda, prout obligavit et impignoravit nostri in presencia, quod si volente deo, cui humana nequit resistere fragilitas, prefatum Stephanum filium condam Johannis de Rozgon absque heredum solacio, quod deus avertat, ab hac luce decedere contigerit, extunc prescripta universa castra, oppida et quevis iura possessionaria, simulcum prescriptis pertinenciis, in et ad memoratum Franciscum de Hederwara et eiusdem heredes pro huiusmodi viginti milibus florenis auri devolvantur et debeant redundari pleno iure, ita videlicet, quod si quispiam fratrum vel consanguineorum suorum vel quicunque alii, quorum redempcioni preasserta castra, oppida et alia iura possessionaria sua magis competunt, eadem non aliter nisi solucione predictorum viginti milium florenorum auri omni rerum estimacione seclusa a manibus ipsius Francisci et eiusdem heredum redimendi habeant potestatem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum beate Sophie vidue, anno domini millesimo quingentesimo; venerabili et religiosis domino Ladislao preceptore, magistro Georgio lectore, Anthonio cantore, altero Georgio custode ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte feliciter existentibus.

Eredetije hártyán, piros-sárga-fekete selyemsodratról függő pecséttel, fasc. 5, Nr. 11.

352.

1504 január 18. A székesfehérvári káptalan előtt Margit asszony, néhai Horogszegi Szilágyi Ozsvát leánya, néhai Maróthi Mátyus özvegye Walpó várát tartozékaival együtt és mezővárosát néhai Rozgonyi Apollónia gyermekei, Cháki Miklós csanádi püspök, László és Ferencz, Bajnai Both Andrásné, Anna asszony, Hédervári Ferenczné, Borbála asszony és Katalin javára felvallja, magának csak Sarkfalvát és Petherdet s a drávai révet tartván meg.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod generosa domine Margaretha, filia condam Osualdi Zÿlagÿ de *Horogzeg,* relicta olim magnifici Mathÿus, filii condam Ladislai bani de Maroth, alias bani Machouiensis coram nobis personaliter constituta sponte et libere ac vive vocis oraculo confessa exstitit in hunc modum, quomodo ipsa gravedinem corporis similiter senectutem, quibus eadem admodum fatigata foret, ac etiam terminum vite sue satis brevem iam tandem considerans, volens etiam quamdiu in humanis ageret bonorum suorum hereditariorum successorem et heredem talem et tam gratum atque fidum eligere, qui eiusdem et progenitorum suorum ac dicti condam magnifici Mathÿus domini et mariti sui animarum salute memores fierent et ne eciam huiusmodi bona sua hereditaria a predicto condam magnifico Mathÿus in ipsam devoluta et condescensa ad manus devolverentur ingratorum. Attendens itaque reverendi domini Nicolai de Chak, episcopi ecclesie Chanadiensis etc. ac Ladislai et Francisci de eadem Chak, filiorum necnon dominarum Anne, magnifici Andree Both de Baÿna ac Barbare, magnifici Francisci de Hederwara consortum et puelle Catherine, filiarum condam Apolonie de Rozgon, fratrum scilicet et consanguineorum suorum congeneracionalium multiplices complacentias, sincerumque amorem et animum benivolum, quibus iidem temporibus opportunis eidem sese gratos reddere studuerunt, studebuntque in posterum, certis etiam racionabilibus de causis animum suum ad id moventibus castrum suum Walpo

vocatum in de Baranÿa, necnon similiter oppidum Walpo nuncupatum simul cum tributo ibidem exigi solito, item possessiones Lÿczkowcz, Kwnfalwa, Mariancz, Zagaÿcz, Oresawcz, Zÿgethfalwa, Mÿglak, Bezther, Naarth, Monozlo, Chusa, Bodola, Wek, Kÿsfalwd, Pelÿcz, Razlo, Chobogatha, Palÿ, *Azzonfalwa*, Pergelÿncz, Rebas, Bogath, Zepse, Lehewcz in eodem de Baranÿa, preterea oppida *Zenthgÿewrgh*, *Zenthmÿhal*, Janowcz, Mariancz, Gersigorÿancz, necnon possessiones *Kerezthwr*, Chakancz, Lazarcz, Methlÿncz, Thÿwarowcz, Wÿlÿzkowcz, *Benedekfalva*, Prethÿsnÿcze, *Fÿlepzabathaga* Kapronczа, Wÿtho et Podgaÿcz in districtu *Azÿuagh* in regno Sclauonie, similiter cum tributo in dictis oppidis Zenthgÿewrgh et Prethÿsnÿcze ac portu sew wado in Zenthmÿhal exigi solitis ad dictum castrum Walpo spectantibus, item oppidum Athÿa vocatum simul cum castello ibidem erecto ac predio *Zabathsag* dicto, necnon portu sew vado in eodem Athÿa exigi solito, ac possessiones *Babafalwa*, *Hwzÿwlowazÿ*, *Kardos*, *Beelwelgh*, *Ewrwenÿes*, Nemchÿn in de Walko comitatibus existentes et habitas simul cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris et antiquis metis ad eadem et easdem ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, — demptis tantummodo possessionibus *Sarkfalwa* et Petherd vocatis et portu sew vado tributi ex utraque parte aque Draue existenti ad dictum castrum Walpo pertinentibus, quas pro se et usu suo proprio reservasset, — memoratis reverendo domino Nicolao de Chak, episcopo Chanadiensi etc. ac Ladislao et Francisco de eadem Chak, filiis, necnon dominabus Anne, dicti magnifici Andree Both de Baÿna ac Barbare, prefati magistri Francisci de Hederwara consortibus et puelle Catherine, filiabus, ut premittitur, condam Apolonie de Rozgon, fratribus scilicet et consanguineis suis congeneracionalibus atque eorundem Ladislai et Francisci de Chak predicta, nec-

non dominarum Anne et Barbare ac puelle Catherine heredibus et posteritatibus universis in perpetuum dedisset, donasset et contulisset, immo dedit, donavit et contulit nostri in presencia in filios filiorum ac heredum per heredes iure perhennali et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter et habenda nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem, — exceptis premissis duabus possessionibus ac portu sew vado tributi premissi — sibi reservando, sed totum et omne ius, iurisque proprietatem et dominium, quod et quam in prescriptis bonis hereditariis habuisset aut in futurum habere sperasset quoquomodo in prefatum dominum Nicolaum episcopum et alios prenominatos transferendo pleno cum effectu, hoc per expressum declarato, ut prescripta universa bona hereditaria in et ad ius femineum sicuti masculinum condescendere possint et devolvi, condescendantque et devolvantur. Pro eo eciam prefata domina Margaretha universas literas et literalia instrumenta factum prescriptorum bonorum tangentes et concernencia manibus memorati domini Nicolai episcopi et aliorum supradictorum dedisset et assignasset eosdemque in veros heredes premissorum bonorum constituisset, prout dedit, assignavit et constituit pleno iure coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beate Prisce virginis, anno domini millesimo quingentesimo quarto, venerabili et honorabilibus dominis, Gilberto preposito, apostolico prothonotario, necnon Gregorio de Wÿlak lectore, Georgio de Sÿcz cantore, Francisco, Aladario custode *(így)*, Francisco de Zakch et Michaele Dobozÿ decanis, ceterisque fratribus et canonicis ecclesie nostre predicte existentibus.

Eredetije hártyán, töredezett függő pecséttel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 21240. sz. a.

353.

1504. január 18. A székesfehérvári káptalan előtt Margit asszony, néhai Horogszegi Szilágyi Ozsvát leánya, néhai Maróthi Mátyus özvegye testvéri szeretetből néhai Rozgonyi Apollónia gyermekei, Csáki Miklós, csanádi püspök, László és Ferencz, Anna asszony, Bajnai Both Andrásné, Borbála, Hédervári Ferenczné s Katalin javára felvallja a budai Mindszentutczában levő kőházát.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod generosa domina Margaretha, filia condam Osualdi Zÿlagÿ de Horogzeg, relicta olim magnifici Mathÿus, — filii condam Ladislai bani de Maroth, alias bani Machouiensis coram nobis personaliter constituta sponte et libere confessa exstitit in hunc modum, quomodo ipsa terminum vite sue satis brevem considerans, volensque erga fratres et consanguineos suos congeneracionales pro ipsorum multiplicibus complacenciis eidem temporibus opportunis exhibitis ex sui sinceri amoris fervore certa caritatis indicia gestis evidentibus demonstrare, domum suam lapideam in civitate Budensi in vico *Mÿndzenthwcza* vocato habitam, cui ab aquilonari capituli ecclesie Jauriensis et ex opposito illustris Johannis Coruini, ducis Lÿpthouiae etc., et a meridionali plagis reverendi domini episcopi ecclesie Boznensis domus lapidee vicinarentur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem domum spectantibus et pertinere debentibus reverendo domino Nicolao de Chaak, episcopo ecclesie Chanadiensis ac Ladislao et Francisco de eadem Chak, necnon dominabus Anne, magnifici Andree Both de Baÿna ac Barbare, magnifici Francisci de Hederwara consortibus et puelle Catherine, filiis scilicet et filiabus condam Apolonie de Rozgon, eorundemque Ladislai et Francisci de Chaak predicta ac dominarum Anne et Barbare atque puelle Catherine heredibus et posteritatibus universis, solummodo et precise ob zelum et amorem fraternitatis dedisset, donasset et contulisset, immo dedit, donavit et contulit nostri in presencia iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possi-

dendam pariter et habendam, nil iuris et dominii in eadem domo sibi ipsi reservando, sed omne ius et dominium eiusdem in ipsos dominum Nicolaum episcopum et alios supradictos transferendo, prout transtulit effective coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendenti et autentico sigillo nostro munitas duximus concedendas. Datum in festo beate Prisce virginis, anno domini millesimo quingentesimo quarto, venerabilibus et honorabilibus dominis, Gilberto preposito, apostolico protonotario, necnon Gregorio de Wÿlak lectore, Georgio de Sycz cantore, Francisco, Aladario *(így)* custode, Francisco Zakchÿ et Michaële Dobozÿ decanis etc., fratribus et concanonicis ecclesie nostre predicte existentibus.

Eredetije hártyán, függő pecséttel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 21241. sz. a.

354.

1504 április 28. A pécsváradi konvent előtt néhai Héderváry Ozsvát fiai, István és Imre, és Héderváry Ferencz özvegye Katalin minden kölcsönös tartozásaik iránt egymást nyugtatják.

Nos conventus monasterii Pechwaradiensis memorie commendamus, quod egregii Stephanus ac Emericus, filii condam Osualdi de Hederwar onera nobilis puelle Brigide, sororis eorum ab una, parte siquidem ex altera generosa domina Katherina, alias relicta condam Francisci de eadem Hederwar, et expost alterius olim Francisci de Maczadonÿa eadem, oneribus Johannis filii et Barbare filie suorum in subscriptis super se assumptis coram nobis personaliter constituti, per eosdem Stephanum ac Emericum confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod quia mortuo dicto condam Francisco de dicta Hederwar universe litere et [omnia] literalia instrumenta eorum factum universarum possessionum, porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum eorundem ubivis et in quibuscunque comitatibus [adi]acencium, sed et alie universe res et quelibet bona mobilia et immobilia dicti condam Francisci Hederwarÿ in manus eiusdem domine Katherine devenerint, tamen nunc ipsa domina Katherina easdem et

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

eadem eisdem plenarie reddidisset et integre restituisset, ÿmmo iidem reddidisse et plenarie restituisse retullerunt coram nobis. Super qua quidem plenaria et integra restitucione prescriptarum universarum literarum et literalium ipsorum instrumentorum, factum, ut premittitur, universarum possessionum, porcionumque et quorumlibet iurium eorum possessionariorum tangencium et concernencium, sed et aliarum quarumlibet rerum et bonorum prefati condam Francisci Hederwarÿ in manus prefate domine Katharine deventarum prememorati Stephanus et Emericus de ipsa Hederwar annotatam dominam Katherinam relictam quitam, expeditam, absolutamque et per omnia satisfactam reddidissent et commisissent, ÿmmo reddiderunt et commiserunt nostro in conspectu. E converso autem pretitulata domina Katherina annotatos Stephanum et Emericum de dicta Hederwar et eorundem heredes universos super plenaria et integra satisfaccione dotum et rerum paraffernalium suarum eidem de universis possessionibus porcionibusque et quibuslibet iuribus possessionariis, sed et quibuslibet aliis rebus et bonis quovis nomine appellatis dicti condam Francisci Hederwarÿ, prioris domini et mariti sui ubivis et in quibuscunque comitatibus existentibus iuxta regni consuetudinem provenire debentibus similiter quitos, expeditos modisque omnibus absolutos et satisfactos reddidit et commisit nostri in presencia tali obligaminis vinculo per predictas utrasque partes interposito, ut si qua parcium prescriptarum aut heredes ipsarum premissa in toto vel in parte observare nollet aut violare attemptaret, extunc talis pars violans contra partem alteram in premissis persistens ante litis ingressum in sexingentis florenis auri puri convincatur et convicta habeatur eo facto, ad que premissa observanda se partes prescripte personali earum astancia sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio presencium mediante. Datum die dominico proximo post festum beati Marci ewangeliste, anno domini millesimo quingentesimo quarto.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét nyomaival, fasc. 3. Nr. 25.

355.

1505 augusztus 4. Pozsony vármegye hatósága bizonyítja, hogy Nebojszai Bor Péter kérésére vizsgálatot tartván, úgy találta, hogy Nebojszai Bor László özvegyének, Katalinnak a Balogh nemzetség összes birtokaiban része van.

Nos Paulus Holi et Ambrosius Sarkan, comites et iudices nobilium comitatus Posoniensis damus pro memoria, quod ad instanciam et legitimam peticionem nobilis Petri Bor de Neboyza unum ex nobis, videlicet nobilem Andream de Rethe iudicem nobilium ad infrascriptam inquisicionem faciendam fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retullit eo modo, quod ipse feria quinta proxime preterita, in festo videlicet Deposicionis sancti regis Wladislai *(júl. 29.)* infra scriptos nobiles ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque domino regi observandam requisitos et examinatos habuisset, quatenus (?) nobiles Georgius Aradi, Thomas Abram, Emericus Zwhi, Demetrius Zuhi, domina Katherina coniunx, eiusdem, relicta domina Anna, coniunx Johannis Saphinta, omnes et singuli isti de Neboÿza unanimiter et concorditer fassi sunt eo modo, quomodo bene et peroptime scirent, quod domina Katherina, relicta condam Ladislai Bor de Neboÿza haberet partem in omnibus possessionibus et sessionibus nacionis Balogh in Neboyza residentis in omni loco, ubi idem naciones Balogh partem habere dicerent, ad quorum prescriptorum fassiones presentes literas nostras munimine sigilli nostri consignatas duximus concedendas. Datum in Samaria in loco sedis, feria secunda post festum beati Petri ad Vincula, anno domini 1505.

Kívül: Pro nobili Petro Bor de Neboÿza etc. relacio inquisicionis.

Eredetije papiron, öt aljára nyomott pecséttel, fasc. 95. Nr. 7. jelzet alatt.

356.

Buda, 1505 október 24. II. Ulászló király előtt néhai Csáki Benedek és Rozgonyi Apollónia fia, Miklós, csanádi püspök, a maga és testvérei, László, Ferencz, Anna, Bajnai Both Andrásné, Borbála, Hédervári Ferenczné és Katalin nevében az irántok tanusított szívesség és jótettek viszonzásául a baranyamegyei Walpó várát és mezővárosát tartozékaival és egyéb birtokokkal együtt Perényi Imre, abaújvármegyei örökös főispán és nádor javára felvallja.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod fidelis noster, reverendus dominus Nicolaus, filius condam Benedicti de Chaak, episcopus ecclesie Chanadiensis, oneribus et quibusvis gravaminibus Ladislai et Francisci, filiorum ac dominarum Anne, magnifici Andree Both de Baÿna ac Barbare, magnifici Francisci de Hederwara consortum et puelle Katherine, filiarum condam Apolonie de Rozgon, fratrum videlicet et sororum suorum in subscriptis super se et cunctas suas hereditates assumptis et receptis, coram nobis personaliter constitutus est confessus sponte et retulit in hunc modum, quod quia fidelis noster, spectabilis et magnificus dominus Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawywariensis, regni nostri Hungarie palatinus et iudex Comanorum sibi semper omni favore et amicicia singulari affuisset, complacenciasque eciam non mediocres et beneficia placidissima temporibus sibi opportunis exhibuisset, exhibereque non dubitaret eciam in futurum, ideo ipse dominus episcopus acceptorum beneficiorum huiusmodi non immemor, sed viceproca remunerator esse cupiens, bona et matura in se deliberacione prehabita, totum et omne ius suum ac dictorum fratrum et sororum suorum, quod videlicet ipsi in castro Walpo vocato in de Baranÿa, necnon oppido similiter Walpo nuncupato ac tributo ibidem exigi solito, item possessionibus Lÿzkowcz, *Kwnffalwa,* Marÿancz, Zagaÿcz, Oresawcz, *Zÿgethfalwa,* Mÿglak, Bezther, Naarch, Monozlo, Chwsa, Bodola, Wek, *Kÿsfalwd,* Pelÿch, Razlo, Chobogatha, Palÿ, *Azzonfalwa,* Pergelÿncz, Rebas, Bogath, Zepse, Lehewcz in eodem de Baranÿa, preterea oppidis

Zenthgÿewrgh, Zenthmÿhal, Janowcz, Marÿancz, Gersigoriancz, necnon possessionibus *Kerezthur,* Chakancz, Lazarcz, Methlÿncz, Thÿwarowcz, Wÿlizkowcz, *Benedekfalwa,* Prethisnicze, *Filepzabathaga,* Kaproncza, *Wÿtho* et Podgaÿcz in districtu *Azyuagh,* in regno Sclauonie ac tributo in dictis oppidis Zenthgÿewrgh et Prethnischnice ac portu sew vado in Zenthmÿhal exigi solitis ad dictum castrum Walpo spectantibus, item oppido *Athÿa* vocato ac castello ibidem erecto ac predio *Zabadzagh* dicto, necnon portu sew vado in eodem Athÿa exigi consueto ac possessionibus *Babafalwa, Hozÿwlowazÿ, Kardos, Beelwewlgh, Ewrwenÿes,* Nemchÿn in de Walko comitatibus existentibus et habitis, ex legittima fassione magnifice condam domine Margarethe, filie condam Osualdi Zÿlagÿ de Horoghzeg, consortis videlicet magnifici condam Mathÿus, filii olim Ladislai de Maroth, bani Machouiensis superinde facta, qualitercunque habuissent, vel habere sperarent quoquo modo in futurum, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis ad eadem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato Emerico de Peren, comiti et palatino, suisque heredibus et posteritatibus universis tum pro premissis complacenciis et beneficiis suis, tum vero certis aliis bonis respectibus animum suum ad id moventibus dedisset, donasset et contulisset, immo dedit, donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, fruenda, possidenda pariter et habenda, nil iuris, nilve proprietatis sibi ac dictis fratribus et sororibus suis, eorundemque fratrum et sororum suorum heredibus in pretactis castro, castello, oppidis, possessionibus, prediis, vadis et tributis per amplius reservando, sed ut premissum est, totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipse dominus episcopus, fratresque et sorores sui prenominati in

eisdem habuissent, aut de cetero quovis modo habere sperarent, in et ad prefatum Emericum de Peren, comitem et palatinum, suosque heredes et posteritates universos transferendo pleno iure harum nostrarum, quibus sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie in iudiciis utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria sexta proxima post festum beatarum Undecim millium Virginum, anno domini millesimo quingentesimo quinto.

Coram me Stephano, episcopo
postulato Nitriensi etc.

Eredetije hártyán, függő pecsét töredékeivel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 21500. jelzet alatt.

357.

1506 május 5. A váradhegyfoki konvent előtt Dorottya asszony, néhai Belthewki Drágffy Bertalan özvegye, néhai Hédervári Imre bán leánya, mindazon jogait, melyeket atyja után ennek birtokaiban, Ozora, Thamássy, Posegawár várakban, Podwersa kastélyban, Hederwára és Zthryn (?) tartozékaiban bír, mostoha fiai, Drágffy György és János javára felvallja.

Hártyán levő s függő pecséttel ellátott eredetiről átírva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki itéletlevelében. (M. Tört. Tár. VI. k. 24. l. — V. ö. 405. sz.)

358.

1506 május 7. A váradhegyfoki konvent előtt néhai Belthewki Drágffy Bertalan fiai, György és János mostoha anyjukkal, Dorottya asszonynyal, néhai édes atyjok özvegyével, néhai Hédervári Imre bán leányával csereegyezségre léptek oly módon, hogy Dorottya asszony a tolnamegyei Ozora, Thamássy, Ireg mezővárosokból, Márthon, Bozzás, Thengeld, Felsew Maysa, Alsó Maysa, Debrenthe, Naghcheh, Kyscheh, Kanya, Zakol, Gonozd, Meggyes Iregh, Wyffalw, Zenche, Thengelycz, Men, Thothfalw, Igar és Gerenas birtokokból három részt mostoha fiainak enged át, a negyediket magának tartván fel; viszont fiai a Közép-Szolnokmegyében fekvő Seeplak és Bewshaza birtokok felét anyjuknak adják s még 8000 arany forintot, mit mostoha anyjuk tőlük fel is vett.

Hártyára irott s függő pecséttel ellátott eredetije átírva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki itéletlevelében. (M. Tört. Tár. VI. k. 26. l. — V. ö. 405. sz.)

359.

Ferrea, 1506 június 14. Miksa római király írja II. Ulászló magyar királynak, hogy úgy értesült, hogy ellenségei Hédervári Istvánt sok katonával a határra küldötték, hogy seregét, várait, birodalmát és népeit pusztítsa. Azonkívül is Magyarország rendei ellene vannak megállapodásuknak és azt is nehezen tűri, hogy Ulászlóval őt ellenségnek nyilváníttatták.

Közölve Történelmi Tár 1892. évf. 571. l.

360.

Buda, 1506 október 17. Szentgyörgyi és Bazini Gróf Péter országbíró előtt Hédervári Ferencz azon jótéteményekért, melyeket kora ifjúsága óta iránta Batthyáni Benedek, királyi kincstárnok tanusított, továbbá azon 12,000 arany forintnyi kölcsön fejében, — melyet tőle kapott, hogy a Mátyás király halála után a németek támadása által birtokaiban okozott kárt helyrehozhassa, idegen kézben levő zálogos birtokait visszaválthassa, majd pedig, hogy Jaycza várát mint bán minél jobb karban fentarthassa, — felvallja théténi (Pestmegye), kochi, kethheli, chazari, chychoi és wygmani (Komárommegye), továbbá genyewi, thaabi, zenthmyklosi, saagi és ewrsi (Győrmegye) birtokait, Ozora és Thamassy várait (Tolnamegye) s ezek tartozékait Igar (Fejérmegye) kivételével, azon kikötéssel, hogy ha utód nélkül hal el, az említett birtokok azonnal Batthyáni Benedekre szálljanak.

Bő bírói kivonata II. Ulászló király Budán, 1506. okt. 19-én kelt megerősítésével együtt a hártyára írott s függő pecséttel ellátott eredetiből átírva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki itéletlevelében. (M. Tört. Tár VI. k. 20. l. — V. ö. 405. sz.)

361.

Buda, 1507 deczember 13. II. Ulászló király Hédervári Ferencz jajczai bánnak Ireg tolnamegyei faluban hidak építésének kötelezettsége mellett vámszedési jogot adományoz.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis

fide et fidelium obsequiorum gratuita merita fidelis nostri magnifici Francisci de Hederwara, bani castri nostri de Jaÿcza per eum sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate iuxta sue possibilitatis exigenciam cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, eidem ex certa nostre maiestatis sciencia et animo bene deliberato id duximus annuendum et concedendum, immo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipse in possessione sua Ireg vocata, in comitatu Tholnensi existenti habita, intra cuius metas quam plures rivuli et loca lutosa pontibus indigencia fore perhibentur, sicque in huiusmodi locis lutosis facilis transitus sine pontibus esse non potest, rotam in signum exaccionis tributi erigere, tributumque iustum et consuetum ab omnibus mercatoribus, institoribus et aliis quibusvis negociatoribus hominibus, quascunque res et bona eorum hincinde deferentibus et delaturis perpetuis semper successivis temporibus exigere et exigi facere valeat atque possit, ita tamen, quod ipse et sui heredes pontes debitos super cunctis locis necessariis intra metas dicte possessionis Ireg habitis cunctis viatoribus et negociatoribus propriis suis laboribus et expensis continuo habere debeat et conservare absque tamen preiudicio et dampno aliorum tributorum. Quocirca vobis, fidelibus nostris universis et singulis mercatoribus, institoribus et aliis quibusvis negociatoribus hominibus presentes visuris harum serie firmissime precipiendo mandamus, quatinus dum et quando ac quocienscumque cum rebus et bonis vestris mercimonialibus aut aliis rebus quibusvis ad loca dicti tributi perveneritis, extunc verum et iustum tributum de dictis rebus et bonis vestris iuxta qualitatem et quantitatem earundem, secundum consuetudinem regni nostri in talibus observari solitum exactoribus huiusmodi tributi persolvere debeatis et teneamini et aliud nullomodo facere presummatis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis secreti sigilli nostri, quo ut rex Hungarie utimur, munimine roboratas duximus concedendas. Datum Bude, in festo beate Lucie virginis et martyris, anno domini millesimo quingentesimo septimo, regno-

rum nostrorum Hungarie etc. anno decimo septimo, Bohemie vero tricesimo octavo.

Relacio magnifici domini Moÿsi Bwzlaÿ,
magistri curie regie maiestatis.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 51. Nr. 2. j. a.

362.

1507 deczember 19. A zágrábi káptalan előtt Glawnÿczai Kasnar István, Laki Thwz Zsófiának, néhai Szomszédvári Hennÿngh András özvegyének familiarisa úrnője nevében II. Ulászló királyt a zágrábmegyei Szomszédvár és Selÿn várak, és Zthwbÿcza kastély adományozásától, Bélteki Drágffy Jánost és Györgyöt, Hédervári Ferenczet s Báthori Györgyöt azok elfoglalásától eltiltja.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus per presentes, quod nobilis Stephanus Kasnar de Glawnÿcza, familiaris generose domine Sophie Thwz de Lak, relicte quondam magnifici Andree Hennÿngh de *Zomzedwara,* nomine et in persona eiusdem domine Sophie nostram personaliter veniens in presenciam, serenissimum principem et dominum, dominum Wladislaum, dei gracia regem Hungarie et Bohemie etc., dominum nostrum graciosissimum a donacione, collacioneque et consensu, item magnificos Johannem et Georgium Dragffÿ de Belthewk ac Franciscum de Hederwara et Georgium de Bathor, aliosque universos et quoslibet, cuiusvis status et condicionis homines ab impetracione, necnon occupacione, usurpacione, detencioneque et conservacione castrorum Zomzedwara et Selÿn vocatorum, necnon castelli Zthwbÿcza appellati ac oppidorum, possessionumque, necnon villarum et porcionum possessionariarum ad eadem castra castellumque pertinencium et spectare debencium, pertinenciarumque suarum universarum, iuri prefate domine Sophie, prout dicitur (?) spectare debencium, in comitatu Zagrabiensi existencium, seque ipsos quovis quesito colore in dominium eorundem et earundem intromissione et sibi ipsis appropriacione ac statui faccione usuumque, fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem et earundem percepcione sew percipi

faccione quoquo modo factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini millesimo quingentesimo septimo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékeivel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 32828. jelzet alatt.

363.

1508 július 9. A kolozsmonostori konvent előtt Bélteki Drágffy Bertalan fia, György, úgy saját, valamint testvére, Drágffy János és fia Zsigmond nevében Közép-Szolnokmegyében fekvő Bercsen nevű birtokát s Bősháza meg Széplak fele részét mostoha anyjának, néhai Héderváry Imre bán leányának, néhai Drágffy Bertalan hátrahagyott özvegyének, Dorottyának, gyermeki kegyelettel átörökíti.

Későbbi rávezetés: Paria literarum existencium apud Paulum Romocsaházi Tirnaviensem.

Egykorú másolata papiron, fasc. 5. Nr. 12.

364.

1508 deczember 11. A nyitrai káptalan előtt néhai Nebojszai Balog István fia, Miklós, a maga s testvére, György, továbbá néhai Balog Sebestyén fia, Imre, a maga s testvérei, Simon, Vitál, Balázs és Bálint, valamint egyéb rokonai nevében is, — mivel tudomásuk szerint Katalin asszony, néhai Harnas Mihály leánya, néhai Nebojszai Bor László özvegye közeli rokonuk, — a jövendő békesség kedvéért, nebojszai, kajali (Pozsonymegye) és zsigárdi (Nyitramegye) részbirtokaik felét az említett Katalin asszony és utódai javára felvallják.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod nobiles Nicolaus olim Stephani et Emericus condam Sebastiani Balog dictorum de Neboyza filii ad nostram personaliter veniendo presenciam idem Nicolaus Georgii, memoratus vero Emericus Simonis, Vitalis, Blasii, necnon Valentini, fratrum suorum carnalium universorum eciam aliorum onera

et quelibet gravamina in subscriptis penitus et omnino super se assumendo sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi prehabita matura ac digesta suorum animorum deliberacione, nolentes eciam ut superstites et heredes ipsorum venturis temporibus lites et controversias fatigasque et expensas cum nobili domina Katherina, filia olim Michaëlis Harnas dicti, relicta videlicet condam Ladislai Bor de dicta Neboyza, suisque posteris, heredibus et superstitibus mutuo et vicissim inter se facerent et haberent, quam dominam Katherinam, eiusque heredes scirent esse eorum propinquos consanguineos, directam et equalem medietatem porcionum suarum possessionariarum in possessionibus prefata Neboyza et Kayal in Posoniensi, necnon Sygarth vocatis in Nitriensi comitatibus existentibus, habitarum ipsos hereditario iure concernencium cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, utputa terris arabilibus cultis et incultis, agris, campis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, pratis, pascuis, fenilibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis ac generaliter aliis omnibus integritatum utilitatibus, iure et ab antiquo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis memorate domine Katherine, ipsius heredibus et superstitibus universis in filios filiorum ac heredum per heredes iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam ac hereditarie habendam dedissent, inscripsissentque et apperpetuassent, ymmo annotati Nicolaus et Stephanus Balog dederunt, inscripseruntque et apperpetuaverunt coram nobis. In cuius rei testimonium, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas, observata communi iusticia, sepefate domine Katherine, suisque heredibus duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum Concepcionis beatissime Marie virginis, anno domini millesimo quingentesimo octavo.

Eredetije hártyán, függő pecséttel, fasc. 95. Nr. 8. jelzet alatt.

365.

1509 július 11. A budai káptalan Perényi Imre nádornak jelenti, hogy Bélteki Drágffy Bertalan özvegye Dorottya és Hédervári Ferencz között fenforgó hatalmaskodási ügyben a vizsgálatot végrehajtatta s hogy az utóbbit a nádor elé idéztette.

Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, ac serenissimi principis et domini, domini Wladislai dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciosissimi impresenciarum in hac absencia sue maiestatis locumtenenti, domino eorum honorando, capitulum ecclesie Budensis debiti honoris incrementum. Vestra noverit magnificencia nos literas eiusdem vestre magnificencie inquisitorias, evocatorias et insinuatorias nobis directas reverencia, qua decuit, recepisse in hec verba.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Budensis Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac serenissimi principis et domini domini Wladislai, dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciosissimi impresenciarum in absencia sue maiestatis locumtenens debitam reverenciam cum honore. Dicitur nobis in persona generose domine Dorothee, relicte magnifici condam domini Bartholomei Draghfÿ de Belthewk, alias waÿvode Transsilvanensis, filie videlicet magnifici condam domini Emerici Banÿ de Hederwara, quod licet iuxta quandam iudiciariam nostram deliberacionem et contenta literarum nostrarum adiudicatoriarum superinde emanatarum integra quarta pars directarum et equalium medietatum castri et oppidi Posegawar, necnon castelli Podwersa vocatorum in de Posega, necnon possessionum Wereskolcz, Dreskolcz, Zelnacz, Koppancz, Lÿppÿe et Prÿbÿnye, ad dictum scilicet castrum et oppidum Posegawar, atque Kwprÿnya, Orÿawa, Podwersa, Lÿppÿnÿa, Grÿgathocz, Banycz, Zagorbacha, Zergowdol, Zella, Prÿdworÿa, Zenthysthwan et Desewolcz vocatarum, omnino in dicto de Posega existencium, ac pretactum scilicet castellum Podwersa

spectancium, item eciam insuper simili modo recta et integra pars directarum medietatum possessionum prememorati eiusdem Emerici banÿ, patris scilicet antedicte domine exponentis, Koch, Chazar et Ketthel in Comaroniensi, ac Zenthmÿklos in Wesprimiensi, necnon Thaap, Ewrs et Saagh dictarum in Jauriensi, item similiter porcionis in civitate Jauriensi, necnon eciam aliarum possessionum Ethewen, Zÿgheth in eodem Jauriensi, Darno, Szelÿ alio nomine Selke, Remethe Bodak in Posoniensi, Nowak in Mosoniensi, necnon Hederwara, Raro, Asowan, Olthowa, Zenthpal, Dwnazegh, Kenderesmedwe, Zamolÿ, Wyfalw in dicto Jauriensi, Arak in prenotato Mosoniensi, atque Gewnÿew in eodem Jauriensi, Wÿgman et Chycho in antedicto Comaroniensi, ad castrum scilicet Hederwara pertinencium, atque Dalmad nuncupatarum, in Tholnensi comitatibus existencium habitarum, ab aliis tribus partibus magnifico utputa Francisco filio condam Nicolai de dicta Hederwara relictis, per nostrum et vestrum homines iam dudum excisa et sequestrata et eidem domine Dorothee exponenti simulcum suis utilitatibus iuridice statuta extiterit et commissa, tamen circa dominicam Oculi *(márcz. 11. körül)* proxime preteritam prefatus dominus Franciscus de Hederwara, nescitur quibus ex causis, missis et destinatis suis castellanis et officialibus unacum quampluribus aliis suis familiaribus et iobagionibus manibus armatis et potenciariis ubique ad prescriptas porciones possessionarias antedicte domine Dorothee exponentis, eidem utputa ex huiusmodi directe quarte partis sequestracione suomodo iuridice cedentes et provenientes, ubi easdem totales porciones suas possessionarias in dictis castro et castello habitas totaliter similimodo eciam et prenarratis possessionibus existentes, puta in oppido Posegawar viginti duas sessiones populosas et unam desertam simulcum quarta parte medietatum thelonii, ibidem exigi soliti, iurium eciam suorum ibidem in duobus claustris, necnon quibusdam aliis viginti sessionibus iobagionalibus ad ipsa claustra spectantibus habitorum, item in Wereskolcz unam sessionem populosam, in Dreskolcz similiter unam populosam, in Zelnocz, iterum unam populosam, in Koppancz unam populosam, in Lÿppÿe similiter unam populosam et unam desertam edificia

habentem, in Prÿbÿnnÿe unam populosam, in Kwprÿnnÿa unam populosam, in Orÿawa unam populosam, in Podwersa unam populosam, in Lÿppÿnnÿa unam populosam, in Grÿgathocz unam populosam, in Banÿcz unam, in Zagrebache unam, in Hergowldol unam, in Zella unam, in Prÿdworÿa unam, populosas, in Zenthÿsthwan unam desertam et in Desewolcz tres sessiones iobagionales populosas, item in Koch sex sessiones populosas, in Chazaar quatuor populosas et duas desertas, in Ketthel tres populosas et duas desertas, in Zenthmiklos similiter tres populosas et quatuor desertas, in Thaap quatuor populosas, in Ewrs similiter quatuor populosas et unam desertam, in Saag tres populosas et unam desertam, item in Jawrino unam populosam, in Ethwen similiter unam, in Zÿgheth duas populosas, in Darno unam desertam, in Selÿ unam populosam, in Remethe unam, in Bodak similiter unam populosas et duas desertas, in Nowak unam populosam et similiter unam desertam, in Hederwara unam populosam et similiter unam desertam cum uno maccello, in Raro duas populosas et unam desertam, in Asowan iterum unam populosam et unam desertam, in Olthowa iterum unam populosam et unam desertam, in Zenthpal unam populosam et unam desertam, in Dwnazegh duas populosas et unam desertam, in Kenderesmedwe unam populosam, in Zamolÿ duas populosas et unam desertam, in Wyfalw nunc habitatoribus destituta simili modo quartam partem medietatis eiusdem, in Arak unam populosam, in Gewnÿew quinque populosas et duas desertas, in Wÿgman unam populosam et duas desertas, in Chÿcho quatuor populosas et in Dalmad decem sessiones iobagionales populosas et unam desertam, totaliter et ex integro minus iuste et indebite ac preter omnem viam iuris pro se occupari et universos eorumdem fructus proventusque et obvenciones plusquam sexingentos florenos auri facientes hactenus totaliter pro se exigi fecisset et percepisset. Quas quidem predictas totales porciones possessionarias annotate domine Dorothee exponentis et modo quoque occupative teneret et de eisdem uteretur potencia sua mediante in preiudicium et dampnum eiusdem domine Dorothee exponentis iurisque derogamen valde magnum. Et quia prefatus domi-

nus rex tempore recessus sue maiestatis de hoc regno suo Hungarie versus regnum suum Bohemie, antequam iter suum arripere voluisset, de consilio dominorum prelatorum et baronum pro quieciori commodiorique et tuciori statu ac conservacione huius regni inter cetera statuendum decrevit, ut racione quorumcunque actuum potenciariorum, dampnorum illacionis ceterorumque malorum generum occasione ab ipso tempore recessus sua maiestatis per quempiam committendorum infra felicem reditum sue maiestatis breves ammoniciones ad tricesimum secundum diem iuxta formam generalis decreti superinde editi et stabiliti decerni et dari atque universe cause racione previa post exitum prefati domini nostri regis semper usque felicem reditum sue maiestatis movende absque omni prorogacionis confidencia per nos adiudicari et sentencionaliter finaliterque terminari possint et debeant, pro eo amiciciam vestram presentibus petimus diligenter nichilominusque auctoritate et in persona prefati domini nostri regis, qua impresenciarum fungimur, firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magistri Ambrosius de Kewbewlkwth, sew Ladislaus de Gÿwla, sive alter Ladislaus de Kezew, nam Andreas de Iloswa, namque Franciscus de Ethwews aliis absentibus homo noster de curia nostra ad id specialiter transmissus, scita prius premissorum mera veritate, evocet memoratum dominum Franciscum de Hederwara iuxta vim et formam premisse ordinacionis dicti domini nostri regis ac prescripti generalis decreti superinde editi et stabiliti contra annotatam dominam Dorotheam exponentem ad tricesimum secundum diem diei evocacionis huiusmodi ex hinc fiende computando in curiam regiam nostram scilicet in presenciam, racionem de premissis redditurum efficacem, litis pendencia, si qua foret, inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eidem, ut sive ipse termino in prescripto coram nobis compareant sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocati et insinuati nomine, ut fuerit expediens, terminum ad predictum nobis

amicabiliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima post festum Visitacionis beatissime virginis Marie, anno domini millesimo quingentesimo nono. *(1509. júl. 5.)*

Nos itaque mandatis eiusdem vestre magnificencie in omnibus obedientes, uti tenemur, unacum prenominato magistro Ladislao de Kezew, homine vestro palatinali de curia vestra ad id specialiter transmisso nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Georgium de Labad, socium et concanonicum nostrum, ad premissam inquisicionem, evocacionem et insinuacionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, quod primo ipsi feria sexta proxima post dictum festum Vicitacionis beate Marie virginis *(júl. 6.)* proxime preteritum in civitate Budensi simul procedendo a nobilibus predictorum comitatuum de Posega, Wesprimiensis, Jauriensis, Posoniensis, Mosoniensis et Tholnensis, instante scilicet presente (?) brevium iudiciorum termino, huc Budam pro defensione et prosecucione causarum suarum congregatorum et conveniencium, deinde die dominico *(júl. 8.)* immediate sequenti, in prenarrato comitatu Comaroniensi modo simili pariter procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, palam et occulte diligenter inquirendo et investigando omnia premissa et quevis premissorum singula sic et suo modo acta, facta et patrata fuisse rescivissent, sicuti et quemadmodum eidem vestre magnificencie dictum extitisset, tenorque literarum eiusdem per omnia contineret prescriptarum. Factaque huiusmodi inquisicione idem homo vestre magnificencie dicto nostro testimonio presente die dominico in eodem *(júl. 8.)* prefatum dominum Franciscum de Hederwara in porcione sua possessionaria in predicta possessione Koch habita contra annotatam dominam Dorotheam exponentem ad tricesimum secundum diem diei evocacionis premisse computando in curiam regiam, vestram scilicet palatinalem evocasset in presenciam, racionem de premissis redditurum efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obsante, insinuando ibidem eidem, ut sive ipse termino in prescripto coram eadem vestra magnificencia compareat, sive non, eadem ad partis compa-

rentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum quarto die diei ultime inquisicionis et evocacionis prenotate, anno domini supradicto.

Kivül: Domino palatino pro generosa domina Dorothea relicta magnifici condam domini Bartholomei Draghfÿ de Bewlthewk alias waÿwode Transsiluanensis, filia videlicet magnifici condam domini Emerici banÿ de Hederwara contra magnificum Franciscum filium condam Nicolai de eadem Hederwara ad terminum intrascriptum. Inquisicionis, evocacionis et insinuacionis relacio.

Eredetije papiron, zárlatán a pecsét nyomaival. Fasc. 5. Nr. 13.

366.

Buda, 1509 augusztus 10. Perényi Imre nádor előtt néhai Hédervári Miklós fia Ferencz s néhai Hédervári Imre leánya, Dorottya, bélteki Drágffy Bertalan hátrahagyott özvegye, bizonyos, Hédervári Ferencz által a másik fél kárára elkövetett birtokfoglalásból támadt peres ügyre nézve, kiegyeznek.

Nos Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac serenissimi principis et domini domini Wladislai, dei [gracia] regis Hungarie et Bohemie etc., domini nostri graciosissimi impresenciarum in absencia sue maiestatis locumtenens [memorie] commendamus per presentes, quod Laurencius Sarkan de Akoshaza pro magnifico domino Francisco [filio] quondam magnifici Nicolai de Hederwara cum nostris ab una, parte vero ex altera Gregorius Makra pro generosa domina Dorothea relicta quondam magnifici domini Bartholomei Dragfÿ de Bewlthewk, vayuode Transilvanensis, filia videlicet condam magnifici domini Emerici bani de dicta Hederwara, cum honorabilis capituli ecclesie Waradiensis literis procuratoriis coram nobis constituti proposuerunt et sponte confessi sunt in hunc modum, quod licet hÿs proxime elapsis temporibus inter ipsam dominam Dorotheam, ut actricem ab una, et prefatum dominum Franciscum de Hederwara, veluti in causam attractum, ab alia partibus, racione et pretextu occupacionis integrarum quartarum parcium directarum et equalium medietatum castri et oppidi Posegawar, ac castelli

Podwersa in de Posega, nec non possessionum ad eadem pertinencium, aliarum eciam possessionum ac porcionis possessionarie prelibati quondam Emerici bani, patris ipsius domine Dorothee, ad castrum Hederwara pertinentis et certarum aliarum possessionum in diversis comitatibus adiacencium, in literis videlicet honorabilis capituli ecclesie Budensis superinde evocatoriis clare specificatarum, alias utputa iuxta quandam iudiciariam deliberacionem et contenta literarum nostrarum superinde adiudicatoriarum, ab aliis tribus earumdem partibus, [anno]tato utputa domino Francisco de Hederwara, relictis, per nostrum et dicti capituli ecclesie Budensis homines, iamdudum excisarum et sequestratarum ac eidem domine Dorothee iuridice statutarum, tandem per ipsum dominum Franciscum de Hederwara patrate et commisse, nunc rursus nostri in presencia certe lites et differencie de novo orte fuerint et suscitate, tamen ad presens partes ipse ambe cupientes deinceps in bona pocius pacis quietudine et tranquillitate perseverare, quam intestina odia et diuturnos semper licium turbines inter se agere, ex amicabili igitur ordinacione et composicione nonnullorum proborum et nobilium virorum pro pace et concordia inter eos laborancium taliter inter se concordassent et ad talem pacis devenissent unionem, atque memorata domina Dorothea universas eas lites et differencias in hoc ex integro sopiri et condescendi fecisset, prenotatas denique eciam literas antedicti capituli ecclesie Budensis evocatorias in hoc solummodo penitus et in toto vanas, cassas, mortuas, et viribus carituras reliquisset et commisisset, quod videlicet prememoratus dominus Franciscus de Hederwara prenarratas universas integras quartas partes prescriptarum directarum medietatum dictorum castri oppidi Posegawar ac castelli Podwersa, earumdemque necnon eciam pretacti castri Hederwara pertinencium et cunctarum aliarum possessionum in dictis literis evocatoriis contentarum, per ipsum scilicet dominum Franciscum occupatas, antedicte domine Dorothee infra ac usque festum nativitatis beate Marie virginis proxime venturum plenarie et de facto remittere et resignare easque effective manibus eiusdem domine Dorothee et hominum suorum per ipsam ad id depu-

tatorum dumtaxat assignare, et nichilominus eciam [dictus dominus] Franciscus eidem domine Dorothee simili modo infra festum beati Michaelis archangeli, similiter proxime affuturum de universis et singulis fructibus et utilitatibus ac proventibus et redditibus earumdem quartarum parcium, a tempore scilicet occupacionis ipsarum per ipsum dominum Franciscum perceptis, q[uantum] videlicet ubique iudices seu villici eiusdem domine Dorothee in dictis quartis partibus constituti prestito prius per eosdem superinde corporali iuramento, percepisse et habuisse dixerint, consimiliter plenariam atque omnimodam satisfaccionem impendere deberet et teneretur, prout videlicet et quemadmodum prememoratus Gregorius de Makra pro antefata domina Dorothea prenarratas universas lites et causas in toto et per omnia sopiri et condescendi fecit, literas eciam ipsas evocatorias mortuas et viribus destitutas reliquit. E converso eciam et prelibatus quoque Laurencius Sarkan pro sepefato domino Francisco de Hederwara virtutibus literarum procuratoriarum prememoratarum prenotatas quartas partes suo modo remittere et resignare, de premissis eciam fructibus et proventibus plenarie satisfacere assumpsit coram nobis, tali obligaminis vinculo interiecto mediante, quod si annotatus dominus Franciscus, de Hederwara pretitulatas quartas partes, sed et prenotatos eciam eorum fructus et proventus infra prescriptos terminos ad id deputatos suo modo eidem domine Dorothee ex integro remittere et resignare ac persolvere et de eis plenariam satisfaccionem impendere nollet aut recusaret, seu quoquomodo negligeret, extunc idem dominus Franciscus contra annotatam dominam Dorotheam mox in ducentis florenis auri convinceretur et convinci deberet, et nichilominus prenotate lites et cause rursus in pristinis viribus constitui, litere eciam evocatorie priores vires rursus resummere et revivisci possent et deberent, ac easdem ipsa domina Dorothea [statu] eodem, in quo nunc existerent, innovandi et iterato iuridice prosequendi plenam atque omnimodam [habeat potestatis facultatem.] Nos autem denique, vel prothonotarius noster, cumprimum sepefatus dominus Franciscus de Hederwara ad prescripta obligamina legittime evocaretur, factum eorumdem

obligaminum sive in breuibus . . . . . , sive in octavis primitus celebrandis absque omni excepcione et dilacione adiudicare et sentenciam ferre ac execucioni demandare possemus ac deberemus, prefatusque prothonotarius noster teneretur. Ad que omnia premissa et quevis premissorum singula antememoratus Laurencius Sarkan prelibatum dominum Franciscum de Hederwara virtute procuratoria prenarrata obligavit similiter coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude in festo beati Laurencii martiris, anno domini millesimo quingentesimo nono.

Eredetije rongyolt papiron, aljára nyomott pecséttel, fasc. 5. Nr. 14.

367.

1511 október 19. A budai káptalan előtt Palásthi István Rozgonyi István felesége, Katalin asszony és leányai Katalin és Dorottya nevében Hédervári Ferenczet tolna-, fehér-, veszprém-, somogy-, pozsega-, győr-, komárom-, vas-, pozsony-, mosony-, pestmegyei birtokainak, illetve birtokrészeinek eladásától, elcserélésétől vagy bármiféle elidegenítésétől, s bárki mást azok birtokbavételétől, a királyt az eladományozástól s a hiteles helyeket azokra vonatkozó oklevelek kiadásától eltiltja.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Stephanus de Palasth, nominibus et in personis generosarum domine Katherine, consortis ac puellarum alterius Katherine et Dorothee, filiarum magnifici Stephani de Rozgon nostram personaliter veniendo in presenciam magnificum Franciscum de Hederwara ab inscripcione, vendicione, impignoracione, concambiali permutacione et quavis alienacione totalium castri Ozora et oppidi similiter Ozora ac tributi ibidem exigi soliti, necnon similiter totalium possessionum Nylas, Endred, Bozyas, Marthon Felsew-Maÿsa, Also-Maysa, Zokol et Debrenthe in Tholnensi ac Igar et predii Kendertho in Albensi, item Zenth-Mÿklos, Thothffalw et Izgrÿn ac prediorum Tharcza, Parkanyos, Bogathwara et *Sandor-Rethe* in Wespriniensi, preterea porcionum possessionariarum in possessionibus Gerenas, Zenth-Myklos, Kwrd,

Zekel ac predio Sythffew, necnon castri Thamassy ac oppidorum similiter Thamassy et Dalmad, tributique in eadem Thamassy exigi soliti, item possessionum Wÿffalw, Thengelycz, Megyes, Ireg, Gonozd, Kÿscheh, *Sarffalwa*, Kechew, Men, Olazkanÿa, Magyarkanya, *Hewkwth*, Inoka, Chechk ac porcionum possessionariarum in possessionibus Zempche, Kospa, Naghchew, Thengeld, Ewsÿ et Bak, sed et prediorum Janagh,[1] Pwztha-Thengelycz, Kÿs-Kechew alio nomine Pwzthakeche *(igy)* et Malyka in predicto Tholnensi, preterea possessionum Somadar et Remethe atque predii Berek in Simigiensi, item castri Posgawar *(igy)* et oppidi similiter Posegawar ac tributi in eodem oppido exigi consueto ac possessionum Lÿpye, Hamawcz *(igy)*, Lÿpancz, Brÿbÿne, Dreskowcz, Werhowcz, Zthrwmenÿk et Zelcha, necnon castelli Padwersÿa, Desewalcz, sed et porcionum possessionariarum in possessionibus Pogragya, Zenth-Isthwan, Lypnye, Banÿchewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothyska, Zagrabacz, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kapronczа, Orÿawa, Kowachowcz atque prediorum Wokanowcz et Zelcza, consequenterque iuris patronatus abbacie ecclesie de Rwdyna, in de Posega, necnon possessionum[2] Genÿew, Thaap, Saag, Ewrs et Raro ac porcionibus possessionariis Hederwara, tributique ibidem exigi soliti, item in Assowan, Olthwa, Selkethew, Fayz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dwazegh *(igy)*, Ladamer, Zalmol *(igy)*, Wÿffalw, *Medwe*, Kendermedwe, Zabady, *Zygeth*, Ethwen et tributi ibidem habiti, item porcionum possessionariarum Gÿewr et Kÿs-Barathy habitarum ac prediorum Berenth, Zeleber, Zenth-Iwaneghaza, Sÿkefewlde, Bodon, *Nemawelgye*, Thaplan, Zenth-Mÿklos, *Hamwas*, Hedreh, Izthergathew, Zolnok et Gomboldws in Jauriensi, necnon possessionum Wÿghman, Chÿchow, Koch et tributi ibidem habiti, necnon Kethel et Chazar atque prediorum Gÿewrch, Zolnok, Barthalamos, Baranchhaza, Theke, Posahaza, *Atthyafewlde*, Thexen *(igy)*, *Othelek*, *Saros*, *Mathÿasfelde*, Pethend, *Aroksÿkar*, Wen, Zÿl, *Kerekarok*, Bathÿch, *Rosas* et Pwzthaethe in Komaroniensi, item por-

[1] Előtte áthúzva: Inag.
[2] Utána áthúzva: Gÿ.

cionum possessionariarum in possessionibus *Gÿwlwez*, Selew, Darno, Remethe, Bodak, *Lypolthffalwa* et predii Farnad in Posoniensi, necnon Aÿak *(igy)* et Mowak *(igy)* in Mosoniensi ac Sthrem, *Zenthkwth, Zombathffalw*, Salman, Lak, *Bÿkes, Chakan*, Aborgatha ac prediorum Dyenessy et *Lak* in Castriferrei atque possessionis Thethem in Pesthiensi comitatibus existentibus habitorum, aliorumque universorum bonorum et quorumlibet iurium possessionariorum suorum ubivis et in quibuscunque comitatibus existencium, item universos et quoslibet cuiuscumque status et condicionis homines impetracione, occupacione, usurpacione, detencione et conservacione, seque quovis quesito sub colore in dominium eorundem et earundem intromissione et sibi ipsis statui faccione, usuque etc., regiam vero maiestatem a donacione et collacione consensusque sui regii superinde adhibicione, loca eciam quevis credibilia ab literarum eorundem extradacione et emanari faccione, quomodolibet iam factis vel fiendis prohi buit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum die dominico proximo post festum beati Luce ewangeliste, anno domini millesimo quingentesimo undecimo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét maradványaival, fasc. 51. Nr. 3. jelzet alatt.

368.

1512 január 4. A székesfehérvári keresztesek konventje Perényi Imre nádor parancsára Rozgonyi Klára, néhai Kanizsai György özvegye javára vizsgálatot tartván, Hédervári Ferencznek és jobbágyainak Klára asszony Sárkány birtokán és jobbágyain elkövetett hatalmaskodását igaznak találták, miért is a hatalmaskodókat a parancs értelmében a nádori törvényszék elé idézte.

Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, domino et amico eorum honorando conventus Cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba honoris et amicicie debitorum incrementum. Vestra noverit magnificencia, nos literas eiusdem inquisitorias,

evocatorias et insinuatorias, nobis loquentes et directas, honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Cruciferorum de Alba Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona generose domine Clare de Rozgon, relicte magnifici condam domini Georgii de Kanÿsa, quomodo circa festum beati Nicolai episcopi et confessoris proxime preteritum *(decz. 6. körül)*, noctis videlicet in silencio, magnificus Franciscus de Hederwara, ignoratur quibus respectibus, missis et destinatis nobili Alberto, provisore suo per ipsum in possessione sua Chasar vocata in comitatu Comaromiensi existenti constituto, ittem *(igy)* providis Petro Bekew, Juliano *Thoth,* Andrea *Nagh,* Dionisio *Zel,* Michaële *Warga,* Anthonio Hola, Luca Gÿarffas, Emerico Wamos, Michaële Josa, Ambrosio Bokodÿ, Valentino Kaghmathÿ, Barnaba Annÿos, Urbano Choban, Gregorio Pachmanÿ, Dominico Mathÿ, Alberto *Beko,* Alberto Nagh, Stephano Dekan, Andrea Nagh, Johanne *Gombos,* Michaële Adorÿan, Lwca Ewrsÿ, Laurencio Gombos, Petro Adorÿan, Johanne Brethÿ, Valentino Beed, Laurencio Gÿarffas, Petro Aposthalÿ, Blasio Bekew, Gregorio *Weres,* Blasio *Zekel,* Alberto *Kowach,* Petro similiter Kowach, Emerico *Zewr,* Gregorio Bokodÿ, Mathia *Soldus,* Emerico Makÿ, Fabiano similiter Makÿ, Valentino Gombos, Georgio *Zabo,* Matheo Zel, Simone Josa in Chazar predicta, necnon Johanne *Marthon,* Anthonio Chethkeÿ, Paulo Zabo, Barnaba *Fazek,* Johanne Bathÿanÿ, Lazaro Kochÿ, Georgio *Kalman,* Martino Warga, Benedicto Marthon, Ambrosio similiter Marthon, Valentino *Zeph,* Sebastiano *Zeles,* Gregorio *Hews,* Michaele Mÿklossa, Anthonio Lewkews, Petro Dadÿ, Alberto Fazek, Michaele *Denes,* Johanne *Zelees,* Anthonio Bathÿanÿ, Michaële Wÿnche, Fabiano Bathÿanÿ in Kethhel ac Alberto Thoth, Benedicto Zabo, Petro *Agosthon,* Augustino *Bÿro,* Clementhe Wracha, Philipo Bÿro, Bartholomeo Bench, Paulo Chelÿ, Ambrosio Sebewk, Briccio Bench, Anthonio Tzopocz, Petro Warga, Anthonio Chepÿ, Laurencio Balas, Martino Bana, Matheo Kÿs, Thoma *Markws,* Gregorio Bebek, Petro

Moka, Matheo Gÿergh, Luca Kowacz, Mathia *Arkÿ,* Michaele Dadÿ, Johanne Balogh, Barnaba Bÿro, Paulo *Sÿpos,* Michaele Ornee, Matheo Balogh, Philipo Bodogh, Nicolao *Sarkan,* Johanne Almassÿ, Benedicto *Boros,* Johanne Orgowan, altero Johanne Zendÿ et Benedicto Kowach, iobagionibus suis in Koch possessionibus vocatis, omnino in comitatu Comaromiensi predicto existentibus commorantibus, armatis et potenciariis manibus in et ad possessionem ipsius domine exponentis Sarkan appellatam, in comitatu Wesprimiensi existentem, ibique primum eandem possessionem Sarkan omnino depredari ac tandem providum Clementem Bÿro, iobagionem annotate domine exponentis inibi residentem captivari, captivumque ad dictam possessionem suam Kethhel abduci, ubi tamdiw in huiusmodi sua captivitate, donec sue placuisset voluntati, detineri et insuper providos Nicolaum *Kÿs,* villicum et Petrum *Pÿnther*, iuratum dicte possessionis Sarkan, similiter iobagiones ipsius domine exponentis in eadem Sarkan commorantes, quorum videlicet alias capita ac universe res et quelibet bona pro certis ipsorum factis per castellanum ac provisorem curie ipsius domine exponentis per ipsam in castro suo *Chokakew* vocato constitutos occupata et pro tunc ab eisdem castellano et provisore curie sub fideiussoriam cautionem universorum incolarum dicte possessionis Sarkan habita exstitissent, minus iuste et indebite ac preter omnem viam iuris simul cum universis rebus et bonis ipsorum levari et ad dictam possessionem suam Kethhel abduci fecisset, moraturos aput se conservando eciam de presenti. In quibus idem Franciscus Hederwarÿ memorate domine exponenti dempta facti potenciarii perpetracione plus quam quingentorum florenorum auri dampna inferri fecisset potencia mediante in preiudicium et dampnum prefate domine exponentis valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Osualdus aut Johannes de Ethee, vel Georgius de Aka, sin Paulus de Parnak, aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate memoratum Franciscum de Hederwara et alium prescriptum contra annotatam dominam exponentem iuxta

vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei evocacionis huiusmodi exhinc fiende computandum nostram [personalem in] presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, prescriptosque iobagiones prefati Francisci Hederwarÿ eidem statuere committendo; insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram nobis compareant, dictusque Franciscus Hederwarÿ iobagiones suos statuat, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et insinuatorum ac statui commissorum nominibus, ut fuerit expediens, terminum ad prescriptum nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Thome apostoli, anno domini millesimo quingentesimo undecimo. *(1511 deczember 21.)*

Nos itaque peticionibus vestre magnificencie in omnibus obedientes, ut tenemur, una cum prenotato Georgio de Aka, homine vestre magnificencie nostrum hominem, videlicet honorabilem et religiosum fratrem Stephanum de Zabas, presbiterum Cruciferum, socium nostrum conventualem, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, quod ipsi in festo Sanctorum Innocentum proxime preterito *(decz. 28.)* in prescripto comitatu Wesprimiensi simul procedendo ab omnibus, quibus oportunum fuisset, omnia premissa et quevis premissorum singula suomodo facta fuisse et esse rescivissent, prout eidem vestre magnificencie dictum exstitisset, tenorque literarum suarum contineret per omnia prescriptarum. Factaque huiusmodi inquisicione idem homo vestre magnificencie dicto nostro testimonio presente eodem die *(decz. 28.)* memoratos Franciscum de Hederwara in possessione sua Chazar vocata in comitatu Komaromiensi existenti, habita ac Albertum provisorem curie in officiolatu suo in eadem Chazar habito contra annotatam dominam exponentem iuxta vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei evocacionis *(jan. 28.)* huiusmodi

exhinc facte computandum vestram evocasset in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, prescriptosque iobagiones prefati Francisci Hederwarÿ eidem statuere commisisset; insinuassetque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram vestra magnificencia compareant, dictusque Franciscus Hederwarÿ iobagiones suos statuat, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum octavo die diei inquisicionis, evocacionis et insinuacionis prenotatarum, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo.

Kívül: Domino palatino pro generosa domina Clara de Rozgon, relicta magnifici condam domini Georgii de Kanÿsa contra magnificum Franciscum de Hederwara et alium intrascriptum ad terminum intranominatum inquisicionis, evocacionis et insinuacionis relacio.

Más kézzel: Pro actore Franciscus literatus de — — — — cum Castriferrei.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 22256. szám alatt. — Ugyanebben az ügyben, hasonló értelemben tesz jelentést Veszprém vármegye hatósága 1512 jan. 14-én (M. O. D. L. 22257.) és a székesfehérvári káptalan 1512 febr. 6-án (M. O. D. L. 22258.).

369.

1512 augusztus 5. A győri káptalan jelenti II. Ulászló királynak, hogy parancsára a királyi parancsoló-levelet Hédervári Istvánnak kézbesítette, — a mely Hédervári Istvánt és jobbágyait Thaÿnai Jánoson a győri megyei szék alkalmával elkövetett hatalmaskodás miatt a királyi személyes jelenlét elé idézi.

Serenissimo principi domino et domino Wladislao, dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc., domino ipsorum graciosissimo capitulum ecclesie Jauriensis oracionum suffragia in domino devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos binas literas eiusdem maiestatis vestre, unas exhibitorias nobis, alteras preceptorias egregio Stephano de Hederwara sonantes et loquentes, honore et reverencia, quibus decuit, recepisse et literarum exhibitoriarum, nobis videlicet sonancium, tenor talis est:

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Mandamus fidelitati vestre harum serie firmiter, quatenus alias literas nostras preceptorias fideli nostro egregio Stephano de Hederwara sonantes, pro parte fidelis nostri nobilis Johannis de Thaÿna emanatas, cum presentibus vobis exhibentur, per vestrum testimonium fide dignum eidem exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterit et in termino per nos eidem in dictis literis nostris preceptoriis prefixo se compariturum allegaverit, bene quidem; alioquin de domo habitacionis sue sive solite eiusdem residencie ammoneat eundem, dicatque et committat eidem verbo nostro regio, ut ipse tricesimo secundo die a die exhibicionis prescriptarum literarum nostrarum preceptoriarum sibi fiende computando coram nostra maiestate, ubicunque deo duce tunc constitueremur, personaliter, vel per procuratorem suum legitimum absque ulteriori procrastinacione comparere debeat et teneatur ad contenta querimonie prefati exponentis in dictis literis nostris preceptoriis contente responsurus, aliasque a nobis finalem deliberacionem debiteque iusticie complementum recepturus, prefato eciam Stephano de Hederwara iobagiones suos eidem in dictis literis nostris preceptoriis statuere commissos, prout ad ipsum pertinet, nichilominus statuere committendo. Secus non facturi. Datum Bude, in festo beate Margarethe virginis, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo. *(1512 júl. 13.)*

Preceptoriarum vero prefato Stephano de Hederwara loquencium tenor sequitur in haec verba:

Wladislaus dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fideli nostro egregio Stephano de Hederwara salutem et graciam. Exponitur maiestati nostre in persona nobilis, Johannis de Thaÿna, quod cum sabbato proximo post festum beati Urbani pape *(máj. 29.)* idem exponens more aliorum nobilium in sede iudiciaria comitatus Jauriensis in civitate Jauriensi celebrari solita fuisset constitutus, tunc tu nescitur, unde motus, missis et destinatis Blasio literato, familiare tuo ac providis Martino *Fekethe,* Blasio Fekethe, Alberto *Nagy* in Zabadÿ ac Georgio *Nemeth,* Petro Bach, Georgio Wamosy,

in Kender-Medwe, Paulo *Jos,* Gregorio Nagy, Emerico Wamosy, Stephano *Myse,* Anthonio Kwthody, Blasio *Kys* et Michaele *Zabo* in Nagÿ-Medwe vocatis, populis scilicet et iobagionibus tuis in prescriptis possessionibus in comitatu Jauriensi existentibus commorantibus, manibus armatis et potenciariis, ibique eundem exponentem, nullis suis culpis et demeritis exigentibus, diris verberum et vulnerum plagis affici fecisses potencia mediante in preiudicium et damnum dicti exponentis valde magnum. Supplicatum itaque exstitit maiestati nostre pro parte dicti exponentis, ut sibi circa premissa de remedio iuris providere dignaremur opportuno. Quia autem iuxta statuta decreti nostri superinde stabiliti huiusmodi actus potenciarii extra terminos octavales et brevium iudiciorum decidi debent et terminari, fidelitati igitur tue harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia tricesimo secundo die a die exhibicionis presencium tibi fiende computando coram nostra maiestate, ubicunque deo duce tunc constitueremur, absque ulteriori procrastinacione personaliter vel per procuratorem tuum legitimum comparere modis omnibus debeas et tenearis, racionem de premissis redditurus efficacem, prescriptos eciam populos et iobagiones tuos tibi statuere committimus, nam alias certus sis, quod si secus facere attentaveris, nos ad partis alterius comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod dictaverit — ordo iuris. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beate Margarethe virginis, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo. *(1512 júl. 13.)*

Nos itaque mandatis eiusdem maiestatis vestre in omnibus obedire volentes, ut tenemur, honorabilem magistrum Michaelem de Zan, socium et concanonicum nostrum, scilicet testimonium fide dignum ad prescriptarum literarum preceptoriarum maiestatis vestre exhibicionem et presentacionem faciendam duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit, eo modo, quomodo ipse sabbato proximo post festum beate Anne, matris virginis Marie *(júl. 31.)* proxime preteritum ad porcionem possessionariam prefati Stephani de Hederwara in civitate Jauriensi existen-

tem, habitam personaliter accessisset, ibique et eodem die prescriptas literas maiestatis vestre perceptorias eidem Stephano de Hederwara in eadem porcione sua possessionaria personaliter reperto exhibuisset et presentasset, ammonuissetque eundem ac dixisset et commisisset eidem verbo vestro regio, ut ipse tricesimo secundo die *(aug. 31.)* exhibicionis prescriptarum literarum maiestatis vestre preceptoriarum computando per ipsum facte coram maiestate vestra, ubicunque deo duce tunc ipsa constituetur, personaliter, vel per procuratorem suum legitimum absque ulteriori procrastinacione comparere debeat et teneatur ad contenta queremonie prefati exponentis in dictis literis maiestatis vestre preceptoriis contente responsurus, aliasque a maiestate vestra finalem deliberacionem, debiteque iusticie complementum recepturus et eidem Stephano de Hederwara iobagiones suos in prescriptis literis maiestatis vestre preceptoriis satatuere commissos, prout ad ipsum pertinet, statuere commisisset. Datum sexto die diei exhibicionis et ammonicionis prescriptarum, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo suprascripto.

Kivül: Domino regi pro nobili Johanne Thaÿna contra egregium Stephanum de Hederwara ad tricesimum secundum diem *(aug. 31.)* intrascriptum exhibicionis et ammonicionis relacio.

Más kézzel: Pro actore Gregorius de Mÿlotha *(igy)* cum iudicis curie.

Más kézzel: 1512. feria secunda, in crastino scilicet festi Decollacionis beati Johannis Baptiste *(aug. 30.)* pro actore Gregorius de Mykola cum comitis, pro in causam attracto Benedictus Balassa cum eiusdem comitis sew iudicis curie. I. negat in eo [1] submittit se iuramento, A. ad caput, I. prestando. A. non. Ideo iurabit 30-se XV. die Martini *(nov. 25.)* coram [2] sancti Martini sacri montis Pannonie.

Eredetije papiron, zárópecséttel az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 22319. jelzet alatt.

[1] *Utána áthúzva:* ad communem A. non. Ideo I. iurabit XXV. se.
[2] *Utána áthúzva:* Jauriensis.

370.

1513 június 21. A pannonhalmi konvent előtt Némai György deák Hédervári István nevében tiltakozik az ellen, hogy Hédervári Ferencz gönyői, sági, tápi, őrsi, tétényi, kethelyi, császári, szentmihályi, kocsi, csicsói, igmándi birtokokat Istvántól elidegenítvén, Tewrek Imrének eladja, a király bárkinek adományozza, vagy Tewrek Imre, avagy bárki más megvásárolja s birtokába vegye.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus, quod egregius Georgius literatus de Nema, in persona egregii Stephani de Hederwara ad nostram personaliter veniendo presenciam per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quod ipse percepisset, quomodo egregius Franciscus de Hederwara omnes possessiones et iura possessionaria, videlicet Gewnÿw, Saagh, Thaph, Ewrs in Jauriensi, Thethen in Pesthiensi, Kethel, Casar, Zenthmÿhalÿ in Vesprimiensi, Kocz, Cÿcho, Wigmanÿ in Komaroniensi comitatibus existentes, ipsum protestantem [omnis] iuris titulo concernencia ab ipso alienaret, egregioque Emerico Thewrek dare, vendere et perpetuare niteretur et vellet in preiudicium et dampnum prefati protestantis valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione prescriptus Georgius literatus de Nema annotatum Franciscum de Hederwara a vendicione, perpetuacione, concambiali permutacione et alia quavis ab ipso alienacione, regiam vero maiestatem a donacione, egregiumque Emericum Thewrek et alios quoscunque, cuiuscunque status, gradus et condicionis homines existant, ab empcione, occupacione, detencione, conservacione, sibi ipsis appropriacione, statuifaccione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione, sew percipi faccione, seque quovis colore quesito in dominium eiusdem intromissione quocunque et qualitercunque iam factis vel fiendis in futurum prescriptus Georgius literatus de Nema, nomine et in persona egregii Stephani de Hederwara prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis publice et manifeste harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria tercia

post festum sanctorum Viti et Modesti martyrum anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

Eredetije vízfoltos papiron, hátlapra nyomott pecsét töredékeivel, fasc. 106. Nr. 6. jelzet alatt.

371.

1513 november 16. A győri káptalan előtt Palásthi István Katalin asszony, Rozgonyi István felesége és gyermekei, Katalin, Ágnes és Dorottya nevében tiltakozik az ellen, hogy Katalin asszony birtokait, a melyek atyjuk, néhai Hédervári Miklós után őt illetik, testvére, Hédervárÿ Ferencz Enyingi Therek Imrének eladja, elcserélje vagy bármiképen elidegenítse, avagy Therek Imre birtokába vegye s a király beleegyezését adja reá.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nobilis Stephanus de Palasth nostram personaliter veniendo in presenciam, in personis generose domine Katherine, consortis ac alterius domine Katherine, necnon puellarum Agnetis et Dorothee, filiarum magnifici Stephani de Rozgon per modum protestacionis nobis significare curavit in hunc modum: quamvis ipsam dominam Katherinam, consortem prefati Stephani de Rozgon una cum magnifico Francisco de Hederwara, fratre suo carnali universa bona et quelibet iura possessionaria magnifici condam Nicolai de Hederwara predicta patris eorum, utputa castra Ozora, Thamassÿ in Tholnensi et Posegawar vocata in de Posega, item oppida similiter Ozora ac Thamassÿ et Dalmad, necnon Posegawar nuncupata ac tributa in eisdem Ozora, Thamasÿ et Posegawar exigi solita, preterea possessiones *Nÿlas*, Zokol-Endred, Bozÿas, Marthon, Felsew-Maÿsa, Also-Maÿsa et Debrenthe in predicto Tholnensi ac Igar cum predio *Kendertho* appellato in Albensi, item Zenthmÿclos, Thothfalw et Izgrÿm in Wesprimiensi, item Wÿffalw, Thengelÿcz, Meggÿes Ireg, Gonozd, Kyscheh, Sarffalw, Kechew, Meen, Olaz-Kanÿa, Magÿar-Kanÿa, *Hewkwth*, Inaka Chechk in Tholnensi prefato, item Somodar et Remethe in Simigiensi, item Lÿpÿe, Hemowcz, Lÿpancz, Kepelÿancz, Pribine, Dreskowcz, Werhowcz, Zthwmenÿk, Zelcza, Desewalcz, necnon castellum

Podwersÿa appellatum et ius patronatus abbacie de Rwdÿna in prescripto de Posega, item Genÿew, Thaap, Saag, Ewrs et Rawo *(igy)* [1] in Jauriensi, preterea Vÿgman, Chÿcho, Koch tributumque in eadem Koch habitum, necnon Kethhel et Chasar in Komaroniensi ac Thethen vocatis in Pesthiensi, item predia Tharcha, *Parcanÿos*, Bogathwara et Sandor-Rethe in Wesprimiensi, item Berenth, Zeleber, Zenth-Iwan-Eghaza, *Kÿkeffewlde,* Bodon, *Nema-Welge,* Thaplan-Zenth-Mÿclos, *Hamwas,* Hedreh, Izthergathew, Zolnok et Gomboldos in prenominato Jauriensi, item Gÿwrcz, Zolnok, Berthalamos, Baranczhaza, Theke, Posahaza, Atthÿaffewlde, Thegen, Othelek, *Saras,* Mathiasfewlde, *Pethend,* Aroksÿkar, Ween, Zÿl, Bereczarok, Batthÿcz, *Rosas* et Pwzthaethe in Komaroniensi, item Dÿenesÿ et Laak nuncupata in Castriferrei, item Wokanowcz et Zelka in de Posega sepedicto, item porciones possessionarie in possessionibus Gerenas, Zenthmÿclos, Kwrd, Zekel ac totale predium Sÿthfew in predicto Tholnensi, item Zempche, Kospa, Naghcheh, Thengeld, Ewsÿ et Bak, item totalia predia Janagh, Pwztha-Thengelycz, Kyskechew, alio nomine Pwzthakechew et Malyka vocata in prescripto Tholnensi, item similiter porciones possessionarie in possessionibus Podragÿa, Zenthÿsthwan, Lÿpwnÿe, Banÿchewo, Gregathowcz, Zelna, Chernothÿstha, Zagrabacz, Rÿbnÿak, Kwpancz, Kaproncza, Orÿawa et Kowachowcz in de Posega, item in civitate Jauriensi ac Hederwara predicta, tributoque ibidem exigi solito, necnon Assowan, Olthwa, Selkethew, Faÿz, Zenthpal, Panthe, Chanad, Dwnazeg, Ladamer, Zamol, Wÿffalw, Medwe, Kender-Medwe, Zabadÿ, Zÿgeth, Etthwen et tributum ibidem exigi solitum ac Kys-Barathÿ in Jauriensi prenotato, item Gÿwlwez, Selew, Darno, Remethe, Bodak, Lÿpolthffalwa et predium Farnod appellatum in Posoniensi, item Arak et Nouak in Mosoniensi, item Sthrem, Zenthkwth, Zombathffalw, Salman, Laak, Bÿkes, Chakan et Aborgatha nominatas in Castriferrei comitatibus existentes, adiacentesque et habitas, necnon universa alia oppida, possessiones, predia porcionesque et quelibet iura possessionaria dicti condam Nicolai Hederwarÿ ubivis et in

[1] Raro.

quibuscunque comitatibus regni Hungarie existencia et habita, ad eadem castra, castella, oppidaque pertinencia equali et communi iure concernerent, prout eciam concernant, modo tamen idem Franciscus de dicta Hederwara prout ipsa domina Katherina percepisset, nescitur, qua consÿderacione ductus, fraternalis sanguinis vinculo posthabito, universa eiuscemodi castra, villas, oppida et quevis alia bona et iura possessionaria annotati condam Nicolai de dicta Hederwara, patris sui, ipsam dominam Katherinam protestantem, ut premissum est, cum dicto Francisco Hederwarÿ, fratre suo equali et communi iure concernencia preter consensum et omnem voluntatem eiusdem domine protestantis magnifico Emerico Therek de Ennÿng in sortem aliorum bonorum et iurium suorum possessionariorum vendere, alienare, concambire et permutare vellet, vel iam de facto alienasset, permutasset et concambivisset in derogamen et damnum iuriumque preiudicium ipsius domine protestantis valde magnum. Unde facta huiusmodi protestacione prefatus Stephanus de dicta Palasth nominibus, quorum supra, antefatum Franciscum Hederwarÿ a vendicione, alienacione et concambiali permutacione sew perpetuacione prescriptorum bonorum et iurium possessionariorum eiusdem domine Katherine et filiarum suarum antedictarum in dictis castris, castellis, oppidis, villis et aliis quibuscunque bonis existencium et habitorum ac ipsam iure hereditario concernencium, prefatum vero Emericum Therek et alios quoslibet ab occupacione, detencione, conservacione, seque quovis quesito sub colore in dominium eorundem intromissione, usuum, fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem bonorum percepcione sew percipi faccione, regiam eciam maiestatem a consensus sui superinde prebicione quomodolibet iam factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo beati Othmari abbatis et confessoris, anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét nyomaival, fasc. 51. Nr. 4. jelzet alatt. — Azonos tiltakozás történt már 1513 szept. 6-án a budai káptalan előtt. (M. O. D. L. 22450.)

372.

1514 január 20. A zalavári konvent Perényi Imre nádor parancsára Kanizsai János javára vizsgálatot tartván, Hédervári Ferenczcznek és jobbágyainak a panaszos dencsi (Somogymegye) birtokán és jobbágyain, kiknek, fazekasok lévén, 5000 fazekát összetörték, elkövetett hatalmaskodását beigazoltnak találta, a nádornak jelentést tesz.

Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, domino et amico eorum honorando conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, nos literas vestras inquisitorias nobis loquentes et directas honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Zaladiensis Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magnifici Johannis de Kanÿsa, quomodo circa festum Visitacionis beate Marie Virginis *(júl. 2.)* proxime preteritum magnificus Franciscus de Hederwara, missis et destinatis nobilibus Emerico Bodo de Anÿa, Ladislao *Ewrdegh* de Peleske, Alberto castellano castelli eiusdem Lak vocati, Emerico et Stephano de Berlegh, Blasio *Bagol* de Gamas, Vincencio Nagh, officiali eiusdem de Zewchen, Georgius similiter Nagh, Demetrio Chwth et aliis quampluribus familiaribus suis, armatis et potenciariis manibus ad porcionem possessionariam eiusdem, in possessione Dench vocata in comitatu Simigiensi existentem habitam, consequenterque domos circumspectorum Clementis Sebestyen, Johannis *Babos,* Michaëlis Ellyes, Gregorii Ikys, Thome *Dyak,* Dyonisi Balogh, Johannis Denchÿ, Emerici Mathe, alterius Emerici Bereczk, Johannis Kÿs, Emerici Koranth et Petri Kaza, iobagionum eiusdem exponentis in eadem situatos, ibique dissecatis earundem domorum hostiis, ladulisque et scriniis eorundem iobagionum dicti exponentis confractis, universas res et bona ac pecunias excipi ac aspor-

tari, prefatosque Clementem Sebestÿen, Johannem Babos et Emericum Mathe diris verberibus et vulneribus affecissent et insuper universas pecudes et pecora prescriptorum iobagionum annotati exponentis abigi et depelli, preterea plusquam quinque milia ollarum predictorum iobagionum qui videlicet magistri ollipares fuissent, in dictis domibus ipsorum destrui fecissent, in quibus eidem exponenti et iobagionibus suis predictis quadringentorum florenorum auri dampna intulisset *(igy)* potencia mediante in preiudicium et dampnum prefati exponentis et iobagionum predictorum ipsius valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Leonardus de Jobahaza, aut Gregorius de Thatha, vel Johannes Ewrkenÿ de Echk *(igy)*, sive alter Johannes Kalmar de Bakolnak, sive Andreas de Dabos, sive Thomas Kozma (de) Alchwth, sive Damianus Desew de Zenthandras, vel Gregorius *Farkas* de Moroczhel, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Nemegh, feria tercia proxima post festum Circumcisionis domini, anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto *(1514 jan. 3.)*

Unde nos peticionibus eiusdem vestre magnificencie satisfacere volentes, ut tenemur, una cum prefato Damiano Desew de Zenthandras, homine ipsius vestre magnificencie nostrum hominem, videlicet religiosum fratrem Stephanum sacerdotem, unum ex nobis ad premissam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio fide dignum duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quomodo ipsi in festo beate Prisce virginis et martyris *(jan. 18.)* proxime preterito in dicto comitatu Simigiensi simul procedentes, ab omnibus, quibus decens et oportunum fuisset, palam et oculte de prenarratis diligenter inquirentes et investigantes omnia premissa et quevis premissorum singula sic et suo modo facta fuisse et perpetrata exstitisse rescivissent, prout eidem vestre magnificencie dictum exstitisset et sicut tenor literarum eius-

dem per omnia contineret prescriptarum. Datum tercio die diei inquisicionis predicte, anno domini supradicto.

Kívül: Domino palatino. Pro magnifico domino Johanne de Kanÿsa inquisicionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 22580. jelzet alatt.

373.

1514 febr. 11. A székesfehérvári konvent Perényi Imre nádor parancsára Kanizsai János javára vizsgálatot tartván, Hédervári Ferencznek és főemberszolgáinak a panaszos kechcheli birtokán és jószágain elkövetett hatalmaskodást igaznak találta, miért is őket a nádori szék elé idézte.

Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, domino ac amico eorum honorando conventus Cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, nos literas eiusdem inquisitorias, evocatorias et insinuatorias nobis loquentes et directas honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Cruciferorum de Alba Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magnifici domini Johannis de Kanÿsa, quomodo circa festum Exaltacionis sancte Crucis *(szept. 14 körül)* proxime preteritum magnificus Franciscus de Hederwara, nescitur, unde motus, missis et destinatis nobilibus Emerico Bodo de Anÿa, Ladislao Ewrdeg de Peleske, Alberto, castellano castelli eiusdem Lak vocati, Emerico et Stephano de Berleg, Blasio Bagol de Gamas, Vincencio Nagh, officiali eiusdem de Zeczen, Georgio similiter Nagh, Demetrio de Chwth et aliis quam pluribus familiaribus suis, manibus armatis et potenciariis ad domos et curias providorum Michaëlis Lewrÿncz, Pauli Jako, Thome similiter Jako, Michaëlis Chorchan et Ambrosii filii eiusdem, iobagionum ipsius exponentis in porcione eiusdem

possessionaria, in possessione Kechchel vocata, in comitatu Soproniensi existenti, habita commorancium, ibique primum confractis earundem domorum hostiis, universas res, quas illic reperifacere potuisset, depredari, eosdemque Michaëlem Lewrÿncz, Paulum et Thomam Jako, Michaëlem Chorchan et Ambrosium, filium eiusdem captivari et captos una cum predictis rebus et bonis ipsorum ad castrum suum Ozora vocatum deduci ac quousque maluisset, ibidem conservari, deinde eciam universas pecudes et pecora eorundem iobagionum abigi et depelli et quo sue placuisset voluntati, fecisset, in quibus prefato exponenti et dictis suis iobagionibus, demptis actibus potenciariis, plus quam quingentorum florenorum auri dampna intulisset, potencia mediante, in preiudicium et dampnum annotati exponentis et iobagionum suorum predictorum valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fide dignum, quo presente Leonardus de Jobahaza, aut Gregorius de Thatha, vel Johannes Ewrkenÿ de Ech, sin alter Johannes Kalmar de Babolnak *(igy)*, sew Andreas de Doboz, siwe Thomas Kozma de Alchwth, neve Damianus Desew de Zenthandras, necnon (?) Gregorius Farkas de Moroczhel, aliis absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate, memoratum Franciscum de Hederwara et alios predictos contra annotatum exponentem iuxta vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei evocacionis huiusmodi exhinc fiende computando nostram evocet in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram nobis compareant, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et insinuatorum nominibus, ut fuerit expediens, terminum ad prescriptum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Nemegh, feria tercia proxima post festum Circumcisionis domini, anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto. *(1514 jan. 3.)*

Nos itaque peticionibus vestre magnificencie in omnibus annuere cupientes, ut tenemur, una cum prenominatis Gregorio de Thatha de Soproniensi ac altero Gregorio Farkas de Moroczhel de Simigiensi et Zaladiensi, necnon Thoma Kozma de Alchwth de Albensi comitatibus, tamquam hominibus vestre magnificencie nostrum hominem, videlicet honorabilem et religiosum fratrem Nicolaum de Hwzth, presbiterum cruciferum, socium nostrum conventualem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt eo modo, quod ipsi et primo prefatus Gregorius de Thatha die dominico proximo ante festum beate Prisce virginis *(jan. 15.)* proxime elapsum in dicto Soproniensi, ac memoratus similiter Gregorius Farkas in eodem festo beate Prisce virginis et martyris *(jan. 18.)* proxime preterito in predicto Simigiensi atque die dominico immediate sequenti *(jan. 22.)* in prefato Zaladiensi, prenominatus autem Thomas Kozma feria sexta proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli *(jan. 27.)* proxime transactum in iam fato Albensi comitatibus simul procedendo ab omnibus, quibus opportunum fuisset, omnia premissa et quevis premissorum singula suo modo facta fuisse et esse rescivissent, prout eidem vestre magnificencie dictum exstitisset, tenorque literarum eiusdem contineret per omnia prescriptarum. Habita itaque ipsa inquisicione, memoratus Gregorius Farkas, dicto nostro testimonio presente, in dicto festo beate Prisce virginis *(jan. 18.)* memoratos Franciscum de Hederwara in possessione sua Letha vocata ac Albertum castellanum eiusdem in eadem possessione Letha ac Vincencium et Georgium Nagh in possessione Zewczen, eorum videlicet quemlibet de officiolatibus ipsorum possessionibus in eisdem habitis, et tandem feria sexta post idem festum *(jan. 20.)* immediate sequenti annotatos Emericum et Stephanum de Berleg in possessione Kelewÿcz appellata, quemlibet videlicet eorum de porcionibus ipsorum possessionariis possessione in eadem habitis, necnon Emericum Bodo de Anÿa in oppido suo Mezthegnÿew nuncupato, demum vero die dominico prescripto post idem festum Prisce virginis

(jan. 22.) consimiliter immediate sequenti iam fatum Ladislaum Ewrdeg de Peleske in porcione sua possessionaria, in possessione Henÿe habita, postremo autem predictus Thomas Kozma, similiter homo vestre magnificencie, dicto nostro testimonio semper presente in dicta feria sexta post predictum festum Conversionis beati Pauli *(jan. 27.)* sequenti Demetrium de Chwth in domo habitacionis sue, in possessione Alchwth habita contra annotatum exponentem iuxta vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem *(febr. 27.)* diei evocacionis huiusmodi exhinc facte computandum vestre magnificencie evocassent in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram dicta vestro magnificencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum sedecimo die diei ultimarum inquisicionis, evocacionis et insinuacionis predictarum, anno domini supradicto.

Kívül: Domino palatino pro magnifico domino Johanne de Kanÿsa contra magnificum Franciscum de Hederwara et alios intrascripto ad terminum intranominatum, inquisicionis, evocacionis et insinuacionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét nyomával az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 22579. jelzet alatt.

374.

1514 február 11. A székesfehérvári keresztesek konventje Perényi Imre nádor parancsára Kanizsai János javára vizsgálatot tartván, Hédervári Ferencznek és főemberszolgáinak a panaszos berényi (Somogymegye) birtokán és jobbágyain elkövetett hatalmaskodást igaznak találván, a nádori szék elé megidézte őket.

Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, domino et amico eorum honorando conventus Cruciferorum domus hospitalis ecclesie

beati regis Stephani de Alba amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificentia, nos literas eiusdem inquisitorias, evocatorias et insinuatorias nobis loquentes et directas honore, quo decuit, recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie Cruciferorum de Alba Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawÿwariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magnifici domini Johannis de Kanÿsa, quomodo circa festum beatissime Marie virginis *(igy)* proxime preteritum magnificus Franciscus de Hederwara, nescitur, quibus respectibus, missis et destinatis nobilibus Emerico Bodo de Anÿa, Ladislao Ewrdeg de Peleske, Alberto castellano castelli eiusdem Lak vocati, Emerico et Stephano de Berleg, Blasio Bagol de Gamas, Vincencio Nagh officiali eiusdem de Zechen, Georgio similiter Nagh, Demetrio de Chwth et aliis quam pluribus familiaribus suis, manibus armatis et potenciariis ad porcionem possessionariam prefati exponentis in possessione Beren vocata in comitatu Simigiensi existenti, habitam, consequenterque domos providorum Gregorii Pethew, Bartholomei Gergel, Mathei Ferenche, Blasii *Gal,* Andree *Isthwanffÿ,* Ambrosii Konÿa, Damiani Zenthe, Pauli Peche, Valentini *Saar,* Pauli *Adrÿan,* Michaëlis *Balÿnth,* Petri *Fabÿan,* Jacobi Kowach, Gregorii Pethe, Oswaldi Bwskadÿ, Emerici Kowach, Johannis *Deak,* Emerici Gal, Mathei Adrÿan ac Simonis, iudicis iobagionum videlicet ipsius exponentis ibidem habitorum, ibique dissecatis domorum hostiis, universas res et bona eorundem iobagionum dicti exponentis totaliter asportari, pecudes eciam et pecora eorundem universa abigi, et insuper quasdam mulieres, pregnantes scilicet, iuvenes quosdam diversis verberibus et vulneribus affici ac cuiusdam mulieris manum gladio abscidi, dictos vero Blasium Gal, Andream Isthwanffÿ et quendam Thomam captivari, captosque ad predictum castellum suum Lak asportari et tamdiw ibidem teneri fecisset, quoad sue placuisset voluntati, in quibus eidem exponenti ac predictis suis iobagionibus plus, quam duorum millium florenorum auri dampna intulisset potencia mediante in preiudicium et dampnum annotati expo-

nentis et iobagionum eiusdem predictorum valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Leonardus de Jobahaza aut Gregorius de Thatha vel Johannes Ewrkenÿ de Ech, alter Johannes Kalmar de Bakolnak sew Andreas de Doboz sive Thomas Kozma de Alchwth, newe Damianus Desew de Zenthandras necnon (?) Gregorius Farkas de Moroczhel, aliis absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate memoratum Franciscum de Hederwara et alios prescriptos contra annotatum exponentem iuxta vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei evocacionis huiusmodi exhinc fiende computandum nostram evocet in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram nobis compareant, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri et post hec huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et insinuatorum nominibus, ut fuerit expediens, terminum ad prescriptum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Nemegh, feria tercia proxima post festum Circumcisionis domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto. *(1514 jan. 3.)*

Nos itaque peticionibus vestre magnificencie in omnibus annuere cupientes, ut tenemur, una cum prenominatis Gregorio Farkas de Moroczhel de Simigiensi, et Zaladiensi, necnon Thoma Kozma de Alchwth de Albensi comitatibus, tanquam hominibus vestre magnificencie nostrum hominem, videlicet honorabilem et religiosum fratrem Nicolaum de Hwzth, presbiterum cruciferum, socium nostrum conventualem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt eo modo, quod ipsi et primo prefatus Gregorius Farkas in festo beate Prisce virginis et martyris *(jan. 18.)* proxime preterito in dicto Simigiensi atque die dominico immediate sequenti *(jan. 22.)*

in prefato Zaladiensi, prenominatus autem Thomas Kozma feria sexta proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli *(jan. 27.)* proxime transactum in iam fato Albensi comitatibus simul procedendo ab omnibus, quibus opportunum fuisset, omnia premissa et quevis premissorum singula suo modo facta fuisse et esse rescivissent, prout eidem vestre magnificencie dictum exstitisset, tenorque literarum eiusdem contineret per omnia prescriptarum. Factaque huiusmodi inquisicione memoratus Gregorius Farkas, dicto nostro testimonio presente, in dicto festo beate Prisce virginis *(jan. 18.)* memoratos Franciscum de Hederwara in possessione sua Letha vocata ac Albertum castellanum eiusdem in eadem possessione Letha ac Vincencium et Georgium Nagh in possessione Zewczen, eorum videlicet quemlibet de officiolatibus ipsorum possessionibus in eisdem habitis et tandem feria sexta post idem festum immediate sequenti *(jan. 20.)* annotatos Emericum et Stephanum de Berleg in possessione Kelewÿz appellata, quemlibet videlicet eorum de porcionibus ipsorum possessionariis possessione in eadem habitis, necnon Emericum Bodo de Anÿa in oppido suo Mezthegnÿew nuncupato, demum vero die dominico prescripto post idem festum Prisce virginis *(jan. 22.)* consimiliter immediate sequenti iam fatum Ladislaum Ewrdeg de Peleske in porcione sua possessionaria in possessione Henÿe habita, postremo autem predictus Thomas Kozma, similiter homo vestre magnificencie, dicto nostro testimonio semper presente, in dicta feria sexta post predictum festum Conversionis beati Pauli sequenti *(jan. 27.)* Demetrium de Chwth in domo habitacionis sue in possessione Alchwth habita contra annotatum exponentem iuxta vim et formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei huiusmodi evocacionis exhinc facte computandum *(febr. 27.)* vestre magnificencie evocassent in presenciam racionem superinde reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante; insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram dicta vestra magnificencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri.

Datum sedecimo die diei ultimarum inquisicionis, evocacionis et insinuacionis predictarum, anno domini supradicto.

Kivül: Domino palatino pro magnifico domino Johanne de Kanysa contra magnificum Franciscum de Hederwara et alios intrascriptos ad terminum intra nominatum inquisicionis, evocacionis et insinuacionis relacio.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékeivel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 22577. jelzet alatt. — Ugyanezen napon jelentést tesz az említett konvent azon vizsgálatról, melyet Perényi Imre nádor, Nemeghen 1514 jan. 2-án kelt parancsára Kanizsai János javára tartott, a mely szerint Hédervári Ferencz említett emberei boldog Margit szűz napja júl. (13.) táján a panaszos *myhaldi* (Somogymegye) részbirtokára reá mentek s jobbágyának, Thamassa Máténak házát feltörvén, a mit csak lehetett, elvittek, miáltal 100 arany forintnyi kárt okoztak nekik, a miért is febr. 27-ére a nádori szék elé idézte Hédervári Ferenczet és társait. (Eredetije papiron, zárópecsét töredékével az Országos Levéltárban u. a. jelzet alatt.)

375.

1514 február 12. A székesfehérvári keresztesek konventje, Perényi Imre nádor parancsára vizsgálatot tartván, jelenti, hogy Hédervári Ferencz somogymegyei Décse (Deuch) faluban Bencze lelkész házát feltörte, s annak és a templomnak vagyonát elrabolta, miért is őt és társait a nádor elé idézte.

Horváth Mihály: Magyar Regesták. 203. sz. (Magyar Történelmi Tár. IX. k. 87. l.)

376.

1514 június 16. A pozsegai káptalan előtt Hédervári Ferencz és Czerneki Deseöffi Ferencz kölcsönösen olyan szerződésre lépnek, hogy bármelyik fél magtalan halála esetén lekötött birtokait a a másik fél örökölje.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posega memorie commendamus per presentes, quod magnificus Franciscus, filius quondam Nicolai de Hedervara ab una ac egregius Franciscus, filius olim Stephani Desöffi de Czernek partibus ab altera coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt confessi, retuleruntque oraculo vive vocis ipsorum in hunc modum, quomodo ipsi tum diyina, que eciam discor-

dantes vera facit uniri concordia ac accedente voluntate, tum vero certis bonis respectibus, racionabilibusque ex causis animum ipsorum ad id moventibus et inducentibus permoti, in bonis et iuribus ipsorum possessionariis infrascriptis talem inter se fecissent contractum, composicionemque et confederacionem perpetuo duraturam, quod si divina volente clemencia, cuius nutu et benignitate cuncta reguntur, prefatum Franciscum de Hedervara ab hac vita absque heredum solacio masculini sexus decedere contigerit, extunc universa bona et quelibet iura sua possessionaria in comitatu de Posega existencia et habita, videlicet castrum Posegavar vocatum simul cum civitate similiter Posegavar nuncupata prope et subtus idem castrum fundata, necnon totales possessiones ad idem et eandem spectantes et pertinentes, utputa Hemovcz, Lyppie, Lyppancz, Zelcze, Verhovcz ac porciones possessionarias in possessionibus Felseő- et Alsó-Pribinye, Derskovcz et Ztrumennyk vocatis una cum iure patronatus monasterii et abbacie ecclesie beati Michaëlis archangeli, Rudina appellati ordinis sancti Benedicti, in possessione similiter Rudina vocata fundati et constructi ac universarum pertinenciarum eiusdem monasterii et abbacie, item castrum Podversa nuncupatum cum totalibus possessionibus, porcionibusque possessionariis Pridvorye, Podversa, Hergovdol, Czrymothisthya, Zagrebacz, Pathyboriak, Podgravie, Verbie, Kvopanczi, Oriava, Paprivna, Zenthysthvan, Oravicza, Bathrovychverh, Lywpinya, Chregathovcz, Desevalcz et Kovachovcz appellatis, omnino in eodem comitatu de Posega existentibus, habitis pariter cum eorundem et earundem cunctis utilitatibus et pertinenciis ad eadem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quibuslibet, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus in prelibatum Franciscum Deseöffi de Czernek, suosque heredes universos pure et simpliciter derivari et condescendi deberent eo facto. E converso autem si annotatum Franciscum Desseőfy de Czernek e vivis absque heredibus decedere contigerit, extunc modo simili universa bona et quelibet iura sua possessionaria, scilicet castellum Drinovcz nuncupatum simul cum totalibus possessionibus porcionibusque et iuribus

possessionariis ad idem pertinentibus, puta Felseő- et Alsó-Czernek Lumethicza, Pervehicza, Podgragye, *Petherhegye*, Czernavicza, *Kakvkveölye*, Drwganovacz, Felseő- et Alsó-Bersthyanythacz, Veperiak, Verbsthyagh, Felsevacz (?), Dolacz, Felseő- et Alsó-Lyvpinye, Besetharocz, Okith, Jaxincz, Gallovcz, Lazkovcz, Vysseche, et Ferenczhevcz in eodem de Posega, item castella Ezeck et Mrathay simul cum totalibus possessionibus, porcionibusque, puta Pothalovcz, Lesskocz, Vythkovcz, Milkovcz, Felseő- et Alsó-Bebrinya, Therzthencz, Zorakovcz et Podlussa, aliisque iuribus possessionariis in de Orbaz comitatibus existentibus et adiacentibus eodem modo omnibus eorundem et earundem utilitatibus, proventibus et pertinenciis ad eadem et easdem spectantibus et pertinere debentibus quibuslibet, quovis nomine nuncupatis in prenominatum Franciscum de Hedervara, suosque heredes universos derivarentur et condescenderent in utramque partem parcium earundem cum omni ac pleno eo iure, iurisque proprietate, quibus quelibet parcium prescripta iura sua possessionaria teneret et possideret, hoc non pretermisso, sed per expressum declarato et per utrumque Franciscum, videlicet de Hedervara et Desseőffi coram nobis sponte assumpto quodam modo in posterum nullus ipsorum aliquem contractum sew fassionem perennalem vel impignoraticiam super predictis bonis in toto vel in aliqua eorum parte cuipiam facere vel fateri vel eadem quovis sub colore adscribere debeat, possitque et valeat, ubi vero aliqua parcium id faceret, extunc talis pars contra partem alteram in perennali estimacione prescriptorum universorum iurium suorum possessionariorum convicta maneret, huiusmodique contractus seu fassio ac universe litere superinde conficiende penitus invigorose sint et remaneant harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Que dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum feria sexta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini 1514.

II. Ulászló király 1514 okt. 29-iki átiratából. (378. sz.) Országos Levéltár, M. O. D. L. 38701.

377.

Buda, 1514 augusztus 1. II. Ulászló király Hédervári Imre s István győrmegyei alispánoknak szorosan megparancsolja, hogy Olasz Mihály fehérvári polgár külföldre hajtatni szándékolt ökreinek letartóztatása ügyében, vajjon igazságosan megszerzettek s nem rablottak-e a barmok, — vizsgálatot teljesítsen; az ökröket azonban, miután a külföldre való kivitel egyelőre tilos, kivinni ne engedje.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc., fidelibus nostris egregiis Stephano et Emerico de Hederwara, vicecomiti comitatus Jauriensis salutem et graciam. Conquestus est maiestati nostre fidelis noster circumspectus Michaël Olaz, civis civitatis nostre Albe Regalis, qualiter cum his superioribus diebus per quendam Albertum Gÿanthaÿ, affinem suum certos boves negociacionis gracia extra istud regnum nostrum propelli facere voluisset, vos inventis illis bobus prope Jaurinum, asserentes illos ex predis nobilium accumulatos esse, eos omnes a familiaribus ipsius exponentis eripuistis et aufferri fecistis, et licet ipse exponens fide digno testimonio coram vobis comprobaverit, boves illos non fuisse ex predis cumulatos, verum iuste et sine iniuria alterius adhuc ante inceptam istam sedicionem rusticorum per eum emptos esse, nullatenus tamen usque in hodiernum diem ad requisicionem eius sepissimam dictos boves eidem restituissetis, verum in presenciarum eciam apud vos conservare et retinere conaretis. Quia autem nolumus omnino, ut dictus exponens bobus illis, si iuste pecuniis suis et non ex preda illos emerit ac comparaverit, per vos privetur, illosque absque ulla racione amittat, tantumque damni paciatur, idcirco fidelitati vestre serie presencium strictissime committimus et mandamus, quatinus diligenter et maiori, qua poteritis, cura examinetis et perscrutetis, utrum illi boves non ex preda, verum iusta negociacione empti et comparati sint; et si comprobatum fuerit eos iuste esse emptos, eotunc volumus, ut omnino sine ulla renittencia et deffectu prefato exponenti, aut hominibus suis ad id per eum deputatis integre modis omnibus restituere debeatis et

teneamini, ita tamen, ne extra istud regnum nostrum illos educant, cum omnibus aliis eciam educcionem bovum nunc per aliquod tempus prohibuerimus. Sin vero dictos boves ex preda cumulatos et congregatos intellexeritis, extunc nolumus, ut illos aliquo pacto dissipabitis aut deperdatis, sed eos sine ulla dissipacione, pro nobis diligenter reservari et custodiri faciatis, ut illis, a quibus ablati sunt, integre et sine deffectu prelibatos boves restituere et reddifacere possimus. Secus in hoc nulla racione faciatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, in festo Ad vincula beati Petri apostoli, anno domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Relacio reverendi domini Michaelis, episcopi Boznensis, secretarii regie maiestatis.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, fasc. 5. Nr. 15.

378.

Buda, 1514 október 29. II. Ulászló király Hédervári Ferencz és Czerneki Deseőffi Ferencz kértére átírja a pozsegai káptalan 1514 jún. 16-ki (376. sz.) oklevelét, megerősítvén a köztük kötött kölcsönös szerződést, a melynek erejénél fogva bármelyik fél magtalan halála esetén birtokait a másik örökli.

Commissio propria domini regis.

Nos Uladislaus, dei gracia rex Hungarie et Bohemie memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod pro parte et in personis fidelium nostrorum magnifici Francisci, filii olim Nicolai de Hedervara ac egregii similiter Francisci Deseőffi de Czernek, filii quondam Stephani modo simili Deseőffi de eadem Czernek exhibite sunt coram nobis et producte quedam litere capituli ecclesie beati Petri de Posega fassionales, in pergameno patenter confecte, sigilloque suo a tergo impressive consignate, quibus mediantibus annotatus Franciscus de Hedervara ab una ac dictus alter Franciscus Deseőffi de Czernek ab alia partibus de et super universis bonis et iuribus ipsorum

possessionariis infranominatam certam fassionem seu contractum in alterutrum ac vicissim sibi ipsis et eorum heredibus universis in eo casu, ut quamcunque partem parcium earundem ab hac luce fortuna seviente absque heredum solacio decidere contigerit, universa bona et quelibet iura possessionaria talis partis in partem alteram et eiusdem heredes derivari et condescendi modo et ordine literis in eisdem contento et specificato deberent atque possent fecisse dignoscuntur tenore subsequenti. Supplicatum itaque exstitit maiestati nostre in personis prelibatorum utriusque Francisci humiliter, ut nos prescriptas literas ratas, gratas et acceptas habentes presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri et inscribi facientes huiusmodi fassioni et contractui, aliisque omnibus et singulis inferius in tenore earundem literarum clarius contentis nostrum regium prebere dignaremur consensum benevolum pariter et assensum, quarum quidem literarum tenor talis est: *(Lásd a pozsegai káptalan 1514 június 16-án kelt oklevelét 376. sz. a.)*

Nos itaque huiusmodi supplicacionibus pro parte dictorum Francisci de Hedervara et alterius Francisci Dessőffi de Czernek maiestati nostre modo, quo supra, porrectis, regia benignitate exauditis, clementerque admissis, prescriptas literas sepefati capituli ecclesie beati Petri de Posega non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, ratas, gratas et acceptas habentes, premissis fassioni contractuique et confederacioni ac aliis omnibus et singulis superius in tenore earundem literarum contentis nostrum regium consensum prebuimus, prebemusque benevolum pariter et assensum et nihilo minus consideratis fidelitate et fidelibus serviciis prefatorum utriusque Francisci, videlicet de Hedervara et Desseőffi per eos primum sacre huius regni, nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum summa fidelitatis constancia exhi-

bitis et impensis, totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem castris Posegavar et Podversa, castellisque, Drinovcz, Mrachny et Ezeek ac iure patronatus monasterii et abbacie de Rudyna, necnon civitate similiter Posegavar vocatis, aliisque totalibus possessionibus, porcionibusque ac universis iuribus possessionariis prescriptis qualitercunque haberemus aut eadem et eedem nostram ex quibusbuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis eorundem et earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, akonibus, aquis, fluviis, tributis sew theloniis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus memorato Francisco de Hedervara et alteri Francisco Desseőffi de Czernek, ipsorumque heredibus universis casu in premisso in memoratis alterutrius ipsorum bonis et iuribus possessionariis vicissim dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno, harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, die dominico proximo post festum beatorum Simonis et Iude apostolorum, anno domini 1514 regnorum nostrorum Hungarie anno 25., Bohemie vero 44.

Kivül: Fassio familie Hedervari super mutua successione, quam rati habet Uladislaus rex 1514.

XVII. századi egyszerű másolata papiron, az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 38701. jelzet alatt.

379.

1515 február 14. A győri káptalan előtt Héderváry István, győrmegyei alispán, a maga és testvére, Imre, továbbá gyermekei s rokonai nevében azon hűséges szolgálatokért, melyeket neki főemberszolgája, Kysbaráthy Balázs deák tett, Kisbaráthin egy nemesi udvarházat tevő két jobbágytelket adományoz neki s általa feleségének, Katalin asszonynak, fiának, Györgynek és unokatestvéreinek, két Mihálynak, a telket minden fizetség s adó alól felmentvén.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod egregius Stephanus de Hederwara, vicecomes comitatus Jauriensis, onera et quelibet gravamina Emerici Hederwary, fratris sui carnalis, omniumque aliorum fratrum, proximorum, filiorumque ac filiarum suorum in subscriptis super se assumendo coram nobis personaliter constitutus proposuit et sponte est confessus in hunc modum, quomodo ipse recensitis et in animo suo pensatis revolutis illis multimodis serviciis et sÿnceris complacenciis et obsequiis nobilis Blasii literati de Kysbarathÿ, familiaris sui, quibus ipse variis in rebus eidem domino suo a pluribus iam annis admodum se gratum reddere studuisset et acceptum, quorum intuitu volens idem Stephanus Hederwarÿ prefato Blasio literato favore, gracia et benivolencia sua adesse singulari, quasdam duas sessiones suas iobagionales, ad unam dumtaxat sessionem nobilitarem se extendentes, in possessione eiusdem Stephani et dicti Emerici, fratris sui, Kisbarathÿ predicta, in comitatu Jauriensi existenti, habitam, cui ab orientali providorum Anthonii Erdewg et a septentrionali plagis Gregorii Gÿerghffÿ domus, sew fundi curiarum dicuntur vicinari, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis,

sub suis veris metis et antiquis existentibus, ad eandemque unam sessionem de iure spectantibus et pertinere debentibus memorato Blasio literato ac domine Katherine, consortis necnon Gregorio, filio eiusdem ac per ipsum Blasium literatum Michaeli ac alteri Michaeli, germanis fratribus suis carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis in perpetuum dedisset et ascripsisset, donassetque et contulisset, immo dedit ascripsitque ac donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem sibi et suis fratribus sew successoribus per amplius in eadem reservando, sed omne id ius, quod ipse in eadem habere speraret, pleno iure in eosdem transtulisset, transtulitque et nichilominus premissorum serviciorum consideracione ipsius Blasii literati eundem, consequenterque uxorem, filios, filiasque ac fratres suos predictos et heredes ipsorum utriusque sexus universos in prescripta sessione nobilitari per ipsum Stephanum Hederwarÿ premisso modo eidem Blasio literato et aliis predictis data, donata et collata ab omnibus taxis, contribucionibus et aliis quibusvis solucionibus, necnon serviciis muneribus et omnibus aliis oneribus sew gravaminibus racione ipsius sessionis nobilitaris in perpetuum libertandos, eximendos et supportandos ac in eadem penitus et omnino, quantum in se est, nobilitandos duxit, hoc eciam non pretermisso, quod si successu temporum inter prefatum Stephanum Hederwarÿ, fratresque suos vel alios, ad quorum scilicet manus eandem possessionem Kysbarathÿ devenire contingeret, in facto eiusdem possessionis Kysbarathÿ aliqua divisionalis sequestracio sequeretur sew fieret, ipso casu idem Stephanus Hederwarÿ vel sui successores tenerentur pro ipsa sessione nobilitari eisdem Blasio literato et aliis data et tributa aliam sessionem eisdem fratribus, sew successoribus suis dare et contribuere, per hecque ipsum Blasium literatum et alios predictos in perpetua et pacifica possessione eiusdem sessionis nobilitaris tenere et conservare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eidem Blasio literato et aliis

predictis duximus concedendas. Datum dominico die proximo post festum Purificacionis beatissime Marie virginis, anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Eredetije hártyán, függő pecsét zsinórjával, fasc. 44. Nr. 23. jelzet alatt.

380.

1515 márczius 5. A székesfehérvári keresztesek konventje előtt Hédervári Ferencz Ozora és Thamásy várakat s az ozorai várhoz tartozó Ozora és Dalmad mezővárosokat, bozzási, debrenthei, márton, felső- és alsó-majsai birtokokat, szokolendrődi és gerenási részbirtokokat (Tolnamegye), enyingi s tótfalusi birtokokat az enyingi kúriával (Veszprémmegye), s Thamásy várhoz tartozó Thamásy, Ireg és Kánya mezővárosokat, tengeliczi, újfalusi, prosai, meggyesiregi, gonozdi, méni, kiscsehi, tengeldi, ősi birtokokat és zempchei, nagycsehi, sárfalvi részbirtokokat (Tolnamegye) és a veszprémmegyei Remetét zálogképen leköti feleségének, néhai Chaaki Benedek és Rozgonyi Apollónia leányának, Borbála asszonynak, mivel 20,000 arany forintot érő ékszereit mint jajczai bán Jajcza várának fentartására elköltötte.

Hártyára irott eredetije átírva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki itéletlevelében (M. Tört. Tár VI. k. 18. l. — V. ö. 405. sz. — Ezen birtokokba Perényi Imre nádor parancsára Henyei Thyborcz András és Wepseeni Chok György nádori emberek, továbbá Zabasi István konventi tag Hédervári Ferencznét be is iktatták, mint a székesfehérvári konvent 1515 május 13-iki jelentése igazolja. (U. o. 19. l.)

381.

1515 márczius 22. A győri káptalan előtt Somÿ Gáspár fehérmegyei főispán saját s rokonai nevében pestmegyei Tárnok s pilismegyei Horhy nevű birtokait 1190 forint fejében Héderwárÿ Istvánnak leköti.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus per presentes, quod magnificus dominus Gaspar de Som comes comitatus Albensis coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina quorumlibet fratrum proximorum et consanguineorum suorum super se assummendo, proposuit et sponte confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens summe urgentibus evitandis a magnifico domino Stephano

de Hederwara mille ac centum et nonaginta florenos paratis in pecuniis in monetis usualibus mutuo et sub spe restitucionis levasset et recepisset, quos eidem domino Stephano Hederwarÿ ad decimum diem festi Penthecostes proxime nunc affuturum *(jún. 5.)* similiter parata in pecunia plenarie et integre reddere et persolvere promisisset et assumpsisset, immo promisit et assumpsit coram nobis tali obligaminis vinculo mediante, quod si idem dominus Gaspar Somÿ eosdem mille centum et nonaginta florenos ad prescriptum decimum diem dicti festi Penthecostes eidem domino Stephano Hederwarÿ plenarie reddere et persolvere nollett non posset, non curaret, aut quoquomodo negligeret, extunc elapso huiusmodi decimo die eiusdem festi Penthecostes mox et in continenti idem dominus Stephanus Hederwarÿ solum vigore presencium mediante in dominium totalis possessionis Tharnok vocate in Pesthiensi, ac similiter totalis porcionis possessionarie domusque et curie nobilitaris eiusdem domini Gasparis Somÿ in possessione Horhÿ in Pilisiensi comitatibus existencium et habitarum introeundi, easdemque titulo pignoris pro se occupandi fructusque et quaslibet utilitates earundem percipiendi et percipifaciendi, et tamdiu ipso pignoris titulo tenendi et conservandi, donec et quousque sibi de prescriptis mille ac centum et nonaginta florenis satisfactum fuerit quoad plenum, plenam atque omnimodam habeat potestatis facultatem; assummens nichilominus annotatus dominus Gaspar Somÿ oneribus modo premisso in se assumptis memoratum dominum Stephanum Hederwarÿ in pacifico dominio dictarum possessionis Tharnok ac porcionis possessionarie domusque et curie nobilitaris in dicta possessione Horhÿ habitarum casu sub premisso occupatarum infra tempus redempcionis earundem contra quoslibet causidicos, impeditores et actores tueri, protegere et conservare propriis suis laboribus et expensis; casu vero, quo idem dominus Gaspar Somÿ id facere nollet, non posset, non curaret, vel quovismodo negligeret, vel tempore statucionis earumdem per se vel per aliquam interpositam personam cantradiceret, vel contradici procuraret, extunc similiter mox et incontinenti idem dominus Gaspar Somÿ in facto succubitus duelli facti' potencialis convincatur

et convinci debeat ipso facto; hoc eciam per expressum declarato, quod si idem dominus Gaspar Somÿ easdem possessionem Tharnok ac porcionem possessionariam domumque et curiam suas nobilitarem in dicta possessione Horhÿ habitas infra prenotatum decimum diem prescripti festi Penthecostes alicuipiam alteri vendere, impignorare et a se alienare attemptaret, extunc fassio sua super hiusmodi vendicione, impignoracione et alienacione ubicunque locorum credibilium facta nullius sit vigoris et momenti. Ad que premissa et quevis singula premissorum idem dominus Gaspar Somÿ se spontanea obligavit coram nobis voluntate, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima ante Dominicam Judica, anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Eredetije papiron, hátlapján pecsét töredékeivel, fasc. 5. Nr. 16.

382.

1516 május 12. A budai káptalan előtt Vasdinnyei Vass Mátyás a saját, valamint neje és gyermekei nevében is letiltja nagyságos Somi Gáspárt, a somogyvármegyei Som és pestmegyei Tárnok nevű egész birtokok, valamint a fehérvármegyei Vál és Szent-György, a pilisvármegyei Horhi és a veszprémvármegyei Vepsény nevű részbirtokok eladása, elzálogosítása és elidegenítésétől. Egyszersmind letiltja Perneszi Miklóst és bárki mást is ezen birtokok átvételétől, elfoglalása és használatától, sőt az ezen birtokokra vonatkozó netalán kiadandó királyi adományozás, vagy a hiteles helyek által kiadandó oklevelek ellen is tiltakozik.

Másolata f. V. Nr. 17. b. alatt.

383.

Buda, 1517 augusztus 19. II. Lajos Hédervári Ferencz bánnak és főemberszolgáinak, mivel a Száva mellett, az országnak az ellenség ellen való védelme őket elfoglalva tartja, peres ügyeiket 15 napra, illetve, míg az ellenséget el nem űzik, vagy a Száva folyó meg nem dagadt s ki nem árad, elhalasztja.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, reverendissimo in Christo patri domino Thome,

tituli sancti Martini in montibus sancte Romane ecclesie presbitero cardinali Strigoniensi, patriarche Constantinopolitano et apostolice sedis de latere legato etc. ac spectabilibus et magnificis Emerico de Peren, comiti perpetuo Abawÿwariensi, regni Hungarie Palatino et iudici Comanorum nostrorum, necnon Petro comiti de Bozÿn et de Sancto Georgio, iudici curie nostre, item egregiis magistro Stephano de Werbewcz, personalis presencie nostre in iudiciis locumtenenti, vestrasque in iudicatu vicesgerenti, preterea magistris prothonotariis curie et sedis nostre iudiciarie coassessoribus, cunctis eciam regni nostri iudicibus et iusticiariis, ecclesiasticis videlicet et secularibus, presentes nostras visuris salutem et graciam. Quoniam fidelis noster, magnificus Franciscus de Hederwara, banus noser . . . . . in hoc periculoso tempore, quo fluvius Zawe admodum decrevisse dicitur, pro reprimendis et resistendis hostium conatibus illa confinia et presertim comitatus de Walko et de Posega pro nunc invadere volentibus, in custodia eorundem confiniorum fluviique et vadorum in illo existencium ad presens occupatus existit, debebitque istic per certum tempus necessario occupari, ob hoc ipse, sed et nobiles Stephanus de Agard Barnabas *Malacz* de *Zentlewrincz*, Michaël Wgron de Throwe *(igy)*, Andreas *Bosnÿak*, Petrus de Agard, Stephanus *Fekethe*, Dÿonisius Nagh de *Porozlo*, Petrus Kÿs de Cheken, Franciscus Zanchalÿ, Blasius de Kospa, Albertus *Porkolab* de *Vegheg*, Stephanus Bolthaÿ, Lucas de Seghÿ, Paulus presbiter Mize dictus de Mehees, Gaspar de Belch, Michael de Weperd, Gaspar Horwath de *Agÿ*, Nicolaus Feÿer, Thomas Zalaÿ, castellanus castri Posga, Ladislaus Ewthenÿ, Sigismondus de Zÿch, Michael Thormasÿ, Stephanus *Thalpas*, Michael de Zÿmay, alter Michael et Gregorius Gezned et Martinus de Zolÿagh, familiares eiusdem, qui cum eodem Francisco, domino scilicet ipsorum una in huiusmodi nostris et regni nostri serviciis ibidem in eisdem confiniis ad presens occupantur, in absencia hic eorum causis suis coram vobis vel altero vestrum motis, sew movendis commode superintendere et invigilare nequeunt, quapropter nos universas huiusmodi eorum causas, tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra ipsos

coram vobis, ut prefertur, vel altero vestrum motas vel movendas infra quindecim dierum spacium a die datarum presencium inclusive computando, donec scilicet et quousque vel hostes ipsi, qui prope confinia illa consederunt abinde dispergantur sew propellatur, vel autem fluvius ipse Zaws acrescat et inundetur, duximus differendas et prorogandas, immo differimus et prorogamus per presentes; mandantes et committentes fidelitati vestre et vestrum cuilibet serie presencium firmiter, quatinus easdem universas et quaslibet causas dicti Francisci Hederwarÿ et familiarium quoque suorum predictorum tam, ut premisimus, per ipsos contra alios, quam eciam per alios quospiam contra ipsos coram vobis sew altero vestrum motas aut movendas statu in eodem, in quo nunc existunt, tempus infra premissum differre et prorogare, pro dilatis quoque et prorogatis habere omnibus modis debeatis; secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Assumpcionis beatissime Marie virginis, anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Lecta per magistrum
Moysem cum tenore.

Eredetije papiron, rányomott pecséttel, fasc. 106. Nr. 7. jelzet alatt.

384.

1517 deczember 21. A budai káptalan előtt nagyságos Somi Gáspár, nővére Katalin és ennek gyermekei nevében is, 6000 magyar arany forintért örökösen eladja a Fehérvármegyében lévő egész Vál és egész Veréb nevű birtokait, Héderváry Istvánnak, nejének és gyermekeinek. Megjegyzendő, hogy Válnak fele néhai nagyságos Podmanini Podmaniczky Jánosnál volt 2000 arany forintért zálogban, de most már az is Héderváry István kezében van, Veréb pedig Endrédi Somogyi Imrétől szerzendő vissza törvényes úton.

Másolata f. V. Nr. 17. a. alatt.

385.

1518 január 6. A pannonhalmi konvent kiküldöttjei előtt Dorottya, Somi János leánya, Vas Máté neje s Anna, Dorottya leánya, Hédervárÿ István neje, pilismegyei Horhy, pestmegyei Tárnok s fejérmegyei Vál helységben lévő birtokait, illetőleg részbirtokukat 8000 forintért Ákosházi Sárkány Ambrusnak eladják.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus per presentes, quod nos ad instantem et legitimam peticionem egregiorum Mathie Was de Wasdÿnÿe, Stephani de Hederwara et nobilium dominarum Dorothee filie egregii condam Johannis de Som, eiusdem Mathie Was et Anne filie annotate domine Dorothee prefati Stephani Hederwarÿ consortum, ad nos propter asperitatem ÿemis muliebrisque sexus fragilitatem venire non valencium duos ex nobis, videlicet religiosos fratres Georgium de Zalawar et Andream sacerdotes monachos socios nostros conventuales nostro pro testimonio fidedignos duximus destinandos, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in vigilia diei datarum presencium *(jan. 5.)* ad possessionem Wasdÿnÿe vocatam in comitatu Comaromiensi habitam consequenterque domum et curiam nobilitarem annotati Mathie Was ibidem habitam insimul accesissent, ubi prefati Mathias Was, Stephanus Hederwarÿ et domine Dorothea ac Anna coram ipsis personaliter constituti fuissent, iidem Stephanus Hederwarÿ et Mathias Was infrascripte fassioni annotatarum dominarum ipsarum benivolum consensum prebuissent pariter et assensum, eedem domine nobilium Johannis et Martini filiorum eiusdem domine Dorothee omniumque fratrum proximorum et consanguineorum ipsarum, onera et quelibet gravamina in se ipsos assummendo sponte et libere confesse fuissent, quod ipse totales possessiones ipsorum Horhÿ in Pilisiensi, Tharnak in Pesthiensi, nec non universas porciones ipsarum possessionarias in possessione Wal vocatas in Albensi comitatibus existentes habitas, simulcum cunctis earumdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis,

montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem possessiones porcionemque possessionariam de iure ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus magnifico domino Ambrosio Sarkan de Akoshaza heredibusque et posteritatibus suis universis pro octo milibus florenorum auri puri Hungaricalium iam plene persolutis et levatis dedissent, vendidissent et iure perpetuo ascripsissent, nullum ius, nullamque iuris et dominii proprietatem eedem domine sibiipsis aut ipsarum heredibus in eisdem possessionibus et porcionibus possessionariis reservando, sed totum et omne ius omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam in eisdem habuissent aut in futurum habere sperassent, in et ad prenominatum Ambrosium Sarkan heredesque suos coram eisdem fratribus nostris transtulissent universos; assumpsissent preterea eedem domine Dorothea et Anna. oneribus sub premissis ultro in se levatis memoratum Ambrosium Sarkan et suos heredes, temporum processu contra quoslibet impetitores causidicos et actores propriis ipsarum laboribus et expensis in pacifico dominio earumdem possessionum porcionisque possessionarie defensando conservare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras in papiro sub impressione sigilli nostri ad fassiones (annotatorum) fratrum nostrorum duximus concedendas. Datum in festo Epiphanie domini, anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo octavo.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 5. Nr. 18.

386.

Buda, 1518 január 22. II. Lajos király bizonyságlevele arról, hogy Héderwáry István Ákosházi Sárkány Ambrustól 450 frtot vévén kölcsön, leköti neki zálogul a kölcsönösszeg visszafizetése napjáig Kisbaráthi birtokát és újfalusi birtokrészét.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius Stephanus de Hederwara coram nobis personaliter constitutus,

sponte et libera sua voluntate confessus est in hunc modum, quod quia idem Stephanus Hederwarÿ pro nonnullis suis ac filiorum et filiarum suorum necessitatibus sublevando atque disponendo ac magnifico domino Ambrosio Sarkan de Akoshaza nomine veri mutui ac sub spe restitutionis quadringentos et quinquaginta florenos in monetis Hungaricales levasset et recepisset, volens ipse Stephanus de Hederwara eundem dominum Ambrosium Sarkan de rehabicione eorundem quadringentorum et quinquaginta florenorum certum et securum reddere, totalem possessionem Kÿsbarathÿ vocatam ac totalem porcionem suas *(igy)* et dictorum filiorum ac filiarum suorum possessionarias in possessione Wÿffalw nuncupata, omnino in comitatu Jawriensi existenti habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, campis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et eorumdem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem possessionem et porcionem possessionariam de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prenominato Ambrosio Sarkan pro prescriptis quadringentis et quinquaginta florenis auri ab eodem Ambrosio Sarkan per ipsum Stephanum Hederwarÿ, ut premittitur, iam de facto levatis et receptis, impignorasset et titulo prignoris inscripsisset, immo impignoravit et inscripsit coram nobis tali modo, quod dum et quandocunque prenotatus Stephanus de Hederwara aut prescripti filii et filie sui antelatas possessionem et porcionem possessionariam ab eodem Ambrosio Sarkan redimere et pro se ipso rehabere voluerit, extunc ipse idem Ambrosius Sarkan, rehabitis prius et ad se receptis a prefatis Stephano de Hederwara vel suis heredibus quadringentis et quinquaginta fiorenis similiter in auro puro, easdem possessionem et porcionem possessionariam simul cum predictis utilitatibus et pertinenciis earumdem annotato Stephano de Hederwara ac filiis et filiabus eiusdem difficultate absque aliquali remittere et resignare deberet et teneretur. Assummens nichilominus prenominatus Stephanus de Hederwara prefatum

Ambrosium Sarkan, suosque heredes in pacifico dominio prescriptarum possessionis Kÿs-Barathÿ et porcionis possessionarie in dicta possessione Wÿffalw habite, cunctarumque earundem utilitatum et pertinenciarum infra tempus redempcionis earumdem contra quoslibet legittimos impetitores, causidicos et actores intra et extra iudicium semper tueri, protegere et defensare propriis suis laboribus et expensis; casu vero, quo prelibatus Stephanus de Hederwara antedictas possessionem et porcionem possessionariam per se ipsum aut per alias interpositas personas eidem Ambrosio Sarkan aut homini suo per eundem ad id deputando occupare, ipsumque Ambrosium Sarkan vel hominem suum in dominium earundem et utilitatum suarum percepcionis intromittere nollet, non posset, aut non curaret vel, eisdem possessione et porcione possessionaria de facto occupatis, prenotatum Ambrosium Sarkan, suosque heredes, hominesque eiusdem in dominio et pacifica possessione earumdem modo antelato conservare non posset, vel omnino nollet aut utcunque recusaret, extunc mox et incontinenter memoratus Stephanus de Hederwara solum vigore presencium mediante semotis cunctis iuridicis processibus exhinc de huius regni consuetudine ac vigore decretorum eiusdem fieri debentibus, in succubitu duelli facti potencialis contra prefatum Abrosium Sarkan aut heredes eiusdem convinceretur et convictus haberetur eo facto, nullis eciam graciis regiis, immo nec aliquorum sue maiestatis locumtenencium pro tempore constitutorum annuenciis (?) eidem Stephano de Hederwara ac filiis et filiabus suis suffragare, allegacionibusque et subterfugiis ipsius Stephani obviare volentibus; nichilominus idem Ambrosius Sarkan ipsum Stephanum de Hederwara, si videlicet in premissis idem quoquomodo persistere nollet ad tricesimum secundum diem in cuiusvis iudicis huius regni Hungarie ordinarii, spiritualis videlicet et secularis, quem scilicet idem Ambrosius Sarkan ad id eligendum duxerit, presenciam in causam convenire valeret atque posset, ipso denique tricesimo secundo die adveniente idem iudex ordinarius per ipsum Ambrosium Sarkan eligendus extra omnes terminos octavales et brevium, necnon brevis brevium iudiciorum celebrandorum, seriem

insuper registri in iudiciis vigore decreti dicti regni fieri soliti, non obstante absentia dicti Stephani de Hederwara, adiudicare et finaliter concludere et determinare atque debite executioni demandare posset et valeret, haberetque omnimodam facultatis potestatem. Ad que premissa et quevis premissorum singula inviolabiliter observanda prefatus Stephanus de Hederwara spontanea sua obligavit voluntate coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, in festo beati Vincencii martyris, anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

Egykorú másolata papiron fasc. 44. Nr. 24. jelz. alatt.

387.

Neszmély, 1518 június 23. II. Lajos király megparancsolja Nagybaráti Chege Jánosnak, győrmegyei alispánnak és más nagybaráti nemeseknek, hogy a pannonhalmi konvent előtt vallják fel hitök szerint, miképen fogatta el Hédervári István Debreczeni Lukács, győri kanonoknak kisbaráti szőlejében dolgozó familiarisát, Pÿspekÿ Mátét, s miként történhetett, hogy bár Kisbarátin Hédervári István Pÿspekÿ Máté ügyében ítéletet hozott, ezt végre nem hajtotta, sem fogságából ki nem bocsátotta.

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, nobili Johanni Chege de Naghbarathÿ, iudici nobilium comitatus Jauriensis ac providis Alberto Waradÿ, Ambrosio Thoth et Simoni Bÿro, in eadem possessione Naghbarath residentibus, aliis eciam universis et singulis nobilibus et ignobilibus dicti comitatus Jauriensis, presentes visuris salutem et graciam. Expositum est maiestati nostre in persona fidelis nostri venerabilis magistri Luce de Debreczen, canonici ecclesie Jauriensis, quod cum novissimis diebus istis fidelis noster egregius Stephanus de Hederwara quendam Matheum Pÿspekÿ dictum, familiarem ipsius exponentis in vinea propria eiusdem exponentis in promontorio possessionis Kÿsbarathÿ existenti et adiacenti detineri captivarique fecisset, tunc licet idem Stephanus vobiscum et aliis nonnullis nobilibus et alterius condicionis dicti comitatus Jauriensis hominibus in facie pretacte possessionis Kÿsbarathÿ ex parte

eiusdem Mathei Pÿspekÿ, immo contra ipsum quoddam celebrari et administrari fecerit iudicium, illud tamen nescitur, unde motus, nec exsequucioni demandare neque eundem Matheum de sua captivitate hactenus demittere curavisset, in eiusdem exponentis preiudicium ac predicti familiaris sui periculum manifestum, quod vobis, qui iudicio illi interfuistis, constaret evidenter; fassionibus itaque vestris exinde fiendis ipse exponens pro iurium suorum defensione in presenciarum summe esset necessarius. Pro eo fidelitati vestre et vestrum cuilibet, qui cum presentibus fueritis requisiti, harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus habita mox, presencium noticia, sub onere sedecim marcarum gravis ponderis super eos, qui presenti mandato nostro parere recusaverint, vigore generalis decreti regni nostri inter cetera exinde editi per vicecomitem prenotati comitatus Jauriensis nostre maiestatis in persona immediate et irremissibiliter exigendarum, insimul convenire ac in presenciam honorabilis conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie personaliter accedere, ibique ad fidem vestram deo debitam, fidelitatemque nobis et sacre corone nostre observandam, totam seriem premissi iudicii et dicte iudiciarie deliberacionis per vos (ut prefertur) de commissione dicti Stephani Hederwarÿ pro parte antefati Mathei Pÿspekÿ facti atque celebrati et qualis vobis exinde constat certitudo veritatis, suo modo fateri, dicereque et referre debeatis ac teneamini. Super qua quidem fassione et attestacione vestra literas tandem prelibato exponenti necessarias per annotatum conventum ecclesie sancti Martini dari volumus et mandamus; secus itaque pena sub premissa non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in oppido nostro Nezmel in vigilia festi Nativitatis beati Joannis Baptiste, anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

Egykorú másolata papiron fasc. 44. Nr. 25. sz. a.

388.

Pest, 1518 augusztus 18. II. Lajos király bizonyságlevele arról, hogy Zobÿ Mihály azon 1000 frtból, mely összeget a Tolnán, július 25-én tartott részleges országgyülésen egybegyült rendek Goszthonyi János, győri püspöktől a pápához és császárhoz küldendő követek költségére kölcsön vettek, 900 frtot a követeknek, Werböczi István királyi személynöknek, Fanchi Imrének és Gÿwrkowczi Chawlowÿth Pálnak adott s Héderwárÿ Istvánt és Illyésházi Illyés Györgyöt a kölcsön megszerzésében, továbbá néhai Bazini és Szentgyörgyi Gróf Péter, országbiró várainak ügyében tett kiadásaikra fordított s a kölcsönösszegből megmaradt 100 frtról nyugtatja.

Nos Lodovicus, dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius Michaël de Zob coram nostra personali presencia personaliter constitutus sponte ac libere est confessus in hunc modum, quod quia fideles nostri egregii, Stephanus de Hederwara ac Georgius Illÿes de Illÿeshaza ex illis mille florenis, qui diebus exactis per universitatem electorum nobilium in dieta eorum particulari pro festo beati Jacobi apostoli *(júl. 25.)* proxime preterito, in opido Tholnensi celebrata ad missionem oratorum in urbem ad summum pontificem ac cesaream maiestatem per ipsos deputatorum a reverendo domino Joanne de Gozthon, episcopo ecclesie Jauriensis nomine veri mutui et sub spe restitucionis medio prefatorum Stephani Hederwarÿ ac Georgii Illÿes postulati levatique fuissent, et quos iidem nobiles electi manibus ipsius Michaëlis Zobÿ ad distribuendum dare commisissent, egregiis magistro Stephano de Werbewetz, dicte personalis presencie nostre locumtenenti, Emerico de Fanch et Paulo Chawlowÿth de Gÿwrkowcz oratoribus ad ipsum summum pontificem ac dictam cesaream maiestatem iam electis ac deputatis noningentos florenos in monetis cruciferis dedissent atque solvissent, residuos vero centum florenos pro expensis tam eorundem Stephani de Hederwara ac Georgii Illÿes tempore postulacionis et adduccionis huiusmodi summe florenorum, quam eciam egregiorum Johannis Kossaczkÿ, Michaëlis Kenderesÿ et eiusdem Stephani Hederwarÿ per dictam universitatem nobilium ad mágnificos Franciscum et

Wolffgangum, comites de Bozÿn et de Sancto Georgio ac generosam dominam Sophiam, relictam spectabilis et magnifici condam comitis Petri, pridem iudicis curie nostre in facto castrorum et bonorum eiusdem condam comitis Petri oratorum et nunciorum deputatorum atque missorum per ipsos factis et exbursatis retinuissent et apud se reservassent, ideo ipse Michael de Zob antefatos Stephanum Hederwarÿ ac Georgium Illÿes exinde quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, immo reddidit et commisit coram nostra personali presencia prenotata harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in civitate nostra Pesthiensi, feria quarta proxima post festum Assumpcionis sacratissime virginis Marie, anno virginei partus eiusdem millesimo quingentesimo decimo octavo.

Lecta.

Eredeti papiron, rányomott pecsét töredékeivel, fasc. 106. Nr. 8. jelzet alatt.

389.

Buda, 1519 február 19. Újlaki László, boszniai herczeg, országbíró előtt Héderwárÿ István, a maga és gyermekei Lőrincz, György, Zsófia és Katalin nevében bodaki, remethei, gÿewlwézi (Pozsony m.), áswáni birtokai, a bodaki réve és vámja, valamint áswáni birtokán levő halastava helyett, — melyeket néhai Szentgyörgyi és Bazini Gróf Péter országbíró előtt 3000 arany forintnyi kölcsön fejében Ákosházi Sárkán Ambrusnak zálogképen lekötött — más birtokát, óhajtván lekötni, s a 3000 frtnyi kölcsönhöz még 200 frtot vévén fel, az egész 3200 arany forintnyi kölcsön fejében Kÿsbaráthÿ birtokát Ákosházi Sárkán Ambrusnak és testvéreinek, Jánosnak és Ferencznek zálogul köti le oly feltétel alatt, hogy ha a kölcsönzött összeget Szent-Mihály *(szept. 29.)* napja előtt 60 nappal fizetik vissza ő vagy utódai, a birtokot azonnal kezükbe kapják; ha azonban Szent-Mihály *(szept. 29.)* napja után, akkor a Sárkán testvérek, illetve utódai vagy ezek emberei csak azon évi termés betakarítása és behajtása után kötelesek átadni a birtokot.

A győri káptalan 1528. márcz. 1. kelt okleveléből. Fasc. 44. Nr. 26. — 1526. szept. 21. körül Hédervári István emberei hatalmasul Kÿsbaráthÿra törtek, a miért is Báthori István nádor, Esztergomban 1528. febr. 13-án kelt parancsára a győri káptalan febr. 25-én harmincz-kettedik napra *(márczius 27.)* megidézte Hédervári Istvánt.

390.

1519 május 12. Hédervári Katalin, Rozgonyi Istvánné végrendelete.

In nomine domini, Amen. Anno salutifere incarnacionis domini millesimo quingentesimo decimo nono. Ego Katherina de Hederwara, conthoralis magnifici domini Stephani de Rozgon, quamvis corpore egro, mente tamen per omnia sana et racione incolumis, senciens et intelligens me divina ex voluntate sive permissione migrare ex hoc nequam seculo et ne post mortem meam orirentur lites, rixe, sive discordie inter maritum meum, videlicet magnificum dominum Stephanum de Rozgon et germanum meum, videlicet magnificum dominum Franciscum de Hederwara, hec omnia volens prevenire feria quinta proxima ante festum beate Sophie vidue et martyris *(1519. máj. 12.)* coram honorabili domino Nicolao, plebano et vicearchidiacono de Warano ac egregiis et nobilibus dominis, videlicet Johanne de Berzewÿce, Francisco et Christoforo de eadem, Emerico de *Kellemes*, Stephano Horwath de Myhalco, Mathia de *Mathwsfalwa*, Johanne de *Kosmafalwa* ac nobilibus et honestis dominabus, videlicet domina Elena, uxore Georgii Chapi et domina Elena, relicta Nicolai de Pastho ac domina Ursula, uxore Johannis de Berzewice ac aliis quamplurimis fide dignis personis, de bonis meis et rebus a summo deo mihi collatis tale ultimum et irrevocabile facio et condo testamentum:

Item primo animam meam peccatricem commendo omnipotenti deo ac eius illibate genitrici virgini Marie, corpusque meum terre. Item dotalicium sive res parafernales, quas maritus meus, videlicet magnificus dominus Stephanus de Rozgon post mortem meam teneretur persolvere, eidem relaxo et remitto.

Item habeo quandam tunicam de purpure rubei coloris, quam mihi magnificus dominus Andreas de Bathor portaverat; eandem lego, ut ex illa casulam preparent et disponant ad capellam beate virginis Marie de Annunciacione.

Item habeo unam *subam* de purpure flavei coloris subductam pellibus variolinis; eandem lego ad predictam capel-

lam beate Virginis, ut ex eadem disponant et preparent cappam, cum pellibus vero variolinis maritus meus, videlicet magnificus dominus Stephanus de Rozgon sit liber, quo faciet, quia illas pelles ipse mihi dedit.

Item habeo unam tunicam de purpure rubei coloris, quam mihi germanus meus, videlicet magnificus dominus Franciscus de Hederwara portavit; eandem lego, ut ex eadem ad magnum altare thobale, sive pallam disponant.

Item habeo tunicam de *kamoka* brwnatici coloris, quam germanus meus, videlicet dominus Franciscus portavit; eandem lego ad claustrum beate virginis Marie fundatum in Warano, ut ex eadem, quod melius et necessarius *(igy)* videbitur, casulam aut pallam sive thobale ad magnum altare preparent et disponant.

Item habeo quandam horam de argento et reservaculum salis, similiter de argento et quosdam nodos et spinges (?) similiter de argento; hec omnia lego, ut ex eis preparent et disponant calicem ad prefatam capellam beate virginis Marie. Si autem maritus meus, videlicet magnificus dominus de Rozgon pro se voluerit habere et tenere, det pro hys tantum argenti.

Item habeo quosdam anulos, quos mihi portaverat et pueris meis et parvum de auro. Insuper habeo quandam parvam crucem de auro quam felicis recordacionis relicta Emerici Palozchi filio meo Petro portaverat, in qua eciam lapis continetur; hec omnia lego, ut ex eisdem ad predictam capellam beate virginis Marie preparent unam parvam crucem.

Item habeo duo ligibula de claris; hec lego, ut melius ligubulum *(igy)* dent ad capellam beate virginis Marie, ut ad collum imaginis beate virginis Marie ponatur; aliud vero ligibulum lego filie mee Katherine, uxori Andree de Bathor.

Item eidem filie mee domine Katherine, uxori Andree de Bathor, lego unum velamen capitis contextum cum filis argenteis, quia illud eidem diu promiseram.

Item habeo unum coopertorium lecti wlgo *paplan* cum aureis filis in fine contextum, quod mecum portaveram; hoc lego ecclesie parochiali in Warano, ut magna feria sexta singulis annis ad sepulturam domini ponatur.

Item habeo quandam camisiam ornatam cum margarithis; hanc lego marito meo, videlicet magnifico domino Stephano de Rosgon, ut quo wlt, eandem faciat.

Item habeo quandam tunicam de panno rubeo, quam mihi dominus Andreas de Bathor portaverat; hanc lego, ut alicui nobili puelle et pauperi dent, ut exoret dominum pro me.

Item fuit quedam mulier, nomine Katherina, que morabatur aput relictam Dominici; ab eadem Katherina emeramus quedam pulvinaria, ignoro tamen, si floreno uno aut altero dimidio et maritus meus dominus Stephanus de Rozgon commiserat persolvere pro eisdem Ambrosio castellano, at tamen ignoro si persolvit aut non. Ipsius dominacio mitteret missas pro eadem Katherina celebrare, ne anima mea aliquod gravamen paciatur.

Item in oppido isto cuidam mulieri dederam nutrire quendam orphanum puerum, ad huc eidem obligor florenis 8.

Item fratribus ad Homonna lego florenos quinque, ut exorent pro salute anime mee, et peto maritum meum, videlicet magnificum dominum Stephanum de Rozgon, ut non recuset eisdem dare pro refrigerio anime mee prefatos quinque florenos.

Insuper supplico eundem dominum Stephanum de Rozgon, tanquam dominum meum graciosum, ut famulis et famulabus meis, qui mihi servierunt et pro presenti serviunt, ipsius magnificencia pro earum serviciis satisfaciat, et eosdem non dimittat, quos vel quas eidem commendo.

Item supplico eidem domino Stephano de Rozgon uti domino gracioso, ut priusquam moriar, faciat legere septem missas, in quibus eciam passiones continentur, et item post hoc faciat legere quadraginta missas et similiter eciam tricesimam. Et supplico eidem, ut mei non obliviscatur, sed sepius faciat exorare pro salute anime mee.

Dávidvágási Wyderzak Antal közjegyző 1519. július 11-iki hiteles átiratából. (391. sz. a.)

391.

Varanó, 1519 július 11. Dávidvágási Wyderzak Antal közjegyző Rozgonyi István kértére hiteles formába írja át boldogult feleségének, néhai Hédervári Katalinnak végrendeletét. *(L. 390. sz. a.)*

In nomine domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo decimo nono, indiccione septima, undecima die mensis Julii, *(1519. júl. 11.)* hora nona, vel quasi ante meridiem, in curia spectabilis et magnifici domini Stephani de Rozgon, in oppido Varano, Agriensis dioecesis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Leonis, divina providencia pape decimi anno sexto, in mei notarii puplici subscripti et testium infrascriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presencia, personaliter constitutus spectabilis ac magnificus dominus Stephanus de Rozgon prefate dioecesis exhibuit ac presentavit mihi notario puplico subscripto quasdam literas testamentales, ultimam voluntatem in se continentes, sigillo munitas et sigillatas, scilicet magnifice domine Katherine de Hederwara, conthoralis eiusdem magnifici domini Stephani de Rozgon bene memorie defuncte, idem petens me debita cum instantia, quatenus easdem literas testamentales ac ultime voluntatis transsumi et transscribi ac in puplicam formam redigi dignarer suorum iurium uberiorem ob cautelam. Quarum quidem literarum ut prefertur mihi exhibitarum et presentatarum talis sequitur tenor: *(Lásd Hédervári Katalin, Rozgonyi Istvánné 1519 május 12-iki végrendeletét 390. sz. a.).*

Ego vero puplicus notarius infrascriptus, tanquam autenticus persona et iudex iuratus huiusmodi peticionibus et requisicioni memorati spectabilis et magnifici domini Stephani de Rozgon, tanquam iustis et legittimis volens satisfacere, prefatas literas testamentales ac ultime voluntatis prefate domine Katherine de Hederwara non abrasas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes transsumi et transscribi ac presentibus literis meis autenticis iuseri decrevi, eidemque magnifico domino Stephano de Rozgon contuli et dedi iuris sui uberiorem

ob cautelam. Acta sunt hec et facta anno, indiccione, die, hora, loco, et pontificatu, quibus supra; presentibus ibidem exsistentibus venerabili domino Nicolao plebano et vicearchidiacono de Warano, venerabili domino Michaele arcium liberalium baccalaureo, plebano de Galzeech, Gregorio capellano beati Sophie de eadem, Georgio altarista de eadem, Nicolao, Damiano, Michaele, ac Johanne et aliis honorabilibus presbiteris et capellanis de Galzeech et Warano fide dignis hominibus et personis ad premissa vocatis specialiter et rogatis in fidem et testimonium veritatis.

Ego Anthonius presbiter Georgii Wyderzak de Dauidwagasi, Agriensis dioecesis sachra apostolica auctoritate notarius puplicus premissis testamentalium literarum presentacioni, exhibicioni ac eciam requisicioni et peticioni, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui, ideo hoc presens puplicum instrumentum exinde confeci et in hanc puplicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et roboravi ad hec rogatus et requisitus in singulorum et omnium premissorum fidem.

Eredetije hártyán az Országos levéltárban M. O. D. L. 23167. jelzet alatt.

392.

Buda, 1519 deczember 17. II. Lajos király Báthori István nádort 500 frtról nyugtatja, mely összeget tőle a nándorfehérvári bánságnak Hédervári Ferencz kezéből való kiszabadítására vett kölcsön, s meghagyja egyuttal Paxy Balázs budai és Móré Fülöp egri prépostoknak, hogy az egyháziak adójából fizessék vissza Báthori Istvánnak, avagy ha ebből nem telik ki, a kincstárnok pótolja ki egyéb királyi jövedelemből.

Commissio propria domini regis.

Nos Ludovicus, dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. recognoscimus per presentes, quod quia fidelis noster nobis sincere dilectus, spectabilis et magnificus Stephanus de Bathor, huius regni nostri Hungarie palatinus et comes Themesiensis et parcium regni nostri inferiorum capitaneus generalis, iudexque Comanorum nostrorum ad peticionem et

requisicionem nostram, considerataque presenti necessitate nostra, qua ad eliberacionem banatus nostri Nandoralbensis de manibus fidelis nostri magnifici Francisci de Hederwara in presenciarum urgemur, nobis quingentos florenos accomodavit mutuoque et sub spe restitucionis dedit, ideo volentes prefatum dominum Stephanum de Bathor palatinum de restitucione huiusmodi summe quingentorum florenorum reddere certum et securum, eandem summam quingentorum florenorum de dica cleri et presbiterorum ex hoc regno nostro Hungarie provenire debenti in hÿs scilicet locis, ubi commodius sibi videbitur, eidem domino palatino deputavimus atque per fideles nostros venerabiles Blasium Paxÿ Budensis et Philippum More Agriensis ecclesiarum prepositos, commissarios scilicet ad exaccionem huiusmodi dice per sanctissimum dominum nostrum dèputatos, de eadem dica reddi, restitui et persolvi commisimus, immo deputamus et committimus per presentes, ita videlicet et taliter, quod si huiusmodi summa quingentorum florenorum de ipsa dica presbiterorum non expleretur, extunc promittimus id totum, quod residuum erit, prefato domino palatino eciam de aliis proventibus nostris regalibus usque ad integram summam predictorum quingentorum florenorum realiter et cum effectu reddere, restituere et persolvere, reddique, restitui et persolvi per thesaurarium nostrum sine ulla difficultate facere, quibus ut id facere nostram ad racionem debeant, firmissime committimus et mandamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, sabbato proximo post festum beate Lucie virginis et martyris, anno domini millesimo quingentesimo decimo nono.

Kivül: Regie litere assecuratorie domino palatino super accomodacione quingentorum florenorum ad eliberacionem castri Nandoralbensis datorum etc.

Eredetije papiron, rányomott pecséttel az Országos levéltárban M. O. D. L. 23298. jelzet alatt.

393.

1520 márczius 18. A garamszentbenedeki konvent előtt Nagylúcsei Dóczy Ferencz tiltakozik az ellen, hogy Hédervári Ferencz Enyingi Török Imrével, nándorfehérvári bánnal elcserélte némely birtokát, a melyek kölcsönös szerződés révén, melyet Nagylúcsei Orbán győri püspök Hédervári Miklóssal kötött, őt illetik.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron memorie commendamus per presentes, quod magnificus Franciscus Dochÿ de Naghlwche in sua, necnon Damiani, Gregorii et Ladislai de eadem Naghlwche, fratrum scilicet suorum personis nostram personaliter veniendo in presenciam per modum protestacionis et inhibicionis nobis facere curavit in hunc modum, quod prout ipsi protestantes re vera percepissent, quod magnificus Franciscus de Hederwara totales possessiones videlicet: Genÿew, Saag, Thaap et Ewrs in Jauriensi, ac Zenthmÿklos in Wesprimiensi, necnon Kethel, Chasar, Koch, Chÿcho et Wÿgman in Comaroniensi, item in Zÿgethkez, Raro, Selke in predicto Jauriensi et Arak in Mosoniensi comitatibus existentes habitarum *(igy)* que scilicet bona hereditaria ipsos protestantes, ut dicitur, per modum contractus, quem quondam reverendus dominus Urbanus episcopus Agriensis frater patruelis ipsorum protestancium, cum magnifico Nicolao de Hederwara patre ipsius Francisci iam dicti fecisset, concernerent, magnifico Emerico Therek de Ennyk, bano Nandoralbensi, per modum concambialis permutacionis in perpetuum dedisset et tradidisset, per hoc que ab ipsis protestantibus alienare niteretur in preiudicium et dampnum ipsorum protestancium valde magnum, factaque huius modi protestacione idem Franciscus Dochÿ nomine et in personis quorum supra, prefatum Franciscum de Hederwara a permutacione et vendicione, necnon qualitercunque a se alienacione, prefatumque Emericum Therek et alios quoslibet ad se recepcione et se intromissione quovis quaesito colore, usuque fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione sew percipifaccione, regiam autem maiestatem a donacione, collacione et consensus sui regii superinde adhibicione qualitercuque iam factis, vel fiendis prohibuit

contradicendo, et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum in dominica Letare nuncupata, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékével, fasc. 91. Nr. 4. alatt.

394.

Kevi, 1521 április 8. II. Lajos király megparancsolja Nagylúcsei Dóczy Ferencz, óvári várnagynak, hogy Hédervárÿ István jobbágyait, — kiket alvárnagyjai elhajtottak, — igavonó barmaikkal együtt azonnal bocsássa szabadon, ha királyi neheztelését nem akarja magára vonni.

Commissio propria domini regis.

Ludovicus, dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro magnifico Francisco Doczÿ de Naghlwche, castellano castri nostri Owaar salutem et graciam. Ad querelas fidelis nostri egregii Stephani de Hederwara, administratoris proventuum episcopatus Wesprimiensis nobis propterea factas, scripseramus superioribus diebus vobis, ut vos iobagiones dicti Stephani de Hederwara de quadam silva ad certa bona per condam comitem Petrum eidem impignorata pertinenti cum curribus et iumentis suis per vicecastellanos vestros introductos pacifice simul cum illis pecoribus, que vos ex bonis dicti Stephani Hederwarÿ in comitatu Mosoniensi habitis tanquam comes eiusdem comitatus ob pecuniam eorundem bonorum vigore literarum thezaurarii nostri per ipsum Stephanum pro se in proximo subsidio nostro retentam abduci et depredari fecisses, citra moram dimittere et restituere deberes. Et cum litere nostre absentibus nobis prefatis vicecastellanis vestris presentate fuissent, nihil ad ipsas literas et mandata nostra fecissent, quin pocius literas ipsas nostras contra earum contenta apud se retinuissent. Quoniam autem de bonis ipsis, unde iobagiones ipsi introducti esse dicuntur, prope diem nos ipsi cognoscere volumus, mandamus iccirco fidelitati vestre sub pena indignacionis nostre harum serie firmissime, quatinus statim, visis presen-

tibus, non exspectato alio mandato nostro, dictos ipsius Stephani iobagiones, qui adhuc apud vos detinere dicuntur simul cum omnibus iumentis et pecoribus suis predictis dimittere et eidem restituere modis omnibus debeatis et teneamini, aliud pena sub premissa facere non presumatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in oppido nostro Kewÿ, feria secunda proxima post dominicam Quasimodo, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo.

Eredetije papiron, rányomott pecséttel, fasc. 106. Nr. 9. jelzet alatt.

395.

1521 április 10. A székesfehérvári keresztesek előtt Héderwárÿ Ferencz, nándorfehérvári bán azon 4000 magyar forint fejében, mely összeget Héderwárÿ Istvántól Nándorfehérvár szükségletére és zsoldosok fizetésére kölcsön vett, zálogul leköti szigetközi részbirtokait oly föltétellel, hogy ha Szent-Mihály napjáig *(szept. 29.)* a kölcsönt visszafizetni nem képes, — mivel kétséges, vajjon visszatér-e Nándorfehérvárról, kikerülve a törökök gyilkos fegyverét, — szigetközi részbirtokait Héderwárÿ István és fiai, Lőrincz és György vegyék birtokukba.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quomodo magnificus dominus Franciscus de Hederwara, banus castri Nandoralbensis onera quorumlibet fratrum, proximorum et consanguineorum suorum in subscriptis super se levando coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere ac animo in se, ut dixit, bene deliberato confessus extitit et retullit in hunc modum, quomodo quamvis ipse superioribus temporibus ab egregio Stephano de dicta Hederwara, fratre suo, urgentibus certis necessitatibus predicti castri Nandoralbensis duo millia et quingentos florenos Hungaricales mutuo et sub spe restitucionis infra certum terminum levaverit, idcircoque ipse in presencia ad pretactum castrum Nandoralbense necessario venire deberet, ad necessitates eiusdem castri Nandoralbensis et eciam ad gentes et stipendiarios suos contentandas et sustentandos rursum a predicto Ste-

phano Hederwarÿ, fratre suo mille et quingentos florenos, in toto quattuor millia florenos facientes levasset, quam quidem summam huiusmodi quattuor millium florenorum ad festum sancti Michaelis archangeli *(szept. 29.)* proxime venturum reddere et persolvere eidem promisisset, imo promisit nostri in presencia tali modo, ut si ad prescriptum terminum sibi persolvere non posset, extunc ne bona sua subnotanda in districtu *Zÿgethkewz* vocato habita, ad porcionem suam ia oppido Hederwara habitam pertinencia, que iure consanguinitatis et successorio prenotatum Stephanum Hederwarÿ, fratrem suum concernerent et ad eum spectare dinoscerentur, manus devenirent ad alienas, quia dubium esset sibi, an salvus de dicto castro redire et vivus manus cruentas Thurcarum evadere posset; mox dicto termino festi sancti Michaelis *(szept. 29.)* adveniente, idem Stephanus Hederwarÿ vigore solummodo presencium mediante totales porciones eiusdem domini Francisci Hederwarÿ possessionarias in possessionibus Remethe, Bodak simulcum theolonio *(igy)* et tributis ibidem exigi solitis, necnon Selÿ, Darno, *Lÿpolthffalwa,* Gÿwlwez in Posoniensi, item in oppido Hederwara, Aswan, Olthtowa, Raro, Zelke, *Zenth Pal, Dwnazegh,* Ladamer, Zamol, *Wÿfalw,* Zabadÿ, *Nagh Medwe, Kÿs Medwe,* Zaph, *Zÿgeth,* Ewthwen cum teolonio ibidem exigi solito, item in civitate Jauriensi, in eodem Jauriensi, item Arak et Nowak in Mosoniensi comitatibus existentibus habitas simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris videlicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis, fiuviis, piscinis, piscaturis, vineis, vinearumque promonthoriis ac molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quocunque nomine appellatis ad easdem porciones possessionarias de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, pro se ac Laurencio et Georgio, filiis suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis occupare tanquam proprias hereditates suas iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, utendasque pariter et habendas possit et valeat effective harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo beati

Ezechielis prophete, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo.

A pozsonyi káptalannak Héderwáry Lőrincz és György kérésére kiadott 1549. nov. 12-iki átiratából, fasc. 8. Nr. 20.

396.

Ozora, 1521 május 19. Hédervári Ferencz a maradékát a Zechen nevű birtokán levő szántóföldeinek — melyekből már hármat Gobycz Ambrusnak adott, — hüséges szolgálataiért Zakachy Andrásnak, zecheni jobbágyának adja.

Eredetije papiron, aljára nyomott gyűrűs pecséttel, F. H. initialeval az Országos Levéltárban, M. O. D. L. 23548. jelzet alatt.

397.

Buda, 1522 február 22. II. Lajos király a Somogy megyei Lak [1] és Tolna megyei Thamásy várat az edelényi és moory-i nemesi udvarházakkal, — a melyek Hédervári Ferencz, nándorfehérvári bánnak hűtlensége folytán a koronára szállottak, mivel Hédervári Ferencz Nándorfehérvár várát, — melyet Magyarország s majdnem az egész kereszténység oltalmának és védőbástyájának tartanak, — s annak bánságát és kapitányságát, bár többször felszólíttatott, átadni vonakodott, élelemmel, hadi felszereléssel s emberekkel el nem látta, — noha gazdagságban dúskálódott s a támadás hírére a királytól elegendő hadi költséget is kapott, — sőt azokat be sem bocsátotta; továbbá Móré Mihály nevű elvetemült embert — a várat elhagyván — helyetteséül rendelt, a ki Szolimánhoz szökött s a várat elárulta [2] s ilyképen Magyarország s az egész kereszténység veszedelmére a várat elveszítette — Bwchani Korlathkewy Péter udvarmesternek, Komárom megye főispánjának és Ákosházi Sárkán Ambrusnak, Olnód szabad urának (báró), Zala megye főispánjának és tanácsosának adja.

Eredetije hártyán, aljára nyomott, töredezett vörös pecséttel, az Országos Levéltárban M. O. D. L. 23617. jelzet alatt. — Kiadva II. Lajos király 1523 szept. 15-iki itéletlevelében, a M. Tört. Tár VI. k. 10—11. l. (v. ö. 405. sz. a.) a következő hibákkal: 10. l. alulról 18. sor: Olnod *et;* 5. sor: ac internuncios; 1. sor: debito iureque; 11. l. felülről 6. sor: Majestate; 10. sor: Michaelem; 12. sor: sui loco pro vicesgerente reliquit; 24. sor: possessionibus porcionibusque; alulról 12. sor: damus, *donamus.*

[1] V. ö. Istvánffi 56. l., mely szerint Lak-ot Bakych Pál kapta.

[2] V. ö. Kiss Lajos: Nándorfehérvár bukása. (Hadtörténelmi Közlemények. 1889. II. k. 591. l. 1. j.). — Szerinte: Morgay János.

398.

Prága, 1522 június 9. II. Lajos király, Hédervári Ferencz Nándorfehérvár vára elvesztése miatt hűtlenség bűnébe esvén, ennek a koronára szállott birtokát, a Tolna megyei Dalmadot tartozékaival együtt Sysari Korody Albertnek, komornyikjának adományozza.

Kiadva M. Tört. Tár VI. k. 15. l. — II. Lajos király 1523. szept. 15-iki itéletlevelében átírva. (V. ö. 405. sz.)

399.

1522 július 24. II. Lajos király előtt Szerdahelyi Imbrefy Mihály főlovászmester a saját neje Anna, s rokonai nevében, Héderváry Istvánt, a tőle kölcsön vett ezer forintra nézve, nem fizetés esetére, Pata nevű somogymegyei birtokával biztosítja.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc., memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster egregius Michel Imbryfÿ de Zerdahel agazonum magister noster onera et quevis gravamina generose domine Anne consortis ac universorum fratrum et consanguineorum suorum super se assummendo coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam arduis suis negociis ipsum ad presens summe urgentibus evitandis ab egregio Stephano Hederwarÿ sub spe veri mutui levasset et recepisset florenos mille in moneta veteri, immo se levasse et coram nobis recepisse asseruit, quos quidem mille florenos idem Michel Imbreffÿ ipsi Stephano Hederwarÿ ad festum nativitatis beatissime virginis Marie *(szept. 8.)* proxime venturum fide et honore suis mediantibus similiter in veteri moneta reddere et persolvere promisisset plenarie et cum effectu promisitque et se solvere obligavit tali sub condicione, quod si dictus Michel Imbreffÿ annotatam summam mille florenos prefato Stephano Hederwarÿ in prenotato termino reddere et persolvere nollet, non posset, aut quovis modo recusaret, sive negligeret, tunc elapso ipso festo nativitatis Marie idem Stephanus Hederwarÿ solum vigore presencium in totales possessionales dicti Michael Imbreffÿ Patha vocata et alteram *(igy)* in comitatu Simigiensi

existentem introeundi, easdemque sibi ipsi occupandi, utendi, fructusque et quaslibet utilitates earumdem percipiendi habeat plenam potestatis facultatem tamdiu, donec eidem Stephano Hederwarÿ ac domine consorti, item Laurencio et Georgio filiis eiusdem de prescriptis mille florenis veteres monete satisfactum fuerit ad plenum. Ubi vero dictus Michael Imbreffÿ ipsum Stephanum Hederwarÿ ac consortem et filios suos iam fatos in dominium prefatarum possessionum intromittere et easdem eisdem occupare et eisdemque conservare nollet, vel fructus et utilitates earum percipere non permitteret, tunc prefatus Stephanus Hederwarÿ ac filii sui prenotati ubique et coram quibusvis iudicibus tam ordinariis quam extraordinariis contra annotatum Michaelem Imbreffÿ iure procedere, ipseque iudex, coram quo presens negocium ventilabitur, vigore preimserti obligaminis iudicium et finalem deliberacionem partes inter ipsas facere possit et valeat. At *(igy)* que premissa et premissorum singula observanda idem Michael Imbreffÿ spontanea se coram nobis obligavit voluntate harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in . . . . . in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Kívül: Paria.

Egykorú másolata papiron, fasc. 5. Nr. 19.

400.

Buda, 1522 szeptember 20. Báthori István nádor, temesi gróf s királyi helytartó meghagyja Jakab, bakonybéli apátnak és familiarisának, Chepelÿi Pálnak, hogy a parancs vételétől számított 10-ik napon előtte megjelenjenek, hogy Hédervári István, a veszprémi püspökség javai kormányzójának panaszára választ adjanak.

Stephanus de Bathor, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac comes Themesiensis, serenissimique principis et domini, domini Ludovici, dei gracia Hungarie et Bohemie etc. regis, domini nostri graciosissimi in hac absencia sue maiestatis locumtenens etc. venerabili et religioso fratri Jacobo, abbati ecclesie de Beel ac nobili Paulo de Chepelÿ, familiari

suo salutem cum favore. Requirimus et hortamur vos harum serie, nichilominus eciam in persona et auctoritate prefati domini nostri regis, qua nunc fungimur, vobis committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, decimo die diei exhibicionis presencium vobis fiende computando coram nobis, ubicunque tunc deo duce constituemur, personaliter, vel per procuratores vestros legittimos ad contenta querimoniarum egregii Stephani de Hederwara, administratoris proventuum episcopatus Wesprimiensis in aliis literis nostris exhibitoriis et ammonitoriis, [ho]norabili conventui ecclesie Cruciferorum de Alba sonantibus, pro parte eiusdem Stephani de Hederwara confectis, declar[atarum?] legittime responsuri, a nobisque finalem deliberacionem debiteque iusticie complementum recepturi comparere, [vosque?], frater Jacobe, familiarem tuum ignobilem, in eisdem literis exhibitoriis et ammonitoriis conscriptum, tibique statui commissum statuere modis omnibus debeatis et teneamini, nam alias certi sitis, quod si secus facere attemptaveritis, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri; secus igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, sabbato, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Lecta.

Eredetije papiron, rányomott pecséttel, fasc. 106. Nr. 10. jelzet alatt.

401.

1522 október 25. A székesfehérvári keresztesek konventje jelenti Báthori István nádornak, temesi grófnak és királyi helytartónak, hogy a mint Hédervári István panaszára, Budán, 1522. szept. 20-án kiadott parancsában meghagyta, — mivel Gywrkowczi Chawlowyth Pál, óvári várnagy a keresztjáró napok vasárnapja *(máj. 25.)* körül óvári és mosonyi jobbágyait fegyveresen a panaszos öttevényi birtokára küldte s ezek ott levő vámházát megrohanták, Wámos Benedek nevű vámosát elfogták s Óvárra vitték, valamint a vámházban talált, s a vámból befolyt több, mint 1000 frtot; továbbá mivel Lőrincz napja *(aug. 10.)* táján emberei ismételten Öttevényre törtek s gazdatisztjét, Thassol Ger-

gelyt Óvárra fogságba hurczolták s mintegy 200 frt értékű ingóságait elvitték, — az előző évi Erzsébet napi *(1521 nov. 19.)* országgyülés határozata értelmében, — mely szerint az 1521. év Margit napja *(júl. 13.)* óta, a török ellen viselt hadjárat ideje alatt történt hatalmaskodások mint rövid perek tárgyaltassanak, — parancsának megfelelően, okt. 24-én, személyesen nem találván, batthyáni (Fejér m.) lakóházából megidézte Chawlowyth Pált, s kézbesítette a nevére szóló s ugyanazon napról kelt, perbehívó, nádori parancsot, hogy nyolczad napra jelenjék meg a nádori törvényszék előtt és állítsa elő óvári és mosonyi jobbágyait.

Eredetije papiron, záró pecsét töredékével fasc. 29. Nr. 1. jelzet alatt. — Nov. 3-án a felperes nevében meg is jelent Pósa a veszprémi káptalan ügyvédbevalló levelével.

402.

Prága, 1522 november 1. II. Lajos király, Hédervári Ferencz hűtlenségbe esvén, — mivel Nándorfehérvár várát, Magyarország és az egész kereszténység előbástyáját hanyagsága és gondatlansága által elveszítette, — a koronára szállott birtokát, a Pozsega megyei Podworsa várat tartozékaival együtt komornyikjának és étekfogójának, Obrowaczi Mersyth Simonnak adományozza.

Kiadva: M. Tört. Tár VI. k. 14. l. — II. Lajos király 1523. szept. 15-iki itéletlevelében átírva. (V. ö. 405. sz.)

403.

Buda, 1523 június 15. II. Lajos király Tamás mester egri prépost s kanczellár előterjesztésére titkos pecsét alatt újra kiadja azon adománylevelét, melyben Hédervári Ferencz hűtlensége folytán, — mivel Nándorfehérvár, Zimony és Szalánkemén várait elveszítette, — ennek a koronára szállott birtokait, a somogymegyei Lak, a tolnamegyei Thamásy várakat az edelényi és moory-i nemesi udvarházakkal Bwcháni Korláthkewy Péternek és Ákosházi Sárkán Ambrusnak adományozza, mivel az előbbi oklevél Hédervári Ferencz elitéltetése előtt kelt.

Kiadva: M. Tört. Tár VI. k. 11. l. — II. Lajos király 1523. szept. 15-iki itéletlevelében átírva. (V. ö. 405. sz.).

404.

Buda, 1523 június 17. II. Lajos király gyűrűs pecséttel és királyi aláírásával ellátott oklevelében Hédervári Ferencz hűtlensége folytán, — mivel gondatlansága által Nándorfehérvár várát elveszítette, — ennek a koronára szállott birtokát, a tolnamegyei Ozora várat hűséges szolgálataiért Bethlenfalvi Thurzó Elek kincstárnoknak és főajtónállómesternek és testvérének Jánosnak adományozza.

Kiadva: M. Tört. Tár VI. k. 13. l. — II. Lajos király 1523. szept. 15-iki itéletlevelében átírva. (V. ö. 405. sz.).

405.

Visegrád, 1523 szeptember 15. II. Lajos király, — mivel Hédervári Ferencz, nándorfehérvári bán Nándorfehérvár várát, — melyet Magyarország s majdnem az egész kereszténység oltalmának s védőbástyájának tartanak — s annak bánságát és kapitányságát, bár többször felszólíttatott, átadni vonakodott, élelemmel, hadi felszereléssel s emberekkel el nem látta, — noha gazdagságban dúskálódott s a támadás hírére a királytól elegendő hadi költséget is kapott — sőt azokat be sem bocsátotta; továbbá — elhagyván a várat, — Móré Mihály nevű elvetemült embert helyetteséül rendelt, a ki Szolimánhoz szökött s a várat elárulta s ilyképen Magyarország és az egész kereszténység veszedelmére a várat elveszítette — hűtlenség bűnébe esvén, összes birtokai 1521-ben a koronára szállottak, — Hédervári Ferencznek somogymegyei Lak nevű és tolnamegyei Thamásy várát, edelényi és moory-i nemesi udvarházait Bwcháni Korláthkewy Péter udvarmesternek és komárommegyei főispánnak s Ákosházi Sárkán Ambrusnak, Olnód szabad urának és Zala megye főispánjának, tolnamegyei Ozora várát Bethlenfalwi Thurzó Elek kincstárnoknak, podwersai kastélyát (Pozsega m.) Obrowazi Mersyth Simonnak, Dalmad mezővárosát (Tolna m.) Sisari Korody Albertnek és utódainak adományozza tartozékaival együtt; az adományosok a nyert birtokokba magukat beiktatni akarták s Hédervári Ferencz ellen a főbenjáró ítéletet is meghozták. Mivel azonban némelyek Hédervári Ferencz említett birtokaihoz jogot formálnak, s panaszkodnak, hogy eddig is igaztalanul bírta azokat, nem akarván azt, hogy a hűtlenség színe alatt hű emberek birtokai idegen kezekre jussanak, — július 15-én kihirdetvén Hédervári Ferencz elitéltetését, fő és jószágvesztését, nyilvános rendelettel tudtára adta mindenkinek, hogy a

ki Hédervári Ferencz birtokaihoz jogot formál, Szent Jakab ünnepének tizenötöd napján (augusztus 8.) okleveleit a személyes jelenlét bíróságánál mutassa be.

A kitűzött nap elérkezvén, a személyes jelenlét előtt Korláthkewy Péter és Sárkán Ambrus nevében Thordai János, Thurzó Elek nevében Mikolai Gergely, Mersyth Simon és Korody Albert nevében szintén Thordai János jelent meg a személyes jelenlét ügyvédbevalló levelével és öt adománylevelet mutatván be, melyek közül kettő titkos, három pedig gyűrűs pecséttel, négy pedig királyi aláírással volt ellátva, s megerősítve, — kérvén a királyi adomány czímén s ennek erejénél fogva az oklevelek igazolását. A bemutatott oklevelek a következők:

1. *Buda, 1522 február 22.* II. Lajos király Hédervári Ferencz hűtlensége folytán, ennek a koronára szállott birtokait, a somogymegyei Lak és a tolnamegyei Thamásy várat az edelényi és moory-i nemesi udvarházakkal Bwcháni Korláthkewy Péternek és Ákosházi Sárkán Ambrusnak adományozza. (Titkos pecséttel és királyi aláírással. — *L. 397. sz. a.).*

2. *Buda, 1523 június 15.* II. Lajos király újra kiadja azon adománylevelét, melyben Hédervári Ferencz hűtlensége folytán, — mivel Nándorfehérvár, Zimony és Szalánkemén várait elveszítette, — ennek a koronára szállott birtokait, a somogymegyei Lak, a tolnamegyei Thamásy várakat az edelényi és moory-i nemesi udvarházakkal Bwcháni Korláthkewy Péternek és Ákosházi Sárkán Ambrusnak ismételten adományozza, mivel az előbbi oklevél Hédervári Ferencz elitéltetése előtt kelt. (Tamás mester egri prépost s kanczellár előterjesztésére, királyi aláírással, titkos pecsét alatt. — *L. 403. sz. a.).*

3. *Buda, 1523 június 17.* II. Lajos király gyűrűs pecséttel és királyi aláírásával ellátott oklevelében Hédervári Ferencz hűtlensége folytán, — mivel gondatlansága által Nándorfehérvár várát elveszítette, — ennek a koronára szállott birtokát, a tolnamegyei Ozora várat hűséges szolgálataiért Bethlenfalwi Thurzó Elek kincstárnoknak és főajtónállómesternek és testvérének, Jánosnak adományozza. *(L. 404. sz. a.).*

4. *Prága, 1522 november 1.* II. Lajos király Hédervári Ferencznek hűtlensége miatt a koronára szállott várát, a pozsegamegyei Podworsát Obrowaczi Mersyth Simonnak adományozza. *(L. 402. sz. a.).*

5. *Prága, 1522 június 9.* II. Lajos király Hédervári Ferencz birtokát, Dalmadot (Tolna m.) Sysari Korody Albertnek adományozza. *(L. 398. sz. a.).*

Ezen levelek bemutatása után Rayki Detre Hédervári Ferencz felesége néhai Chaaki Benedek leánya, Borbála személyében a székesfehérvári keresztesek konventjének ügyvédbevalló levelével, Kys-

syngi Fychor Benedek, Batthyányi Benedek nevében királyival, Olazy Móricz néhai Rozgonyi Istvánnak és néhai Hédervári Miklós leányának Katalin asszonynak, t. i. Hédervári Ferencz testvérének a leánya, Katalin asszony, Báthori Andrásné személyében a leleszi konventével, azonkívül Bodi Boldizsár Beltewki Drágffy János, temesi ispán és az alvidék főkapitánya nevében királyival, hasonlókkal Bewkeni Benedek Zekchewi Herczeg Ferencz fia Miklós személyében, s Ládi Ferencz néhai Pakosi Zemere fia János nevében, továbbá Kowachy Gergely Zewcheni Messer László és Gergely, valamint Kyrthewsi Ferencz személyében a somogyvári konvent ügyvédbevalló levelével a királyi személynök elé járultak, s Rayki Detre Thamásy és Ozora várakat Chaaki Borbála részére hozományon s jegyajándékon kívül zálog jogán, Fychor Benedek ugyanazon várakon kívül az edelényi és moory-i udvarházakat tartozékaival együtt Batthyáni Benedek részére csere jogán, Olazy Móricz valamennyi birtokot Báthori Andrásné, Katalin asszony javára a leánynegyeden kívül zálog jogán, Bodi Boldizsár az összes birtokok harmadrészét Drágffy János javára, — kinek mostoha anyja néhai Hédervári Imre bán leánya, Dorottya volt, — részben csere, részben anyai jogon, Bewkeni Benedek Thamásy és Pozsegavár várakat, továbbá a podwersai kastélyt Herczeg Miklós részére rokonsági és kölcsönös örökösödési szerződéses jogon, Ládi Ferencz Ozora várát s mezővárosát tartozékaival Pakosi János részére örök jogon, hasonlóképen Kowachy Gergely 17 birtokot s Laki Thwz és Zewcheni László laki részbirtokait Messer László és Gergely, továbbá Kyrthewsi Imre és Ferencz részére örök jogon kérték és jogaik bizonyítására 24 oklevelet mutattak be és pedig:

Hédervári Ferenczné nevében a székesfehérvári keresztesek konventjének 1515 márcz. 5. oklevelét, *(l. 380. sz. a.)* mely szerint Hédervári Ferencz Ozora és Thamássy várakat tartozékaival együtt 20000 arany forintnyi zálog fejében leköti feleségének, Borbála asszonynak;

Továbbá ugyanazon konvent 1515 máj. 13. beiktató levelét;

Batthányi Benedek nevében Szentgyörgyi és Bazini Gróf Péter országbíró Budán, 1506 okt. 17-én kelt oklevelét, *(l. 360. sz. a.)* melynél fogva Hédervári Ferencz magtalan halála esetére több birtokát, Ozora és Thamássy várait leköti Batthányi Benedeknek a neki kölcsön adott 12000 arany forint fejében;

Báthori Andrásné, Katalin asszony nevében a székesfehérvári keresztesek konventjének 1500 máj. 10-én kelt *(l. 350. sz. a.)* oklevelét, melynél fogva Hédervári Ferencz 20000 arany forintnyi kölcsön fejében összes birtokait leköti Rozgonyi Istvánnak és feleségének, Hédervári Katalinnak;

Drágffy János nevében a váradhegyfoki konvent 1506 máj. 5-iki *(l. 357. sz. a.)* és máj. 7-iki *(l. 358. sz. a.)* oklevelét, melyek

szerint Hédervári Dorottya, néhai Drágffy Tamás özvegye, mostoha fiai javára lemond atyja javaiban bírt jogairól; másrészt birtokaiból 3 részt cserébe ad mostoha fiainak, Györgynek és Jánosnak;

Herczeg Ferencz fia Miklós nevében Mátyás király 1464 ápr. 12-iki oklevelét, s benne átírva Palóczi László országbíró Budán, 1446 szept. 29-én kelt oklevelét, a mely szerint Hédervári Lőrincz nádor és fiai, Imre és Miklós barátságos egyezségre lépnek a Thamásy család birtokai öröklését illetőleg Herczeg Phylpessel, Ráfaellel és Pállal a benne átírt, s Zeméni Gábor deák által hamisított, s Zsigmond királynak neve alatt szereplő Budán 1411 júl. 12-én kelt oklevél alapján, melyben foglaltatik ugyanezen király 1405 ápr. 24-iki, szintén hamisított oklevele;

Pakosi János, mint az Ozorai család női ágon való utódja nevében Ozora várát illetőleg Gwthi Orzag Mihály nádor Tolnavárott, 1466 decz. 3-án kelt, két oklevelét, a pozsegai káptalan 1445 okt. 9-iki, Garai László nádor Simontornyán, 1453 márcz. 18-ikán kelt *(l. 212. sz. a.)*, a székesfehérvári keresztesek konventjének 1470 jan. 8-iki *(l. 270. sz. a.)*, a szegzárdi konvent 1470 márcz. 30-iki *(l. 271. sz. a.)*, a székesfehérvári keresztesek konventjének 1473 jan. 21-iki *(l. 288. sz. a.)*, Orzag Mihály nádor Budán kelt, 1468 márcz. 4-iki *(l. 256. sz. a.)*, s a szegzárdi konvent 1468 ápr. 20-iki oklevelét;

Zewcheni Messer László és György, továbbá Kyrthewsi Imre és Ferencz, mint a Bewi nemzetség utódai nevében ezen nemzetség ősi jogához tartozó s most Hédervári Ferencz kezénél levő birtokok visszaszerzése érdekében bemutattak 7 oklevelet.

Ezen igényekkel szemben az adományosok ügyvédjei, Thordai János és Mikolai Gergely azt válaszolták, hogy a bemutatott oklevelek az adománylevelekkel szemben érvénytelenek; ugyanis

Hédervári Ferencznek a székesfehérvári keresztesek konventje előtt 1515 márcz. 5-én *(l. 380. sz. a.)* felesége Chaaki Borbála részére, a tőle kölcsönzött 20000 arany forintnyi zálog fejében történt felvallása nem szükségből, hanem inkább hitvesi szeretetből eredt s királyi helybenhagyással nincsen megerősítve;

Batthyáni Benedek által bemutatott oklevél nem zálogra, hanem a birtokoknak Hédervári Ferencz magtalan halála esetén történendő örökös átruházására vonatkozik. Hédervári Ferencz azonban él, s hűtlensége miatt még életében veszítette el javait, melyek a koronára szállottak;

Báthori Andrásné, Rozgonyi Katalin szüleinek, Rozgonyi Istvánnak és feleségének, Hédervári Katalinnak a tőlük kölcsönzött 20000 frtnyi zálog fejében történt felvallás sem eredt szükségből s a királyi helybenhagyás hiányzik róla;

Drágffy János által mostohaanyjával, néhai Drágffy Bertalannéval, Hédervári Dorottyával történt cserelevél sincs beiktatással

érvényesítve, s mivel erre nézve más oklevelet nem mutatott be, nem tudhatni, vajjon a csere valódi avagy szinlelt. Továbbá azt sem bizonyította be, milyen jogokat bírt mostohaanyja, Hédervári Dorottya, s ennek révén Drágffy János avagy egyáltalában bírt-e valaha;

Herczeg Miklósnak a barátságos egyezségre alapított igénye is érvénytelen, mert Zsigmond királynak mind a két oklevele Zemléni Gábor deák hamisítványa, s mivel Herczeg Miklós a perben hamis oklevelet használt, Korláthkewy Péter és Sárkán Ambrus kérték, hogy Herczeg Miklós jószágait a király részükre adományozza. Egyébként is alaptalan Herczeg Miklós igénye, mert Hédevári Ferencz birtokait a megtámadott egyezséglevél szerint is csak ennek magtalan halála után örökli; ámde Hédervári Ferencz él, s hűtlensége miatt elveszítvén birtokait, azok a koronára szállottak;

Pakosi János igénye elévült, mivel 1468-tól a jelen 1523 évig az Ozorai család nőági utódai sem pert nem indítottak, sem óvást nem emeltek a vár s tartozékai birtoklása ellen;

Messer László és Gergely, továbbá Kyrthewsi Imre és Ferencz követelése hasonlóképen elévülés miatt szintén érvénytelen.

Erre Bewkeni Benedek Herczeg Miklós személyében Korláthkewy Péter és Sárkán Ambrus kérésére, hogy Herczeg Miklós javai hamis oklevélnek perben történt használata miatt nekik adományoztassanak, azt felelte, hogy ő nem Zsigmond király hamisított okleveleire, hanem Paloczi László országbírónak 1446 szept. 29-iki, s Mátyás király által 1464 ápr. 12-ikén megerősített itéletlevelére alapítja keresetét; másrészt pedig Herczeg Miklós ifjúsága, s a törvényekben, s a perügyekben való tapasztalatlanságánál fogva az oklevelek hamisságát fel nem ismerhette, s hamisításukról mit sem hallott. — Egyébként igényüket valamennyien fenntartják az adományosokkal szemben.

A felek ezen kölcsönös nyilatkozatai után az igénylők oklevelei Hédervári Ferencz birtokainak adományozása ellen érvényteleneknek nyilváníttattak, a miért is a királyi adománylevelek alapján Lak és Thamásy várakat, az edelényi és moory-i udvarházakat Korláthkewy Péternek és Sárkán Ambrusnak, Ozora várát Thurzó Eleknek, Podwersát Mersyth Simonnak itélték meg; Koláthkewy Péter és Sárkán Ambrus kérését, hogy hamis oklevél használata miatt megfosztván Herczeg Miklóst javaitól, birtokait nekik adják, elutasították; Báthori Andrásnénak, Rozgonyi Katalinnak anyja, néhai Hédervári Katalin, Rozgonyi Istvánné jogán, Drágffy Jánosnak mostohaanyja, néhai Hédervári Dorottya után leánynegyedet, Hédervári Ferencznének, Chaaki Borbálának pedig állásának és hitbérének megfelelő lakást és eltartást itéltek meg.

Kiadva Wenzel Gusztáv: A Hédervári Ferencz jószágai fölötti per és itélet 1523-ban cz. értekezésében. (M. Tört. Tár VI. k. 7—57. l.).

406.

Esztergom, 1523 szeptember 23. II. Lajos király Héderváry Ferencz nándorfehérvári bánnak öttevényi, ásványi és dunaszegi birtokrészeit — mivel Nándorfehérvár várát gondatlansága miatt elveszítvén, hűtlenség bűnébe esett — a hűséges szolgálatokért és testvére, Anna osztrák főherczegnő kérésére Petthréczy Pálnak adományozza.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos habentes respectum ad fidelitatem et gratissima ac acceptabilia fideliorum serviciorum merita fidelis nostri eg(r)egii Pauli Petthreczÿ, que idem sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate iuxta sue possibilitatis exigenciam suma *(igy)* cum fidelitatis constancia exhibuit et impendit; considerantes eciam preces et peticiones assiduas serenissime principis domine Anne, archiducisse Austrie, sororis nostre charissime pro eo nostre factam maiestati, totales porciones possessionarias in possessionibus Ewthen, Aswan et Dwnazeg vocatis, omnino in comitatu Jawriensi existentibus et habitis, que magnifici Francisci de Hederwara, alias bani castri nostri Nandoralbensis prefuissent, sed per notam infidelitatis eiusdem, quam idem ex eo, quod dictum castrum nostrum Nandoralbense per malam provisionem et incuriam suam amisisset, incurrisse dinoscitur, ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam eiusdem regni legem, approbatamque et laudabilem consuetudinem rite et legittime devolute esse perhibentur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris et antiquis metis existentibus, ad easdem de iure et

ab antiquo spectantibus memorato Paulo Petthreczÿ, suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, pariter et habendam salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, cum nobis in specie fuerint reportate. Datum Strigonii, feria quarta proxima post festum beati Matthei apostoli, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, regnorum nostrorum predictorum etc. anno octavo.

Ludovicus rex manu propria.

Eredetije papiron, aljára nyomott, töredezett piros pecséttel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 23833. jelzet alatt.

407.

1524 június 20. A budai káptalan jelenti II. Lajos királynak, hogy 1523 szeptember 15-én kelt bírói parancsára Bethlenfalvi Thurzó Elek kincstárnokot beiktatta Ozora vára és tartozékai birtokába — a mely Hédervári Ferencz, nándorfehérvári bán hűtlensége folytán a királyra szállott, — nem törődvén, a királyi parancsnak megfelelően, Hédervári Ferencz, felesége, Borbála, Báthori András felesége, Katalin, sem Drágffy János és Pakosi János ellenmondásával.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus per presentes, quod nos literas serenissimi principis domini Ludovici, dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc., domini nostri graciosissimi adiudicatorias, modum et formam sue iudiciarie deliberacionis super facto cuiusdam possessionarie statucionis in se denotantes pro parte magnifici Alexii Thwrzo de Bethlenfalwa, supremi thesaurarii regie maiestatis contra magnificum Franciscum de Hederwara, alias castri Nandoralbensis bani *(így)* ac generosas dominas Barbaram, eiusdem Francisci de Hederwara et Katherinam, magnifici Andree de Bathor, comitis comitatus Zathmariensis consortes, necnon magnificum Johannem Dragffÿ de Belthewk, comitem Themesiensem et parcium regni inferiorum capitaneum generalem ac egregium Johannem, filium condam Zemere de Pakos in curia Wÿssegradiensi, secundo die festi Exaltacionis sancte

Crucis, in anno proxime transacto preteriti, *(1523 szept. 15.)* confectas et emanatas nobisque loquentes et directas, reverencia, qua decuit recepimus in hec verba:

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Noveritis, quod in discussione et examine cuiusdam cause inter fidelem nostrum magnificum Alexium Thwrzo de Bethlenfalwa, supremum thezaurarium nostrum, ut actorem ab una, necnon generosas dominas, Barbaram, Francisci de Hederwara, alias castri nostri Nandoralbensi bani, et Katherinam, Andree de Bathor, comitis comitatus Zathmariensis magnificorum consortes, necnon magnificum Johannem Dragffÿ de Belthewk, comitem Themesiensem et parcium regni nostri inferiorum capitaneum generalem ac egregium Johannem, filium condam Zemere de Pakos ab altera partibus, racione et pretextu castri Ozora nominati, in comitatu Tholnensi existentis et habiti, quod prefati Francisci de Hederwara prefuisset, sed per notam infidelitatis eiusdem, quam ipse ob amissionem predicti castri Nandoralbensis incurrit, de facto amisit, et quod nos tandem prenotato Alexio Thwrzo, exigentibus preclaris serviciorum suorum meritis, in perpetuum contulimus, item oppidorum, villarum, possessionum, prediorum porcionumque et iurium possessionariorum ad idem castrum de iure et ab antiquo spectancium et pertinere debencium et coram nostra personali presencia mote et deinde nostre maiestatis in presenciam deducte prescriptum castrum Ozora cum universis pertinenciis suis predeclaratis memorato Alexio Thwrzo vigore donacionis nostre regie exinde facte in perpetuum adiudicatum et de eodem castro Ozora, pertinenciisque suis prenarratis dotalicium predicte domine Barbare annotati Francisci de Hederwara, necnon quartalicium antefate domine Katherine ipsius Andree de Bathor consortum et aliud quartalicium generose condam domine Dorothee, relicte magnifici Bartholomei Dragffÿ de Belthewk, alias waÿwode Transsilvanensis etc., filie videlicet magnifici olim Emerici bani de predicta Hederwara iuxta generacionis earum lineam excidi et sequestrari, memoratisque dominabus Barbare et Katherine ac Johanni Dragffÿ

reddi, assignarique debere sunt comperta et adiudicata, prout hec omnia aliarum literarum nostrarum idiudicatoriarum superinde confectarum series et continencia lacius declarant et exprimunt, cuius quidem castri et pertinenciarum eiusdem statucionem peragendam noster regius et vester homines, necessarii sunt transmittendi. Pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente magistri Johannes de Zÿlaghzegh, vel Johannes *Chorba* de Alsoborsa, aut Nicolaus Mÿske de *Bago,* minoris cancellarie nostre notarii, aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies prescripti castri Ozora, necnon oppidorum, villarum, prediorum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum ad ipsum castrum nunc de iure pertinencium, vicinis et commetaneis suis universis inibi legittime convocatis et presentibus accedentes, idem castrum Ozora cum prenotatis suis pertinenciis iam fato Alexio Thwrzo, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis statuat, committatque et relinquat iure sibi ex premissis incumbenti perpetuo possidendum, pariter et habendum, contradiccione, inhibicioneque et repulsione prelibati Francisci de Hederwara ac prefatarum dominarum Barbare et Katherine, necnon Johannis Dragffÿ et Johannis de Pakos et aliorum quorumlibet previa racione non obstante, et posthec huiusmodi possessionarie statucionis seriem, ut fuerit expediens, ad quintum decimum diem a die ultime execucionis exhinc fiende computandum *(jún. 27.)* dicte personali presencie nostre fideliter rescribatis. Datum in curia nostra Wÿsegradiensi, secundo die festi Exaltacionis sancte Crucis, anno salutis millesimo quingentesimo vigesimo tercio. *(1523 szept. 15.)*

Iuxta quarum continenciam nos mandatis prefati domini nostri regis in omnibus obedientes, uti tenemur, una cum prenominato magistro Johanne de Zÿlaghzegh, minoris cancellarie regie notario, homine suo regio de curia sua regia per eundem dominum nostrum regem ad id specialiter transmisso nostrum hominem, videlicet discretum Nicolaum presbiterum, rectorem altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum

in dicta ecclesia nostra fundati ad ea, que in preinsertis literis ipsius domini nostri regis adiudicatoriis continentur, fideliter exequenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter rettulerunt eo modo, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beatorum Viti et Modesti martyrum *(jún. 13.)* proxime preteritum ad facies prescripti castri Ozora accedentes, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presertim nobilibus Johanne *Zantho* de Daad ac Paulo Deghÿ et Andrea Nagh de eadem Daad presentibus, idem castrum Ozora cum prenotatis suis pertinenciis iam fato Alexio Thwrzo, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis iure sibi ex premissis incumbenti perpetuo possidendum, pariter et habendum, contradiccione inhibicioneque et repulsione prelibati Francisci de Hederwara ac prefatarum dominarum Barbare, eiusdem Francisci Hederwarÿ et Catherine, dicti Andree de Bathor consortum, necnon prefatorum Johannis Dragffÿ et alterius Johannis de Pakos, aliorumque quorumlibet previa racione non obstante, statuissent, reliquissentque et commisissent. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras patentes ad fassionem dictorum domini regis et nostri hominum duximus concedendas. Datum octavo die dicti execucionis prenotate, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Eredetije papiron, hátára nyomott pecsét töredékeivel az Országos Levéltárban. M. O. D. L. 23825. jelzet alatt.

408.

Buda, 1524 július 18. Várdai Pál, egri püspök s kincstárnok Hédervári Istvánnak a tőle kapott 1000 forint fejében a soproni, nezsideri, zorndorfi, jandorfi és oroszvári harminczad felerészét azon föltétel alatt köti le, hogy ő, ha a tartozás teljes lefizetése előtt kincstárnok lenni megszünnék, az 1000 forintnak még hátralevő részét kincstárnoksága megszüntetésétől számítandó 25 nap alatt lefizetni tartozzék.

Nos Paulus de Warda, episcopus ecclesie Agriensis, thezaurarius regius etc., recognoscimus et fatemur per pre-

sentes literas nostras medietatem tricesimarum filialium scilicet Sopron, Newsidel, Czondorff, Jandorff et Orozwar egregio Stephano de Hederwara dedisse tali condicione, ut idem easdem tamdiu teneat, donec de prescriptis tricesimis mille florenos rehabere poterit; casu vero, quo interim officium nostrum thezauritus deponeremus vel mutaretur, teneamur eundem eciam tempore alterius novi thezaurarii tueri et protegere; quod si facere non possemus, extunc teneamur eidem prescriptos mille florenos, defalcata tamen ex ipsis tricesimis summa percepta, residuitatem scilicet illorum vigesimo quinto die deposicionis vel ablacionis ipsarum tricesimarum teneamur persolvere. Ad que nos fide nostra Christiana mediante obligamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria secunda post Divisionem apostolorum, anno domini 1524.

Paulus episcopus ecclesie
Agriensis, thesaurarius regius mp.

Eredetije papiron, sajátkezűleg írt levél, a szöveg alján a pecsét nyomaival, fasc. 5. Nr. 20.

409.

1524 deczember 22. II. Lajos király Héderwáry Istvánt, — mivel bodaki és darnói jobbágyainak a győri káptalan püski-i birtokán elkövetett hatalmaskodás ügyében magát ártatlannak vallotta, — harmadmagával eskütételre a pannonhalmi konvent elé utasítja, másrészt kiküldi az egyik pozsonymegyei szolgabírát, hogy jelen legyen, a midőn Héderwáry István igazságot tesz bodaki és darnói jobbágyai hatalmaskodásáért a győri káptalannak.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. damus pro memoria, quod Paulus de Chepel pro honorabili capitulo ecclesie Jauriensis cum procuratoriis literis eorundem iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ac conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie exhibitoriarum, amonitoriarum et certificatoriarum sabbato proximo post festum beate Lucie virginis et martyris *(decz. 17.)* proxime preteritum in presenti termino celebratorum brevium iudiciorum festi beati Martini episcopi et confessoris *(nov. 11.)*

proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause breves brevium, nove et veteres ac transmissionales, novorum eciam actuum potenciariorum, item obligaminum, impignoraticiorumque et dotaliciorum tangentes per nostram maiestatem generaliter fuerant prorogate, in figura iudicii nostre personalis [1] presencie comparendo contra egregium Stephanum de Hederwara proposuit eo modo, qualiter egregius Stephanus de Hederwara, nescitur unde motus feria tercia inter octavas Ascensionis domini *(jún. 10.)* proxime preterita, sub dieta videlicet et congregacione generali regnicolarum nostrorum pro festo beati Georgii martyris *(ápr. 24.)* nunc transacto Bude celebrata, missis et destinatis nobile Michaele *[Thoth]* de Nema, familiare, item providis Stephano *Molnar,* Simone Bolah, Barnaba Zambo, teloniatore, Laurencio Kÿs, in Bodog, in Posoniensi, item Dominico Garaÿ, Gregorio *Nagh,* Stephano *Penzes,* iudice, Barnaba Baÿchÿ, Alexio Molnar, Thoma Bodo, Johanne *Hwzar* ÿn *(igy) Remethe,* item Emerico Nagh, Ladislao Beke, Andrea Bodo, Petro *Zerenches,* Adriano *Dÿak,* Mathia *Zabo,* Wolfgango Bodo, Paulo *Bogar,* Dominico Bothka, Stephano Dÿak, Elia *Mathÿas,* Laurencio *Nemeth* in Darno vocatis, porcionibus possessionariis, populis scilicet et iobagionibus suis, possessionibus in predictis, omnino in eodem Posoniensi comitatu predicto existentibus, habitis commorantibus et aliis quam pluribus complicibus ipsorum armatis et potenciariis manibus ad territorium possessionis ipsorum exponencium Pÿskÿ appellate, in eodem comitatu Posoniensi adiacentis et consequenter ad terram usualem eorun[dem] in eodem territorio iam dicte possessionis ipsorum habitam, abindeque, durante scilicet ipsa dieta et sub premissa generali convencione regnicolarum nostrorum, [li]teque inter ipsos exponentem ab una ac prefatum Stephanum Hederwarÿ ex altera partibus pendente, centum equos equaciales et curriferos minus duodecim providorum, scilicet Benedicti *Kowach,* Thome Zalaÿ, Benedicti Wrach, Gregorii *Soos,* Elie *Janos,* Martini *Kozma,* Blasii *Nagh,* Clementis Nagh, Petri *Morÿcz,* Thome Kozma, Clementis *Wÿncze,* Mathei Kosa, iudicis, et

[1] Tévedésből kétszer írva.

Demetrii Kozma, populorum scilicet et iobagionum dictorum exponencium, in possessione eorum Pÿskÿ predicta commorancium, minus iuste et indebite, viaque iuris sine omni per eosdem Michaelem Thoth familiarem et iobagiones suos supra nominatos abigi, abducique et asportari et quo voluisset, fecisset potencia mediante in preiudicium et dampnum dictorum actorum valde magnum. Et hec sic facta fore, exhibicione prescripte unius litere exhibitorie, amonitorie et certificatorie dicti conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie, vires trium literarum inquisitoriarum in se reputantis comprobando, supplicans prefatus procurator dicti capituli agentis in personis eorundem, ex parte prefati in causam attracti per nostram personalem presenciam in premissis iuris equitatem elargiri. Quo audito Laurencius de Potthÿond pro prefato in causam attracto cum procuratoriis literis capituli ecclesie Wesprimiensis in eandem nostram personalem exurgendo presenciam respondit ex adverso, quomodo prefatus i[n causa]m attractus in totali premissa accione et aquisicione dicti capituli agentis innocens esset penitus et immunis, ex parte autem dictorum iobagionum prefati Stephani de Hederwara, in causam attracti, qui scilicet nunc sub potestate eiusdem Stephani, in causam attracti essent, iudicium et iusticiam facere promptus esset et paratus; et quia procuratores parcium predictarum eorum allegata nullo ampliori documento comprobabant, sed eisdem partibus iuxta preexhibitarum literarum, exhibitoriarum, ammonitoriarum et certificatoriarum vigorem per eandem nostram personalem presenciam in premissis iudicium et iusticiam elargiri supplicabant, pro eo nos hÿs perceptis iudicandum commisimus eo modo, ut prefatus in causam attractus tercio se nobilibus, decimo quinto die Epiphaniarum domini *(jan. 20.)* nunc proxime venturos coram annotato conventu ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie super eo, quod prelibatus in causam attractus in totali premissa accione et aquisicione dicti capituli agentis innocens sit et existat penitus et immunis, sacramentum prestare et tandem octavo die *(jan. 27.)* diei ipsius ultime iuramentalis deposicionis prefatus Stephanus Hederwarÿ, in causam attractus aut villicus vel officialis eiusdem

per eundem in dictis possessionibus Bodog et Darno constitutus pro parte prescriptorum iobagionum eiusdem, si qui sub potestate [su]a forent, iudicium et iusticiam iuxta huius regni nostri Hungarie consuetudinem coram uno iudice nobilium comitatus Posoniensis, cui ad id serie presencium ire iubemus, in dictis possessionibus Bodog et Darno iudicium et iusticiam impendere et dehinc huius modi iuramentalium deposicionum seriem partes in literis memorati conventus ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie, ut fuerit expediens, ad quintum decimum diem *(febr. 3.)* diei huius modi iuramentalis deposicionis ac iudicii et iusticie impensionis series, eidem nostre personali presencie reportare teneanter. Datum tricesimo quinto die termini prenotati, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Kívül: Super iuramentis pro egregio Stephano de Hederwara contra honorabile capitulum ecclesie Jauriensis per eundem Stephanum Hederwarÿ tercio se nobilibus decimo quinto die post festum Epiphaniarum domini *(jan. 20.)* proxime affuturum coram conventu ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie, item quandam iudicii et iusticie impensionem ex parte iobagionum intra nominatorum octavo die *(jan. 27.)* diei dicte ultime iuramentalis deposicionis in facie possessionum Bodog et Darno coram uno iudice nobilium comitatus Posoniensis modo intra scripto fiendam memorialis, quarum series ad terminum intra scriptum est reportanda ad iudicem. Lecta per magistrum Bekenÿ.

Eredetije szakadozott papiron, zárópecsét töredékével, fasc. 22. Nr. 5. jelzet alatt.

410.

1525 április 13. A pannonhalmi konvent előtt néhai Némai György hátramaradt özvegye Erzsébet, s fiai István és Mihály, Győr városában levő Szent-István-utczai házokat, 250 magyar arany forintért Hédervári Istvánnak eladják.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus per presentes, quod generosa domina Elisabeth, relicta egregii condam Georgii literati de Nema, ac Stephanus et Michael, filii eiusdem Georgii literati, onera et quelibet gravamina omnium fratrum proximorum et consanguineorum ipsorum ac aliorum quorum-

libet, quos infrascriptum tangeret seu quovismodo tangere et concernere posset negocium, per omnia super se assummendo coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi unam domum sew fundum curie in civitate Jauriensi in vico *Zenth Isthwanwczaya* vocato existente habitam et adiacentem, cui orientali Johannis *Kepiro*, et a meridionali partibus relicte condam Dominici *Barbel* domus communiter vicinari dicuntur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem domum de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus egregio Stephano de Hederwara suisque heredibus et posteritatibus universis pro ducentis et quinquaginta florenis Hungaricalibus plene persolutis et levatis dedissent, vendidissent, [immo] dederunt, vendiderunt et perpetuaverunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter in [filios] filiorum ac heredum per heredes tenendam, possidendam pariter et habendam, [assummentes] nichilominus iidem domina Elizabet ac Stephanus et Michael oneribus s[upra expres]sis ultro in se levatis memoratum Stephanum de Hederwara suosque [heredes] universos temporum in successu in pacifico dominio dicte domus sew fundi curie contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos, et actores tueri, protegere et defensare ubique propriis eorum laboribus et expensis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria quinta, videlicet in cena domini, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 5. Nr. 23.

411.

1525 április 20. A győri káptalan bizonyítja, hogy Chylleÿ Márton saját, valamint Balázs testvére s rokonai nevében Hédervári Istvántól 200 frtot felvett, melyet ha a kikötött határnapra vissza nem fizet, felhatalmazza Héderwáry Istvánt, hogy pozsonymegyei Sárosfalu s Szentmihályfalu nevű birtokait elfoglalhassa és a visszafizetésig megtarthassa.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Martinus de Chylleÿ de

eadem Chÿlle in sua ac egregii Blasii similiter Chylleÿ, germani sui uterini nominibus et personis nostram personaliter veniendo in presenciam onera et quelibet gravamina predicti Blasii Chylleÿ aliorumque quorumcumque heredum proximorum et consanguineorum suorum, quos infrascriptum tangit negocium vel tangere posset quoquomodo, super se assummendo sponte et libere fassus extitit in hunc modum, quod ipse pro quibusdam suis et prefati Blasii germani sui necessitatibus ipsos in presenciarum summe urgentibus evitandis ab egregio Stephano de Hederwara mutuo et sub spe future restitucionis florenos ducentos recepisset et levasset, promittens obligansque se ad fidem christianam, honorem et humanitatem suam, quod ad festum beati Jacobi apostoli *(júl. 25.)* proxime venturum eidem egregio Stephano de Hederwara bona fide, sine ullo dolo fraudeque et alio quovis quesito colore prefatos florenos ducentos absque omni defectu in pleno numero restituet. Si autem prefatos ducentos florenos modo premisso sibi creditos solvere nollet, non posset vel (non) curaret quoquomodo, extunc in fidefragio honorisque et humanitatis sue amissione convincatur eo facto. Et nichilominus idem egregius Stephanus de Hederwara aut sui heredes totales porciones suas et eciam prefati Blasii germani sui possessionarias in porcionibus eorum possessionariis Zarosfalwa et Zenthmyhalfalwa vocatis in comitatu Posoniensi existentibus habitas cum omnibus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, ad dictas eorum porciones possessionarias de iure spectantibus et pertinere debentibus, solum vigore presencium literarum nostrarum occupare ac titulo pignoris sibi ipsi infra tempus redempcionis earundem statuifacere possint et valeant contradiccione quorumcunque previa racione non obstante; ita tamen, quod idem Stephanus de Hederwara aut sui heredes rehabitis prius predictis ducentis florenis easdem porciones eorum possessionarias in dictis possessionibus Zarosfalwa et Zenthmyhalfalwa existentes habitas prefatis Martino et Blasio Chylleÿ eorumque heredibus libere et pacifice restituere debeant et teneantur. Assummens nichilominus idem Martinus Chylleÿ nomine et persona, quibus supra, eundem Stephanum Hederwarÿ eiusque heredes et

posteritates universos in dominio et proprietate dictarum porcionum possessionariarum infra tempus redempcionis earumdem contra quosvis impetitores causidicos propriis suis laboribus et expensis defendere, tueri et conservare, hac denique inserta condicione, quod si prefatus Martinus Chylleÿ nomine et persona, quibus supra, premissa omnia et singula adimplere non posset, nollet, aut non curaret quoquomodo, extunc idem Stephanus de Hederwara eundem Martinum et Blasium Chylleÿ eorumque heredes et posteritates coram quovis iudice, ecclesiastico videlicet et seculari, ubi sacius eidem videretur, usque ad sentenciam diffinitivam appellacione remota iure mediante requirere possit et valeat. Ad que omnia et singula premissa observanda idem Martinus Chylleÿ se nomine et persona, quibus supra, spontanea obligavit voluntate nostri in presencia, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta inter octavas Pasce, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 5. Nr. 22.

412.

Buda, 1525 június 15. II. Lajos király a nota infidelitatisszal sujtott Hédervári Ferencznek 40 napi érvényű salvus conductust ad.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod quamvis temporibus superioribus Franciscus de Hederwara propter amissionem arcium nostrarum Nandor Albensis, Zempliniensis et Z . . . . . iure mediante condempnaverimus et eum [ob notam in]fidelitatis ad tocius regni nostri instanciam convictum pronunciaverimus, literasque eciam proscripcionis contra eum emanari fecerimus; quia tamen rursus regnicole nostri in dieta proxime preterita in campo Rakos maiestati nostre supplicaverunt, ut litteras assecuracionis eidem Francisco Hederwari concedere dignaremur, ut ad maiestatem nostram veniret et se ab ipsa infidelitatis nota, si posset, expurgaret,[1] [nos igitur ad] supplicacionem eorundem regnicolarum nostrorum eundem

[1] L. 1525. rákosi gyűlés XXIX. art. — Kovachich : Vestigia 586. l.

Franciscum Hederwa[ri duximus affidandum] et assecurandum, ipsique hunc presentem salvum et securum conductum a[bsque a]lieni preiudicio in eo dandum duximus et concedendum, ut ipse cum tot, quot voluerit, hominibus ad maiestatem nostram venire hicque infra spacium quadraginta dierum a die datarum presencium computando se coram maiestate nostra, si iure admittente poterit, expurgare, et de aliis quoque rebus ac negociis suis, que habuerit, agere, loqui et tractare, ac tandem conclusis vel non conclusis his expurgacionis sue et eciam aliis rebus et negociis . . . . . erit hinc ad ea, que maluerit . . . . pacifice et sine quorumcumque impedimento ire possit et valeat, persona, rebus et bonis suis et suorum omnium sub nostra proteccione et tutela speciali salvis remanentibus. Promittentes in verbo nostro regio hunc presentem salvum et securum conductum premisso modo concessum eidem Francisco Hederwari et suis omnibus tempus infra premissum tam per maiestatem nostram, quam per alios quoscunque subditos nostros firmiter et inviolabiliter observari, imo affidamus, assecuramus et promittimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude [in festo sacratis]simi corporis Christi, anno eiusdem millesimo quingentesimo vi[gesimo quinto].

Ludovicus rex manu propria

Nagyon rongyos, eredetije aljára nyomott pecséttel, fasc. 1. Nr. 8. Az évszám egy XVIII. századból való másolatból pótoltatott.

413.

Buda, 1525 július 24. II. Lajos király előtt Zerdahelyi Fekethe Mihály vallja, hogy Héderwárÿ Istvántól 1000 forintot kölcsönzött, és ez összegért, ha a kitűzött határnapra le nem fizetné, őt somogymegyei Pata nevű birtokával vagy Wyttha nevű várával biztosítja.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius Michael Fekethe alias Emreffÿ dictus de Zerdahel, onera et quelibet gravamina generose domine Catherine consortis, filiorumque

ac universorum fratrum et consanguineorum suorum super se assumendo, coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam arduis suis negociis ipsum ad presens summe urgentibus evitandis ab egregio Stephano de Hederwara sub spe veri mutui levasset et recepisset florenos mille in moneta veteri, immo se levasse et coram nobis recepisse asseruit. Quos quidem mille florenos idem Michael Fekethe ipsi Stephano Hederwarÿ ad festum Nativitatis beatissime virginis Marie *(szept. 8.)* proxime venturum fide et honore suis mediantibus similiter in veteri moneta reddere et persolvere promisisset plenarie et cum effectu, promisitque et se solvere obligavit tali sub condicione, quod si dictus Michael Fekethe annotatam summam mille florenorum prefato Stephano Hederwarÿ in prenotato termino reddere et persolvere nollet, non posset, aut quovismodo recusaret, sive negligeret, tunc elapso ipso festo Nativitatis Marie idem Stephanus Hederwarÿ solum vigore presencium in totalem possessionem dicti Michaelis Fekethe Patha vocatam in comitatu Simigiensi existentem introeundi, eandemque sibi ipsi occupandi, utendi, fructusque et quaslibet utilitates eiusdem percipiendi habeat plenam potestatis facultatem, non obstante aliquali contradiccione, vel si qui contradictores fuerint, extunc prefatus Stephanus Hederwarÿ vigore duntaxat presencium litterarum pertinencias castri Wÿttham ac alia bona eiusdem Michaelis Fekethe ubique in isto regno existencia occupandi potestatis facultatem habeat tamdiu, donec eidem Stephano Hederwarÿ ac domine consorti, item Laurencio et Georgio filiis eiusdem de prescriptis mille florenis veteris monete satisfactum fuerit ad plenum. Ubi vero dictus Michael Fekethe ipsum Stephanum Hederwarÿ ac consortem et filios suos iam fatos in dominium pretate possessionis ac ad pertinencias castri [Wÿtth]am et ad alia bona, ut prescriptum est, intromittere et easdem eisdem occupare in eisdemque conservare nollet, vel fructus et utilitates eiusdem percipere non permitteret, tunc prefatus Stephanus Hederwarÿ ac filii sui ubique eundem Michaelem Fekethe aut successores eiusdem in presenciam quorumcunque iudicum, ordinariorum scilicet vel aliorum convenire et contra eundem

sentenciam diffinitivam excipere valeret atque posset, sed et nec regia maiestas graciam cum eodem facere valeret. Ad que premissa et premissorum singula observanda idem Michael Fekethe spontanea se coram nobis obligavit voluntate, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude, in vigilia beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

A fejérvári keresztesek conventjének, 1534-ik évi okt. 17. kelt átiratából, fasc. VI. Nr. 1.

414.

Győr, 1525 augusztus 12. Győr vármegye hatósága Hédervári István kérésére vizsgálatot tartván, beigazoltnak találta, hogy Mária királyné mosonyi jobbágyai Wárkonyi Amadé István, óvári várnagy parancsára a panaszos szigeti udvarházára törtek s onnan 29 ökröt hajtottak el, melyeket Hédervári István azoktól az emberektől vett el, a kik a törvény tilalma ellenére az országból kihajtani akarták, továbbá 6-ot jobbágya, Pénzes András házából, a kit halálra kerestek.

Nos Franciscus Kapwchy de Chythwand, vicecomes et iudices nobilium comitatus Jauriensis damus pro memoria, quod cum nos ad instanciam et legittimam peticionem egregii domini Stephani de Hederwar Albertum Borlobas de Ewrken, unum ex nobis videlicet iudicem nobilium una cum nobilibus Blasio Badrezy de Ewrken et Francisco de Eztergethew ad infrascriptam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis retulerunt isto modo, quomodo ipsi in festo beati Dominici confessoris *(aug. 5.)* proxime preterito in isto comitatu procedentes ab omnibus eiusdem comitatus hominibus, nobilibus scilicet ignobilibus, a quibus scilicet decens et oportunum fuisset, diligenter inquirentes talem de infrascriptis scivissent certitudinis veritatem, quomodo circa festum Visitacionis virginis Marie *(júl. 2. körül)* proxime preteritum providi Stephanus, Johannes, Blasius *Markos*, Demetrius *Hozzw*, Michael idem, Valentinus *Wadlewew*, Gaspar *Zeles*, Thomas *Kossar*, Wolffgangus Lyendel, Clemens, et Thomas

Salgaÿ, Matheus *Orban*, Sebastianus Josÿt, Johannes Ollarÿ Demetrius Paÿthor, Albertus *Kantor*, Nicolaus Kÿs, Georgius *Nemeth*, Johannes Arez, Jacobus Nag, iobagiones serenissime domine Marie, dei gracia regine, domine nostre gloriosissime in possessione eiusdem Mosson, in comitatu Mossoniensi existenti commorantes de commissione et speciali mandato egregii Stephani Amade de Warkon, castellani castri Owar, assumptis secum universis populis eiusdem possessionis Mosson, iobagionibus eiusdem domine nostre gloriosissime, armatis et potenciariis manibus in et ad domum et curiam nobilitarem eiusdem domini exponentis, in possessione eiusdem Zÿget vocata, in isto comitatu Jauriensi existenti habitam irruendo, portas et ianuas eiusdem domus et curie nobilitaris dissecassent, abindeque viginti novem boves eiusdem exponentis, quos boves idem exponens iuxta huius regni constitucionem in territorio suo a quibus hominibus eosdem boves de hoc regno educi volentibus aufferri fecisset, abduxissent potencia mediante. Hÿs non contenti idem iobagiones dicte domine nostre gloriosissime similiter de commissione eiusdem castellani tempore in eodem ad domum et curiam providi Andree *Penzes*, iobagionis eiusdem exponentis in eadem possessione Ziget commorantis irruendo, abindeque sex boves eiusdem abduxissent, insuper eundem Andream Penzes, iobagionem et familiarem eiusdem exponentis ad mortem querentes eosdem occidere voluissent potencia mediante in preiudicium et dampnum eiusdem [1] exponentis valde magnum. Datum Jaurini, sabbato proximo post festum beati Laurencii martyris, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Kivül: Egregii Stephani de Hederwar contra egregium Stephanum Amade et populos de Mosson etc.

Eredetije papiron, hátlapján öt rányomott pecséttel, fasc. 29. Nr. 2. jelzés alatt.

[1] Tévedésből kétszer írva.

145.

1525 december 9. A győri káptalan tanusítja, hogy Szemerei Pap Dávid neje, Mártha, néhai Szemerei Újszászi Péter leánya, saját s rokonai nevében, Győrmegyében levő szemerei hat jobbágytelkét 50 magyar arany forintért Héderwárÿ Istvánnak zálogba adta.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nobilis domina Martha, consors nobilis David Pap de Zemere, filia vero condam Petri Wyzazy de dicta Zemere, ad nostram personaliter veniendo presenciam onera et quelibet gravamina universorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum quoad infrascripta super se assummendo sponte et libere confessa est in hunc modum, quomodo ipsa pro quibusdam suis necessitatibus ipsam ad presens urgentibus evitandis quandam unam sessionem iobagionalem, quam modo quidam Clemens Bÿkle inhabitat, ac insuper quinque sessiones similiter iobagionales desertas in predicta possessione Zemere in porcione sua possessionaria in comitatu Jauriensi existenti habitas simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, piscinis, piscaturis, stagnis, lacubus, aquis, fluviis, molendinis et locis molendinorum, aquarumque decursibus, promontoriis, nonis, muneralibus et generaliter cunctis utilitatum integritatibus ad easdem sessiones iobagionales ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus pro quinquaginta florenis Hungaricalibus, ut dixit, sibi plene persolutis et per eam levatis egregio Stephano de Hederwara suisque heredibus universis usque tempus redempcionis eorundem tenendas, utendas pariter et habendas pignori obligasset, immo obligavit easdem eidem coram nobis premisso modo; assummens nichilominus prefata domina Martha eundem Stephanum Hederwarÿ suosque heredes universos infra tempus redempcionis eorundem contra quosvis causidicos, impetitores conservare tueri et defendere suis propriis laboribus et expensis harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum sabbato proximo post festum Concepcionis

MAGYAR
TUDOMÁNYOS
AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

virginis Marie, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Eredetije papiron, hátlapján a pecsét töredékeivel, fasc. 5. Nr. 21.

416.

Érd, 1526 július 24. II. Lajos király előtt Bethlenfalvi Thurzó Elek főtárnokmester s kincstárnok saját és neje, Anna, valamint összes rokonsága nevében Héderwárÿ Istvántól 1500 forintot vett fel, mely összegért, ha ezt a kikötött időre vissza nem adhatná, Héderwárÿ Istvánt, ennek nejét, meg Lőrincz s György fiait, pozsonymegyei Szencz nevű és egy másik birtokával kártalanítja.

Nos Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc., memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster magnificus Alexius Thurzo de Bethlenfalwa, magister thauernicorum nostrorum et tezaurarius noster, onera et quevis gravamina generose domine Anne consortis, ac universorum fratrum et consanguineorum suorum super se assumendo, coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam arduis suis negociis ipsum ad presens summe urgentibus evitandis ab egregio Stephano de Hederwara sub spe veri mutui levasset et recepisset florenos mille et quingentos in moneta veteri, immo se levasse et coram nobis recepisse asseruit. Quos quidem mille et quingentos florenos idem Alexius Turzo ipsi Stephano Hederwarÿ ad festum Nativitatis beatissime virginis Marie *(szept. 8.)* proxime venturum fide et honore suis mediantibus similiter in veteri moneta reddere et persolvere promisisset plenarie et cum effectu, promisitque et se solvere obligavit tali sub condicione, quod si dictus Alexius Turzo annotatam sumam mille et quingentorum florenorum prefato Stephano Hederwarj in prenotato termino reddere et persolvere nollet, non posset, aut quovismodo recusaret, sive negligeret, tunc elapso ipso festo Nativitatis Marie idem Stephanus Hederwarj solum vigore presencium in totales possessiones dicti Alexii Turzo Zencz vocatam et alteram in comitatu Posoniensi existentes introeundi, easdemque sibi ipsi occupandi, utendi, fructusque et quaslibet utilitates earundem percipiendi habeat

plenam potestatis facultatem tamdiu, donec eidem Stephano Hederwarÿ ac domine consorti, item Laurencio et Georgio filiis eiusdem de prescriptis mille et quingentis florenis veteris monete satisfactum fuerit ad plenum. Ubi vero dictus Alexius Turzo ipsum Stephanum Hederwarÿ ac consortem et filios suos iam fatos in dominium prefatarum possessionum intromittere et easdem eisdem occupare in eisdemque conservare nollet, vel fructus et utilitates earum percipere non permitteret, tunc prefatus Stephanus Hederwarÿ ac filii sui prenotati ubique et coram quibusvis iudicibus tam ordinariis quam extraordinariis contra annotatum Alexium Turzo iure procedere, ipseque iudex, coram quo presens negocium ventilabitur, vigore perinserte obligacionis iudicium et finalem deliberacionem partes inter premissas facere possit et valeat. Ad que premissa et premissorum singula observanda idem Alexius Turzo spontanea se coram nobis obligavit voluntate, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Erd, in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Papiron egykorú pár, pecsét nélkül, fasc. 5. Nr. 24.

417.

Pozsony, 1526 október 26. Mária királyné azon 4000 arany frtnyi összeg fejében, melyet az előbbi hadjáratra, hol férje Lajos király elesett, továbbá egyéb szükségleteire udvarmesterétől Poók Jánostól kölcsön vett, elzálogosítja neki Szent-Miklós, Lébény, Kemnye s Meczer birtokokat, Wÿthezÿ és Wÿlle pusztákat, melyeket Hédervári Istvántól váltott vissza, kinek néhai Bazini és Szentgyörgyi Péter, mint Óvár örököse bizonyos összeg fejében zálogba adott.

Nos Maria, dei gracia regina Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod cum diebus superioribus tum ad plurima negocia nostra, tum vero ad expedicionem preteritam generalem, in qua serenissimus condam dominus Ludovicus rex, dominus et maritus noster charissimus, pro fide Christiana viriliter decertans preclare cecidit, varie nobis incubuissent

necessitates, et cum aliunde hÿs necessitatibus nostris providere non potuissemus, mutuate fuimus a fideli nostro egregio Johanne *Pook*, magistro curie nostre quattuor millia florenorum in auro. Pro hac igitur summa pecuniarum quattuor millium florenorum totales possessiones nostras Zenth-Mÿklos, Lÿben, Kemnÿe et Meczer vocatas ac predia Wÿthezÿ et Wÿlle appellata, omnino in comitatu Mosoniensi existencia, habita, que per spectabilem et magnificum condam comitem Petrum de Bozÿn et de Sancto Georgio, tunc heredem castri nostri Owar, in predicto Mosoniensi comitatu habiti egregio Stephano de Hederwara pro certa summa pecuniarum alias fuerant impignorata, et que nos ab eodem postea, ne ab ipso castro nostro Owar, ex collacione prefati serenissimi condam domini et mariti nostri nos concernenti alienarentur, redemimus, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, memorato Johanni Pook, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis inscribenda et impignoranda duximus, obligantes nos et successores nostros possessores predicti castri nostri Owar, quod neque nos, neque ipsi predictas possessiones Zenth-Mÿklos, Lÿben, Kennÿe et Meczer ac predia Wÿthezÿ et Wÿlle appellata ab ipso Johanne Pook, magistro curie nostre, ipsiusque heredibus auferemus, auferrique faciemus, donec de prescriptis quattuor millibus florenorum eisdem satisfactum fuerit, quoad plenum. Assumpsimusque nichilominus in nos ipsas, quod ipsum Johannem Pook et heredes ipsius in pacifico et quieto dominio predictarum possessionum et predium *(igy)* usque ad integram dictorum quattuor millium florenorum restitucionem contra quoslibet illegittimos impetitores et actores defendemus et protegemus propriis nostris expensis et laboribus, imo inscribimus, impignoramus, obligamus et assummimus harum nos-

trarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Posonii, in festo beati Demetrii martyris, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Maria regina etc.

Hátlapján: Regestrata folio secundo, anno 1527.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, az Országos Levéltárban N. R. A. Fasc. 1565. Nr. 13. jelzet alatt.

418.

1526 deczember 14(?). A székesfehérvári keresztesek konventje János király Budán, 1526 nov. 27-én kelt parancsára, Ozora és Thamássy várak, Ozora, Dalmad, Edelény (Tolna m.) és Ennyingh (Veszprém m.) mezővárosok és tartozékaik birtokába nov. 29-én beiktatta Hédervári Ferencznét, néhai Cháki Benedek leányát, Borbála asszonyt és testvéreit, Lászlót és Ferenczet, valamint László fiait, Dömötört és Istvánt, mivel Hédervári Ferencz felvallása alapján őket örök jogon illeti.

Kaprinay kézirati gyüjteményéből (B. XX. k. 86. l.) kiadva M. Tört. Tár VI. k. 70., 71. ll.

A részletes tárgy- és névmutatót a II. kötet tartalmazza.



A MAGYAR TUD. AKADÉMIA KIADÁSÁBAN MEGJELENT

OKLEVÉLGYÜJTEMÉNYEK ÉS DIPLOMATIKAI MŰVEK:

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR. Szerkesztette **Nagy Imre.**

I. kötet 1301—1321. ... K 7.20
II. » 1322—1332. ... K 7.20
III. » 1333—1339. ... K 7.20
IV. » 1340—1346. ... K 8.40
V. » 1347—1352. ... K 8.—
VI. » 1353—1357. ... K 12.—

ÁRPÁDKORI UJ OKMÁNYTÁR. Közzéteszi **Wenzel Gusztáv.** I—XII. kötet. Ára kötetenként ... K 4.—

ALVINCZI PÉTER OKMÁNYTÁRA. I., II. kötet. 1685—1688. Közzétette **Szilágyi Sándor.** Ára a két kötetnek ... K 8.—

A BLAGAY CSALÁD OKLEVÉLTÁRA. Szerkesztették **Thallóczy L.** és **Barabás S.** Ára ... K 10.—

HAZAI OKMÁNYTÁR. Szerkesztette **Nagy Imre.** VIII-ik kötet. Ára K 6.—

KARÁCSONYI JÁNOS. A hamis, hibáskeletű és keltezetlen oklevelek jegyzéke 1400-ig. Ára ... K 2.80

— **Szent István oklevelei** és a Szilveszter-bulla. Diplomatikai tanulmány. K 4.—

MAJLÁTH BÉLA. A szőnyi béke okmánytára. Ára ... K 5.—

A M. TUD. AKADÉMIA TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK OKLEVÉLMÁSOLATAI. Ismerteti **Óváry Lipót.** 3 füzet. Egy-egy füzet ára K 6.—

MAGYARORSZÁG MELLÉKTARTOMÁNYAINAK OKLEVÉLTÁRA. I. kötet: **A horvát véghelyek oklevéltára 1490—1527.** Szerkesztették **Thallóczy L.** és **Hodinka A.** Ára K 16.— II. kötet: **Magyarország és Szerbia közti összeköttetések oklevéltára 1198—1526.** Szerkesztették **Thallóczy L.** és **Áldássy A.** Ára ... K 10.—

MAGYARORSZÁGI TÖRÖK KINCSTÁRI DEFTEREK. Fordította dr. **Lászlófalvi Velics Antal.** II. kötet (1540—1639.) Ára ... K 10.—

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR. (1441—1652.) Összegyüjtötte **Hatvani (Horváth Mihály.)** I—IV. kötet. Ára ... K 16.—

NICOLAI OLÁH . . . CODEX EPISTOLARIS. (1526—1538.) Ára ... K 6.—

OKMÁNYTÁR Bethlen Gábor fejedelem uralkodása történetéhez. Szerkesztette **Gindely Antal.** Ára ... K 10.—

OKLEVÉLTÁR Bethlen Gábor diplomáciai összeköttetései történetéhez. Szerkesztette **Óváry Lipót.** Ára ... K 10.—

RAGUZA ÉS MAGYARORSZÁG ÖSSZEKÖTTETÉSEINEK OKLEVÉLTÁRA. Összeállította **Gelcich József.** Ára ... K 10.—

I. RÁKÓCZI GYÖRGY ÉS A PORTA. Levelek és okiratok. Szerkesztette **Beke Antal** és **Barabás Samu.** Ára ... K 10.—

SZILÁGYI SÁNDOR. A linczi béke okirattára. Ára ... K 8.—

— **Erdély és az északkeleti háború.** (Levelek és okiratok.) I., II. köt. K 20.—

TÖRÖK-MAGYARKORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. I. osztály: Okmánytárak. Szerkesztették **Szilády Áron** és **Szilágyi Sándor.** III—IX. kötet. Egy-egy kötet ára ... K 4.—

NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ a török-magyarkori okmánytárak I—VII. kötetéhez. Ára ... K 1.20

Megrendelhetők a M. Tud. Akadémia könyvkiadóhivatalában Budapest, V., Akadémia-u. 2.

Budapest. Az Athenaeum r.-t. könyvnyomdája.

OKLEVÉL-HASONMÁSOK

A

HÉDERVÁRY-CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

ELSŐ KÖTETÉHEZ

ÖT OKLEVÉL-MELLÉKLET

BUDAPEST
KIADJA A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
1909

OKLEVÉL-HASONMÁSOK

A

HÉDERVÁRY-CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

MAGY. TUD. AKADÉMIA

ELSŐ KÖTETÉHEZ

ÖT OKLEVÉL-MELLÉKLET

BUDAPEST
KIADJA A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
1909

MAGY. TUD. AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

Budapest, az Athenaeum r.-t. könyvnyomdaja.



1. sz.

1231. II. ENDRE KIRÁLY OKLEVELE.

(Szövege: I. 1. l.)

13963. BUDAPEST, ATHENAEUM.



2. sz.

1262—5. KUMURZANUS ÉS TAMÁS TRENCSÉNI ALISPÁNOK OKLEVELE

(Szövege: I. 3. l.)

13963. BUDAPEST, ATHENAEUM.



3. sz.

1437. MÁRCZ. 7. ZSIGMOND KIRÁLY OKLEVELE.

(Szövege: I. 180. l.)

13963. BUDAPEST, ATHENAEUM.



Nos Laurencius de Hedrehvar Regni Hungarie Palatinus et Iudex Comitatus ac Emericus de eadem Hedrehvar filius suus Banus Machoviensis Memorie commendamus per presentes, Quod nos pro singulari et sinceri cordis amore, quam ad Generosam dominam Margaretham filiam condam Anthonii de Blaga, consortem meam scilicet Palatini et matrem meam scilicet Emerici Bani, puro pectore gerimus et habemus Illi dispositioni ipsius domine, quam eidem alias pro decencia status sui si videlicet temporis successu eam me Palatino prout deo placuerit orbari et sine prolibus masculinis relinqui contingeret, de certis possessionibus et bonis nostris, vigore aliarum litterarum nostrarum, fecimus, etiam possessiones nostras Raro, cum predio Bauth et Selkethew vocatas cum predio Fayz in Comitatu Iaurien. habitas, superaddimus pari voto, easdemque possessiones et predia sibi usque tempora vite sue premisso casu quo scilicet eam me Palatino decedente prolibus masculinis orbatam relinqui contingeret, conferimus cum singulis earum pertinentiis et utilitatibus presentium per vigorem, Ita tamen quod tandem decedente ipsa dicte possessiones rursum ad manus meas videlicet Emerici Bani vel heredum meorum libere redeant pleno Iure, Casu vero quo ipsa domina successu temporis me defuncto sic a me videlicet Palatino relicta alteri marito nuberet, extunc eadem etiam vivens eo facto statim huiusmodi possessiones et predia simultum aliis que sibi disposite sunt, michi Emerico Bano predicto vel meis heredibus remittere debeat, libere et sine onere aliquali Harum litterarum nostrarum quibus utriusque nostrum Sigilla appensa sunt vigore et testimonio mediante, Datum Bude secundo die festi beati Michaelis Archangeli Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo,

4. sz.

1442. SZEPT. 30. HÉDERVÁRI LŐRINCZ ÉS IMRE OKLEVELE

(Szövege: I. 206. 1.)

13963. BUDAPEST, ATHENAEUM.

Johnes de hwnyad Regn hungr Subnator / dyonisius Cardinalis / Strigonien / 2 Johnes Sachyen et Coloczen archiepi / Andreas
Bealien 2 petrus Waryen archiepi Spal / Ladislaus Agrien / Nicō Nytrien 2 Raphael Zewzeg Bozien Archiepi Electi / Nicō Bodo Posnien
Alberegalis / petrus Pechwanadien 2 Sigismundus Sāvardien archiepi Abbates / Ladislaus d Sara Judex Regn hungr palatin Comes
ns d palocz Judex Cume Regie / Nicō de Wylak 2 Emericus de Pelsewcz Wayuode Transsiluan / Johnes d Peren Thauarnicz 2
eicus filij Wayuode de Marzaly Janitozy / petrus Symon de palocz Agazonū magri / Georgius d Rozgon Comes posonien Sygismundus
ff Seynic Wchle 2 Modruss Comes / Swetonius de Korbauia / Johnes 2 Thomas d Zerch / Ladislaus Chythenus d Batmonostra / Johnes
s de Serw Bani d Sava Petuta / Johnes de Korogh / Johnes 2 Osualdus d dicta Rozgon / Ladislaus de dicta Pelsewcz / Stephus Bystrele
Zelnduar / Ladislaus d Nazpal / paulus d Peren Alexius Chupor / Ladislaus Furkas d Labatlan / Emericus d Debrhe Nicō d Emerche /
ald d Burian / Johnes de Zob / Barnabas Chyre / Georgius 2 Stephus Soos / paulus 2 Ladislaus de Dombo / Georgius Zerenchen de
thegnyew / Ladislaus d Scepus 2 Benedictus d Thwroz / Item petrus d Nagythaskan / Stephus d Borssa / Nicō d Zthanth 2 petrus
Zalab de Zemlenyen / petrus Bopa / Nicō d Ffayz / Emericus bgron / 2 Cozmas d Thwr / d Symigyen / Johnes d Kallo / Thomas
Pazon / Mathias d Kerez / 2 Mich d Chemenye / de Zabolch / Ladislaus Hewrad / Georgius d Bara / Mich d Dobolka / Nicō Nyakathlan de
niya / Stephus perdue / Michl / Zaroz / Andreas d Athya 2 dominus d Bich / de Weppmyen / Andreas Bodo Johnes d Solyay Nicō d eadē 2 Georgius
Wer d Thalmen / Nicō Zep / Michl Zlaz / Valentinus Ivatus 2 petrus magnus d Beged d Caspiferi / dominus Barazthas Barnabas d Emerwerth
nas d eadē 2 alr Thomas Jacka de Bekres / Thomas d Kerezthwr / Georgius de Bala / Ladislaus Bang 2 Johnes Trybolch de
Sodpen / petrus d Almas Mathcus d Barachka Mich d Detrehler 2 Ladislaus de dicta Thwrocz / de Albert / Johnes Wayskozy / Bolos
Nemd / Ladislaus d Radwan 2 Emericus Ivatus de Komaromyen / petrus d Balso Andreas d Lonya Nicō d Berey / 2 Principibus de
Bereg / petrus d Maykoz / Georgius Farago de eadē / Johnes filius vite 2 Osualdus d eadē / de Werewcze / Sebastianus de Keromzo /
chetus d Alap / Albertus d Kewen 2 dominus d Enyssc / de Jewonyen / Paulus d Ekemeke / Ladislaus Kezan / Nicō d Lanyad 2 Johnes d Jakowlcz /
osega / Georgius Thombold d Stharos / Andreas d Janma 2 Georgius d Waycda de Semmerchyen / Thomas d Balgo / Andreas Lukas /
Delne / d Saros / Sandrinus d Balog / Nicō d Demyend / Georgius filius Symonis d Kraza / 2 Ladislaus d Syarmath / de Kontkey /
ndrinus Tyko d Ponaz / Stephus d Chyb / 2 magr Jacobus Deczy 2 Laurencius eadē Budensis de Pilisseny / Stephus Matka / Osualdus d
Sigismundus d Zathgyewrke 2 Johnes d Sarkewz / de Thorontal / Nicō Kelethy 2 Johnes d dominus d Kewesseny /
Ladislaus filius Petrus eadē Sancti Laurencij / Ladislaus de Naghwelgh / de Bodrog / Paulus Johnes Septely Ladislaus Sorosy 2 Benedictus
Kewzy d Zarand / Johnes d Zalanch / Georgius Sulyok / Kaspar d Felegyhaz 2 Johnes Thurocz d Barchyen / Gregorius Zekel Jacobus
Barbek Laurencius d Kede 2 Mich d Lengyel de Nenyradyen / Isaak d Latka Antonius d Ursa Nicō Bozsoway 2 Nicolaus
Labak d Pesthy / Ladislaus fil Egidij / Thomas Tobady Nicō d Meva 2 Johnes d Dobya / de Abaujwarayen / Fabianus d Fylpeswar
dus d Bezeren / Valentinus Bornemyza 2 Nicō Ivatus / d Walko / Ladislaus Wynes / Ladislaus d Strythe / Ladislaus de Isske 2 Adrianus
tus d Vng / Benedictus d Hadas d Kippto / Balamon d Barachyan d Barsseny / Gregorius d Maythe d Trinitatien / Johnes
Bonya 2 alr Johnes d Emerche de Nytrien / Nicō d Wag 2 alr Nicō d Zyrak d Sopronyen / Nicō d Isaka 2 Ladislaus d Dewd
Byssenien / Comitatibz / Item de Regno Sclauonie Georgius filius Symonis / Alr Georgius fil Iwan / Johnes filius vite / petrus de
Zeps / alr petrus d Zenthaurich 2 Georgius d Magaloz Electi Nuncij ad petendū Conquestū infra / p dūnis Regnicolis Comitatus pdcz
Authentici tenor cepīs ac ideptitate Regnicolaz ipsiusmodi Natisfaciendi pcm 2 tenore gribz mobat omnibz / Ex qb in ipa nra Conquestu
Vbide celebrata ostensis de 2 sup Ryb / que quieti 2 tranquille statim pmis Regni nri hungr valla 2 comoda essent tractandis / Cum
Ger de 2 sup fratre hung Castri Budens / quod qdam magnificus dns Laurencius de Hedrehwta eadē Regni hungr palatinus ostis ad exterminū
ut sue ex nra deliberacōne 2 collacōne tenuit / quodqz eodem decedēt magnificus Emericus filius eiusdē pridem Banus Machouiensis hereditas
Venit imperis nre curie dilectus / Quid in seriē gralis decreti Regnicolaz nrōz pmissa plena expssum est 2 declaratū / ut Subnator
ng Regni Castra 2 Comitatus Regales 2 Regnales intrandi in eisdem 2 stendi pausandi 2 morandi Libera habeat facultate / Idcirco
ng hugmod instrumenti seu decreti satisfacē volentes / tenoz alys expssis ptenta pro tuicōne 2 quiete eiusdē emissi Castri vnanimit 2 sana
Valentinus 2 Stephanus et ipsi Castri Budens eisdē fidelitatis fidē dom Johnes Subnatoris dati deleat 2 delegran 2 ipm ostis nri seu hung